

I V L I I R V G E R I I
P R O T O N O T A R I I E T
S E C R E T A R I I A P O S T O L I C I
A B B A T I S L A M V L A R V M
E T T H E O L O G I


O P V S C V L A T R I A

I. DE SCRIPTURAE SACRAE OBSCURITATE
atque eiusdem interpretatione

II. DE VNIVERSO DEI VERBO

III. DE VERBO DEI TRADITO

Argumenta Opusculorum sequens pagina indicabit



Cum Privilegio Summi Pontificis, & Permissu Superiorum

ROMAE, Ex Typographia Vincentij Accolti. M D LXXXIII.

Et Del licen^{do} Millan gar



A
11

1574

2 400 40

Stella

Made in Sp.



1

IVLII RVGERII
PROTONOTARII ET
SECRETARII APOSTOLICI
ABBATIS LAMVLARVM
ET THEOLOGII


OPVSCVLA TRIA

I. DE SCRIPTVRAE SACRAE OBSCVRITATE
atque eiusdem interpretatione

II. DE VNIVERSO DEI VERBO

III. DE VERBO DEI TRADITO

Argumenta Opusculorum sequens pagina indicabit



Cum Privilegio Summi Pontificis, & Permissu Superiorum

ROMAE, Ex Typographia Vincentij Accolti. MDLXXXIII.

Edel licen^{do} Millan gar

IVLII RYGERII
PROFESSORIS
SECRETARII ACADEMIAE
ABDANAE
ET THEOLOGICI

OPUSCULA
I. DE SCRIPTURAE SACRAE
OBSCURITATE
II. DE UNIVERSO DEI VERBO
III. DE VERBO
Argumenta Opusculorum

ARGVMENTA

OPVSCV LORVM, QVAE

Hoc volumine continentur.



OPVSCV LVM I.

DE SCRIPTURAE SACRAE

OBSCVRITATE ATQVE EIVSDEM

INTERPRETATIONE

IN quo Scripturam Sacram obscuram esse ita demonstratur, ut eius obscuritatis causa singula tum innata, tum aduentitia inuestigentur, & assignata examinentur. Deinde verò Quae, Quomodo, & Quibus hominibus facilis, vel difficilis Scriptura dicatur, distincte ostenditur, atque iccirco interpretatione illam egere concluditur. Hoc autem constituto, A Quo, Quomodo, & per Quae ipsa sit rite interpretanda accurata, et longa disputatione explicatur.

OPVSCV LVM II.

DE VNIVERSO DEI VERBO

IN quo, An Deus Verbum aliquod locutus sit, Atque illius Verbi vsus cur sit nobis necessarius diligenter explicatur, Cuius deinde Uniuersi Definitio traditur. Dispartes quoque ipsius rationes, & modi accurata disquisitione inuestigantur, Ex quibus singula eius species facile deprehenduntur. A quo denique ipsum custodiatur, Et vnde certum ac perspectum nobis ita reddatur, ut germanum

Dei Verbum illud esse non dubitemus, multa & subtili disputatione indagatur.

OPUSCULUM III.
DE VERBO DEI TRADITO

IN quo Verbi Dei Traditi Antiquitas, Copia, Custodia, Vis, Dignitas, & Auctoritas demonstratur. Atque singula eiusdem Genera accurate inuestigantur, & distincte explicantur. Cuius etiam Nota traduntur, quibus ab Ecclesiasticis, Humanis, & Adulterinis Traditionibus discerni sine errore possit.



AD



AD SANCTISSIMUM
PATREM GREGORIVM
PONT. MAX. EIVS
NOMINIS XIII.

Iulij Rugerij Præfatio.



VID otiosus agerem potuisti Gregori Beatissime ex illis litteris plenè cognoscere, quas ad te superioribus annis unà cum Opusculis mihi, Idipsum egi postea, agoque assidue, opus quidem magnum, & arduum in manibus habeo, præclaris tamen conatibus letor, rei tum dignitate, tum utilitate urgeor, Dei auxilio confido, atque susceptum onus tuo protectus munimine ita sustineo, ut languens etiam, & defessus eodem

dem recreer, erigar, commouear, erectum autem, cur-
rentem, atque in eam operam toto animo, & studio
omni incumbentem dum amici conueniunt. & meos
in manus, ut incidebant, libellos sumunt, forte accidunt
ut eos quoque legerent, quos ego in editis Opusculis, ut
potè illis re, & tractatione coniunctissimos, frequen-
tissimè nominaueram. Isti legentibus visi sunt statim
peruulgandi, tum quia sint illis quamprimum anne-
ctendi, quos perficiunt, & confirmant, & à quibus di-
uelli, cum sint quasi à natura copulati, vix poterant,
tum verò quia ad vigentes, ac seuientes hæreses confu-
tandas sint maxime opportuni. Hac tamen amico-
rum hortatione me permoueri non facile patiebar, ut
potè qui integrum, quod moliebar, opus, ut primum
liceret, edere, atque eiusdem particulas istas in illud
tempus reseruare statueram, quo tamen illa vinculo
paulò ante peruulgatis astringerentur interim non
ignorabam, atque disputationes eiusmodi quàm sint
his temporibus necessaria omnino sentiebam, inter
quas ea sola de Scriptura obscuritate, & interpretatio-
ne questio omnium profectò controuersiarum caput
ipsum est, quo abscisso nulla iam capita extollat, quæ
impia nunc venena euomit, Hydra, sed unico eo vul-
nere confecta statim iaceat. Cur, autem grauissi-

mam

mam questionem hanc tam parcè, tamquæ restrictè
Catholici viri hucusque tractauerint non intelligo.
Tandem verò non solum amicorum stimulis incita-
tus, sed veritatis impetu fractus, & charitatis vi
compulsus, de sententia decedere coactus sum, Vera
enim celare iniquum, ad Ecclesiæ fructum compara-
ta suppressere vel retardare scelestum, utraque pe-
tentibus denegare inhumanum esse intellexi. Quare
iam libens obtempero, Tres disputationes in lucem
edo, Tuæ Sanctitati debitas eidem supplex deuoueo,
Quas iudicare tuæ erit auctoritatis, amplecti beni-
gnitatis, protegere amplitudinis.



IVLII RVGERII
OPVSCVLVM
DE SCRIPTVRAE
SACRAE OBSCVRITATE
ATQVE EIVSDEM
INTERPRETATIONE.

*In quo Scripturam Sacram obscuram esse ita demonstra-
tur, ut eius obscuritatis cause singulae cum innata-
rum aduentitia inuestigentur, & as-
signata examinentur.*

*Deinde verò Quae Quomodo, & Quibus hominibus
facilis vel difficilis Scriptura dicatur distin-
cte ostenditur, atque iccirco interpre-
tatione illam egere concluditur.*

*Hoc autem constituto. A Quo, Quomodo, &
per quae ipsa sit rite interpretanda ac-
curata, & longa disputatio-
ne explicatur.*

INDEX CAPITVM QVAE HOC OPVS CVLO CONTINENTVR.



- S**cripturam Sacram obscuram, ac difficilem esse ipsius
met Scripturae testimonijs & exemplis demonstra-
tur. Cap. 1
- Scripturae obscuritas concordi Patrum consensione confir-
matur. Cap. 2
- Scripturam difficilem esse ex quatuor causarum generi-
bus sigillatim concluditur. Cap. 3
- Scripturarum obscuritatis causa assignatur ipsarum for-
ma. Cap. 4
- Scripturae obscuritas ex ipso fine demonstratur. Cap. 5
- Rationes quibus probari posset Diuinam Scripturam faci-
lem & apertam esse Responionesque ad argumenta su-
perius allata. Cap. 6
- Qua, quomodo, quibusue tum obscura, tum aperta sit
Diuina Scriptura declaratur. Cap. 7
- Argumentationes, Scripturae perspicuitatem confirman-
tes, diluuntur, contrariarum vero rationum, quibus
eiusdem obscuritas demonstrabatur, vis ostenditur &
firme sustinetur. Cap. 8
- De

- De Scripturae interpretatione varia reitatur sententia
quarum ea primo argumentis confirmatur, quae Scrip-
turam se ipsa interpretandum asserit, Deinde vero quae in-
genij vi & linguarum peritia intelligi eandem posse af-
firmat. Cap. 9
- Eorum sententia rationibus confirmatur, qui in Scri-
pturae interpretatione consulendos esse Sanctos Patres,
atque ex ipsorum monumentis eiusmodi Interpretatio-
nem erui debere affirmant. Cap. 10
- Aliorum opinio argumentis firmatur, quae asserit Ecclē-
siam ipsam esse consulendam in Scripturae Sacrae iura
ac recta interpretatione. Cap. 11
- Spiritu Sancto Scripturam interpretandam esse de alio-
rum sententia asseritur, id ipsumque ratione & Patrum
testimonijs confirmatur. Cap. 21
- Singulae recitatae opiniones examinantur, & rationibus no-
minatim refutantur. Cap. 13
- A Quo, & per qua sit Scriptura sacra interpretanda de
Auctoris sententia declaratur. Cap. 14
- Singulae Rationes, & modi traduntur, quibus Scripturae in-
terpretationes tum ab alijs inuentas, tum à nobis excogi-
tatas, à spiritu sancto produsse certo deprehenda-
mus. Cap. 15
- Quomodo Scriptura Sacra sit se ipsa interpretanda, &
qua in huiusmodi interpretatione sine obseruan-
da. Cap. 16
- Regulae illae traduntur de Sacra Scriptura vario & fami-
liari

liari loquendi usu, quarum noticia ad eandem Scripturam interpretandam momentum habere deprehenditur.

Cap. 17

Ea omnia recensentur & confirmantur, quæcunque obseruanda iccirco dicebantur, quia in ea Scriptura particula inerant, qua se ipsa interpretanda proponebantur.

Cap. 18

Obscurum Scripturæ locum ex alijs eiusdem locis posse colitione ipsa declarari ostenditur.

Cap. 19

Responsiones ad Argumenta, quæ obijciebantur sententiæ, Spiritum Sanctum interpretationis esse auctorem asserenti.


Cap. 20



SCRI-

SCRIPTURAM SACRAM

obscuram, & difficilem esse ipsiusmet scripturæ testimonijs & exemplis demonstratur. Cap. 1.



INTER ampla, & excelsa priuilegia scripturis sacris Dei munere concessa, illud quoque numerandum esse fideles credunt, earum studiosi experiuntur, Theologi verò intelligunt, atque firmissimis rationibus cõcludunt; quòd non sint ipsæ omnibus peruiæ, & apertæ, ut potè quæ orationis obscuritate, tum auctori Deo, tum scriptis mysterijs apprimè congruente, quasi honestissima latebra adhibita, obtegantur, studio autem, indagatione, fide, precibus, ac denique intellectus, & sapientiæ dono nudentur, atque illis integumentis euoluta Dei benignitate cernantur. Quam quidem insitam, vel potius innatam obscuritatem ipsæmet abundè testantur, ut arrogantes homines deterreant, dum grauissimi sermonis lenitate quadam timidos, & imbecilles alliciunt, & facilitatis speciem offerentes, quasi apertis foribus inuitant. Quod admonens AVGVSTINVS de eadem Scriptura inquit. [Inuitat omnes humili sermone, quos non solum manifesta pascit, sed etiam secreta exercent veritate.] Atque iccirco huiusmodi obscuritatem indicans DOMINVS per Isaiam dicebat [Erit vobis visio omnium, sicut verba libri signati, quem cum dederint scienti litteras dicent, lege istum, & respondebit non possum, signatus est enim, & dabitur liber nescienti litteras, diciturque ei lege & respondebit nescio litteras.] Quæ verba explanans ORIGENES ait [Hæc non modo de Apocalypsi; & Isaiæ dicta esse existimandum est, verùm etiam de vniuersa Scriptura Diuina citra controuersiam, quæ quidem apud eos, qui possunt diuina oracula percipere,

Epist. ad vob
lufianum.
SCRIPTV-
RAE TE-
STIMONIA

Isa 29.

Philocaliæ
c. 2.

cipere, plena est ænigmatis, & parabolis, & obscuris sermonibus, alijsquè varijs obscuritatum formis, humanæ naturæ ad concipiendum difficilibus.] CYRILLVS quoque ALEXANDRINVS in vniuersam Scripturam eadem verba pariter accommodans inquit. [obfignata est quodam modo à Deo, quasi liber vnus; diuinitus afflata scriptura, vnus enim liber est tota Scriptura, & ab vno Sancto Spiritu prodita, & quodammodo est obfignata, etenim nec qui legere poterāt, & litteras norunt, quicquam in eo potuerunt intelligere, nec etiam qui nesciunt litteras, in eo quippiam reconditum cognoscent, sed erit omnibus ex æquo lex consignata, eò quòd sententiarū vim, ne hi, qui legere sciunt, assequantur.] Atquè HIERONYMVS libri Osee obscuritatem demonstrans, idem Isaia testimonium protulit dicens. [Et in Isaia signatum librum legimus, què scribæ, & Pharisei, quī legis litteras nosse se iactant, non possunt legere, quia signatus est, nullusquè inueniri potuit, nisi Leo de Tribu Iuda, quem signauit Deus Pater, qui eius posset referare mysteria] Ipse verò OSEE eius, quam exarauerat, scripturæ obscuritates, & ænigmata vehementer admirans inquit. [Quis sapiens & intelliget ista? intelligens, & sciet hæc?] Quam sententiam explicans HIERONYMVS ait [Quando dicit, quis sapiens, & intelliget hæc, intelligens & cognoscer ea? obscuritatem voluminis, & difficultatem explanationis ostendit, si autem ipse, qui scripsit vel difficile, vel impossibile confitetur, quid nos facere possumus, qui lippientibus oculis, & peccatorum sordibus obscuratis clarissimum iubar solis non possumus intueri? nisi dicere illud, quod scriptum est, O profundum diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, quàm inscrutabilia sunt iudicia, & inuestigabiles viæ eius.] Atque in eiuſdē procemio idipsum prædicabat idem HIERONYMVS dicēs. [in explanatione Osee Prophetæ orandus est Dominus, & cum Petro dicendum ediffere nobis parabolam istam, præsertim cum obscuritatem

voluminis in fine testetur ipse, qui scripsit, quis sapiens & intelliget ista? intelligens & cognoscer ea? quod nō pro impossibili, sed pro difficili debemus accipere, iuxta illud Euangelij, Quis putas, est seruus fidelis & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam?] Ad quam Scripturæ obscuritatem oculos adiiciens DAVID ipse dicebat [Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tuā.] Cuius sententiam explicans CHRYSOSTOMVS inquit. [Sacra scripturæ verba non vult Deus vt simpliciter, sed multa cum prudentia intelligantur. Ideo Beatus David sæpenumero in Psalmis ad doctrinam nostram. Reuela, inquit, oculos meos, & intelligam mirabilia ex lege tua] HIERONYMVS quoque ait [Reuela, inquit David, oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua, lex enim spiritualis est, & reuelatione opus est, vt intelligatur.] Atque eandem Scripturarum obscuritatem significans DOMINVS noster, Iudæos his verbis monebat, [Scrutamini scripturas.] Quod animaduertens CHRYSOSTOMVS inquit. [Præterea Dominus Iudæos admonuit, scrutamini scripturas, quod non vtique dixisset si perfacile, & prima tantum lectione possent intelligi, quod enim in medio, & in promptu positum est, nemo sanè perscrutatur, sed quod obscurum, & latens, id multa indiget inquisitione, vt inueniatur. Ea propter DAVID, vt rectè scripturas ipse scrutaretur Dominum orabat. [Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam] DOVE perficiens dicebat, [Mirabilia testimonia tua, idèò scrutata est ea anima mea.] De ipso autem Salvatore nostro, idem Propheta inquit, referente etiam MATTHÆO Apostolo: [Aperiam in parabolis os meum, eruclabo abscondita à constitutione Mundi.] Quod quidem locutionis genus, sermonis obscuritatem apertè præfert. Id autem ab ipso CHRISTO studiosè obseruatum fuisse, ex eiusdem verbis, & factis non obscure deprehenditur. Quamobrem verò id faceret, ipse declarans discipulis interrogantibus ita respondit.

Psal. 128.

In Io. hom. 14.

Epist. ad Paulinum.

Io. 5. In Io. hom. 14.

Psal. 118.

Psal. 118.

Math. 13.

Psal. 77.

Matth. 13. dit. [Ideò in parabolis loquor eis, quia videntes non vident, & audientes non audiunt.] Eiusmodi autem Parabolas, non solum cæteris Auditoribus obscuras fuisse, sed discipulis etiam, ac Apostolis ipsis non fuisse perspectas, illimet fatentur, dicente PETRO [Ediffere nobis parabolam istam] ET rursum omnibus petentibus. [Ediffere nobis parabolam Zizaniorum agri.] Quibus iccirco CHRISTVS eam, veluti obscuram, explanans dixit [Vobis datum est nosse Mysteria Regni Coelorum, cæteris autem non est datum] Atque similiter postquam is mortuus reuixit veteris testamenti scripturas eisdem discipulis interpretatione patefecit, vt potè quæ ob nimiam obscuritatem illos latebāt, dicente EVANGELISTA [Et incipiens à Moyse, & omnibus Prophetis interpretabatur illis in omnibus scripturis, quæ de ipso erant] ET non nullis interiectis. [Tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas.] A quibus quidem discipulis cæteri fideles scripturarum sensum, quem ex littera eruere ipsi non poterant, postea didicerunt, vt (exempli causa) Eunuchus Ille, qui Isaïæ scripturam cum legeret PHILEPPVM Apostolum interrogantem audiuit [Putasne intelligis, quæ legis? qui ait, & quomodo possum, si non aliquis ostenderit mihi?] Quare Isaïæ vaticinio recitato idem EVNVCHVS Philippo dixit. [obsecro te, de quo Propheta dicit hoc? de se, an de alio aliquo?] Cuius quidem Eunuchi pium discendi studium, atque imbecillitatis, & ignorationis confessionem valde commendans HIERONYMVS, scripturæque obscuritatem agnoscens, & cōprobans, quarum sensum sibi patefieri à Doctore optabat, de seipso dicere non erubuit. [Ego, vt de me loquar, neque sanctior sum hoc Eunucho, nec studiosior.] Vtinā autem omnes illos, quibus faciles, & apertas esse scripturas persuasissimum est (hæreticos præsertim huius seculi) fateri pariter non puderet. Nos, vt de nobis loquamur, neque sanctiores sumus hoc Eunucho, vel etiam Hieronymo, nec studiosiores,

tunc

tunc enim ipsarum summam obscuritatem cum illis facilè agnoscerent. PAVLVVS verò Apostolus Corinthijs scribebat. [Sapientiam autem loquimur inter perfectos, sapientiam verò non huius seculi, qui destruitur, sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est.] Hanc autem sapientiam Apostolicis scriptis contineri aduersarij ipsi Hæretici facilè concedunt, atque iccirco de eodem Paulo PETRVS APOSTOLVS dicebat [Sicut & charissimus frater noster Paulus, secundam datam sibi sapientiam scripsit vobis, sicut & in omnibus Epistolis loquens de his, in quibus sunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti, & instabiles deprauant, sicut et cæteras scripturas ad suam ipsorum perditionem] Ex quibus scripturarum testimonijs iam concludendum videtur perobscuram esse ipsam scripturam, vt de illa meritò dici possit. [Et dabo tibi Thesauros absconditos] Id ipsumquè eiusdem scripturæ exemplis pariter confirmatur, eius nanquè initium ipsum (quod scilicet Mundi creationem continet) tot equidem difficultatibus obstructum est, vt non solum ipsos Iuuenes ab eius lectione ob summam obscuritatem, & recondita mysteria Iudæi olim arcerent, & minus eruditi Auditores ab eadem facilè sua sponte deterreantur, sed docti, & sancti viri in ipso explanando desudarint, varie illud sint interpretati, atque incredibilem narrationis magnitudinem, & eius interpretandæ difficultatem apertè prædicarint, Origenes verò eiusdem, litteralem sensum explicandi spe omne ammissa, ad mysticos sensus liberè se conuerterit. Augustinus deniquè in tanta difficultate modestius se gerens, dum litteralem ipsius sensum explanare studeret, se intelligentia, & sermone illum complecti integrè non posse vehementer doluerit. Prophetici autem libri omnes tanta obscuritate inuoluti leguntur, vt linceorum etiam hominum acies in illis tenebris hebescat. Quod interpretes omnes palàm fatentur, atque nominatim Ezechiel, & Daniel abundè ostendunt.

1. Cor. 2.

2. Pet. 3.

Isa. 45.
SCRIPTV-
RAE EXEM-
PLA

B Cuius

Cuius quidem Ezechielis tum initij, in quo de Cherubin refertur, tum finis, in quo templi ædificatio continetur, iuuenibus iccirco erat lectioe olim interdictum. Danielis autem Hebdomadæ, cum in earum explanatione, non solum summa diligentia, & longo sermone Patres laborarint, sed inter se discrepantes variè admodum sint eas interpretati, atquè ipsorum paucissimi veram illius Prophetiæ intelligentiam vix fuerint affecti, ipsarum iccirco maximam obscuritatem ipsæmet, atquè multiplices earum interpretationes abundè ostendunt. De Psalmis præterea quid dicemus? nonne tot abditis sensus in ipsis latent, atque in eodem orationis contextu, tum personæ ipsæ loquentes, tum res etiam, de quibus sermo habetur, ita frequenter, & occultè immutantur, ut qui eorum obscuritatem neget, Nimbium quoquè lucere putet. Iob vero liber non solum Hebraïsmis, Syrisms, & Arabisms totus refertus est, sed tot præterea abstrusos sensus, grauissimasque disputationes inclusas continet, ut in ipsius intelligentia difficultates maximas non agnoscere, sit communem hominum, & naturæ sensum repudiare. Adhæc autem ipsum Canticum Canticorum perpetua orationis metaphora contextum, AEnigma nuncupari debet potius, quàm possit, cum AEnigmati definitio à Rhetoricæ magistro tradita ipsi apertè congruat. Orationis verò perspicuitatem ænigmati tribuere quis mentis compos vnquam audebit? Atque iccirco tum iuuenes Hebræi ab eius lectioe olim repellebantur, tum Christiani Theologi non pauci ipsius interpretationem ad senectutem sibi reseruarunt. An Saltem Euangelij scripturam facilem esse dicemus? Sed ipsum Solum Euangelij Ioannis initium sufficiens profecò erit ad huiusmodi sententiæ falsitatem euincendam, & cumulatè ostendendam, quam explodens ORIGENE dicebat. [Quamuis & si diligentius requiramus, verbi causa in Euangelij lectioe, vel Apostolica doctrina, in quibus delectari videris, & in quibus tibi aptissimum, & suauissimum

Arist. 3.
Rhet.

In nou.
Hom. 27.

num deputas cibum, quanta sunt, quæ latent, si discutias, & perscruteris mandata Domini, quòd si ea, quæ obscura videntur, & difficilia, fugienda sunt protinus, & vitanda, inuenies etiam in illis, in quibus valde confidis, tam multa obscura, & difficilia, ut si hanc sententiam teneas, sit tibi etiam inde recedendum.] Quid verò Pauli Epistola? an faciles illas existimabimus, quas difficiles, & obscuras esse non solum Patres, Sed Petrus ipse Apostolus (ut audiimus) apertè prædicabat? Atque (omnibus etiam silentibus) orationis contextus ipse cumulatè demonstrat? Apocalypsim deniquè Ioannis claram, & perspicuam omnibus esse quicumque dixerit, is certè exhibendus erit, & risu potius explodendus, quàm ratione aliqua euincendus. Horum autem omnium ac singulorum, quos recensuimus, librorum summam obscuritatem, qua arcana mysteria obteguntur, agnouit etiam doctissimus, & acerrimi iudicij vir ORIGENES, nec palàm fateri erubuit se, in scripturis diutissimè, ac studiossimè volutatum, plurima eiusmodi arcana adhuc ignorare, cuius grauissimum testimonium hoc loco prætermittere nephas omnino ducimus, ut potè quòd tum singulos ferè canonicos libros obscuros esse nominatim asserat, tum verò ipsorum obscuritatem, quasi digito, demonstraret, ac totam disputationem hanc concludens nostram sententiam optimè confirmet. Inquit igitur ille. [In primis, quòd dispensationes quædam mysticæ declarentur per scripturas omnes, etiam simpliciores, qui verbo fidem adhibent, credunt. Quænam verò ipsæ sint, qui mente pollent, nec arrogantia agitantur, se nescire confitentur. Si igitur querat aliquis de filiabus Lot, quæ patri admixtæ sunt, de duabus vxoribus Abraham, de duabus sororibus, quæ nupserunt Iacob, de duabus ancillis, quæ ex ipso conceperunt, nihil aliud dicendum videtur, quàm hæc esse mysteria à nobis minimè intellecta. Sed & Tabernaculi constructio cum legitur, qui credunt huiusmodi scripta figuras esse occultarum quarundam rerum,

2. Pct. 2.

Philocaliæ
c. 1.

multas causas occultant scripturæ sapientiam] Quas causas ipse recenset, ac deinde ait . [Sancta mysteria prophetiarum teguntur parabolis, scripturarum enim stylus est parabolicus.] **ORIGENE S.** [Clausas, & obsignatas esse sacras scripturas diuina aiunt oracula, claue Dauidis fortasse, & sigillo, de quo dictum, expressis signaculi sanctificatio Domino, hoc est veritate Dei, qui ipsas tradidit, quæ quidem signaculo declaratur. ET nonnullis interiectis.] In Diuinis scripturis considerandum est, multa in illis versari, nobis explicatu difficillima.] ET alio in loco. [Sentio quòd in explanando vires nostras mysteriorum superat magnitudo, sed quamuis non valeamus cuncta differere, tamen sentimus cuncta repleta esse mysterijs.] **A THANASIVS** [Quæ non intelligimus in scripturis, non abdicamus, sed requirimus ab illis, quibus Dominus reuelauerit, & ab eis discere cupimus.] **CHRYSOSTOMVS.** [Thesaurus magnus in scripturis est reconditus, & in profunditate latens, iccirco scrutatione opus est, vt cum didicerimus virtutem, quæ in profundo latet, multam inde vtilitatem accipere queamus.] **BASILIVS** [Silentij species est ea obscuritas, qua vtitur scriptura, ita dogmatum sententiam construens, vt ægrè assequi possis, atquè hoc ad legentium vtilitatem.] **HIERONYMVS.** [Neque enim simplex à Prophetis historia, & gestorum ordo narratur, sed ænigmatum plena sunt omnia, aliudque in verbis sonant, aliud tenetur in sensibus, vt quæ existimaueris plana, & inoffensa currere lectione, sequentium rursus obscuritatibus inuoluantur] **IDEM** alio loco de Veteris Testamenti scriptura ait. [Quæ tantis obscuritatibus, & futurorum typis obuoluta est, vt omnis interpretatione egeat, & porta orientalis, de qua verum lumen exoritur, & per quam Pontifex ingreditur, & egreditur, semper clausa sit, & soli Christo pateat, qui habet claue[m] Dauid, qui aperit, & nemo claudit, claudit, & nemo aperit, vt illo referante introeas cubiculum eius, & dicas introduxit me Rex in cubi-

Ibidem.

Philocaliz. Cap. 2.

Ibidem.

In leuit. hom. 3.

In Epist. de Syn. Arim. & se'eue. In Gen. ho. 45.

Li. de spiritu Sancto. c. 27.

In Isaiam. cap. 65.

Ep. ad Algasiam.

cubiculum suum.] **DE** noui autem testamenti particula nominatim dicebat [Totus hic Apostoli locus, & in superioribus, & in sequentibus, imo omnis epistola eius ad Romanos nimis obscuritatibus inuoluta est, & si voluero cuncta differere, nequaquam mihi vnus liber, sed multa scribenda volumina.] **DE** tota denique scriptura affirmat [Scripturæ Sanctæ difficultas maxima est, cuius intelligentiam, absquè Dei gratia, & doctrina maiorum sibi imperitissimi vel maximè vendicant.] **EPIPHANIVS** autem non solum idem asserit, sed omnium etiam aliorum consensum testatur iniquiens. [Omnis diuina Scriptura, quod in confesso est, & apud eos, qui mediocriter diuinos sermones intelligere possunt, referta est ænigmatibus, & parabolis, obscurisque sermonibus, & alijs varijs speciebus obscuritatis, quas humana mēs ægrè capere potest] **AVGVSTINVS.** [Modus autem iste dicendi, quo Sancta Scriptura contextitur, quam omnibus accessibilis, quamuis paucissimis penetrabilis] **IDEM** [Thesaurus est magnus diuinarum scripturarum, habens in se mirabilia præcepta, & multa, tanquam multas gemmas, & prætiosa monilia, & vasa ingentia, & magni metalli, sed quis potest scrutari Thesaurum istum? & vti eo, & peruenire ad omnia, quæ ibi sunt?] **CYRILLVS ALEXANDRINVS** [Pleni sunt libri Mosaici figurarum, quæ ita latent, vt sine magno labore, & studio, addam etiam gratia Saluatoris interpretari rectè non possint] Et rursus. [Est enim vehementer profunda illius doctrina, etiam illis, qui potissimum mente valent, & diuinas scripturas exquisitè versant, ægrè, tanquam in ænigmate, & veluti in speculo cognoscibilis.] **ET** in alio loco [Obscura semper est Sanctorum Prophetarum oratio, & reconditis sententijs referta, ac diuinorum mysteriorum prædicationem continet.] **THEODORETVS.** [Vasto Pelago nos commissimus, vt in litteræ profunditatem descendentes, tibi intelligentiæ margaritam extraheremus, nequè verò oleum, ore sum-

Epist. ad Algasiam.

In Dan. 17.

Contra Orig.

Ad Volusianum.

De doct. christ. lib. 1.

In Euang. Io. lib. ca. 3.

In Apoio-gia.

In Isa. li. 1. or. prima.

In Canti. Canti.

psimus,

psimus, cuius auxilio, tanquam factitio lumine, uteremur, sed orationem, ac preces, quarum præsidio potissimum egent ij, qui ad Sacrosanctæ Scripturæ cognitionem cupiunt perueniret, sic enim dicere nos docuit Beatus Dauid, reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Dei igitur gratiam, quæ nobis huiusce libri sensum, atque intelligentiam, aperiat, imploremus] GREGORIUS verò primus eandem obscuritatem in scripturis agnoscens dicebat. [Scriptura enim sacra, aliquando nobis est cibus, aliquando potus, cibus est in locis obscurioribus, quia quasi exponendo frangitur, & mandendo glutitur.] ISIDORUS [Ratio, per quam fit hæresis, obscuritas est diuinarum scripturarum, in qua caligantes hæretici aliud, quàm se res habeat, intelligunt] Tot autem Sanctorum Patrum producta testimonia, ipsorum, vel omnium potius, consensionem abundè videntur demonstrare, quam etiam cumulatè confirmabunt ea, quæ mox adducemus ad huius obscuritatis causas sigillatim tradendas.

Scripturam difficilem esse ex quatuor causarum generibus sigillatim concluditur.
Cap. III.

QVOD scripturæ diuinæ obscuræ, ac difficiles sint hucusque demonstrauius, nunc verò earum obscuritatis causas singulas inuestigantes, atquè illas nominatim assignantes, quæsitum vtrumquè simul nos explicaturos speramus. An scilicet, & propter quid ipsæ diuinæ scripturæ obscuræ sint, causas enim, si non omnes, aliquas saltem eiusmodi afferemus, quæ sint in hac obscuritate (ut Dialectici, & Philosophi loquuntur) tum essendi, tum cognoscendi primæ, & immediatæ causæ. Diuinè itaque intelligentiæ infinitam vim quisquis agnouerit, eius quoquè sensuum immensam

sam copiam. & amplitudinem fateri omnino cogetur, quos quidem sensus omnes, aut integros complecti hominum sermones, & scripta nunquam poterunt, ut potè quæ vocum, & litterarum finitis, angustisque spatijs definiantur, quorum angustijs, tum plurimos Dei sensus excludi, tum reliquos conclusos premi necesse est, perindequè inuolutos comprimi, atquè ampla, & extensa corpora, si quis ea in angustum vas concludere conetur, complicata, ac inuoluta constringi oporteat, inuolutos autem sensus patere quis dixerit? quos potius inuolucro tegi, nec intelligi vnquam posse, nisi euoluti explicentur, etiam inuiti, fateri compellimur. Cum igitur Scripturæ sacræ hominū linguis, & litteris exarata sint, Dei autè sensus eadem complectantur, non vtique extensos illos ac patentes ostentabunt, sed complicatos ac pressos, quasi gremio, continebunt, quos latentes deprehendere, obrutos eruere, constrictos extendere, conclusos patefacere, atquè inuolutos euoluere studio, & indagacione oportebit. Huiusmodi verò obscuritas, cum ex diuinæ intelligentiæ amplitudine oriatur, in Auctorem vtique Deum (effectricem nimirum scripturarum causam) est referenda. Cui alia præterea causa annexi non inscitè fortasse poterit, quamuis nec tanti sit æstimanda, nec etiam vniuersalis sit, (toti scilicet scripturæ congruens) hæc verò est frequens loquentium personarum, & occulta mutatio, quod quidem in ipsis Prophetis tum frequentissimum esse, tum maximam in eis obscuritatem parere studiosi omnes abundè intelligunt, & HIERONYMVS ipse testatur iniquens. [Prophetæ idè obscuri sunt, quia personæ in his plurimæ commutantur]. Quod etiam obseruās ORIGENES multò antea dicebat [Non percipienti distinctionem personarum diuinæ Scripturæ cum loquentium, tum auscultantium, oratio multam præbet confusionem, dum quærit quænam persona loquatur, quænam audiat: Ac interdum persona loquens abiit, cum sæpe altera, ad quam fit sermo, seruetur, &

C reti-

In p. r. Iob.
c. 8.

De sum.
bon. lit. r.

In Isa. c. 2 r.

Philocalion.
c. 7.

EFFI-
CIENS

retineatur, & alia ad eandem loquatur, aut contra manet persona loquens cum ea, ad quam erat sermo, non amplius audiat, sed tertia quædam excipiat. Interdum ambæ mutantur, tam loquens, quàm eloquium excipiens, aut si adhuc ambæ manent non apertè videntur manere. Quid autem attinet exempla requirere singulorum? cum Prophetæ omnino istorum differentia sint pleni, quæ etiam causa est non vulgaris cur obscuritas dictorum non sit distincta.] Ab efficiente autem ad materiam (subiectum scilicet) procedentes, ex hoc quoque genere causæ eandem obscuritatem ostendemus, subiecti enim excellentiam, intelligendi scribendique difficultatem in primis gignere Philosophi ipsi docēt, & AVGVSTINVS cōprobat dicens. [Sunt enim quædā quæ sua vi non intelliguntur, aut vix intelliguntur, quātolibet, & quantūlibet, quāuis planissimè dicētis, versentur eloquio. HIERONYMVS quoque Victorino subscribens id ipsum prædicat, atquè eiusmodi causam scripturæ obscuritati nominatim assignat dicens [Contestatum volo, & illud Rhetoris Victorini breuiter admoneo, vt obscuritatem voluminum ex tribus rebus fieri scias, vel rei magnitudine, vel doctoris imperitia, vel audientis duritia, quorum primum, & secundum liquidò in hoc opere confitebor, tertium acumen ingenij tui, & desiderium scripturarum facilè renuit.] Quid verò mirum subiecti præstantiam, & magnitudinem diuinis scripturis obscuritatem tribuere, cum supremum illud sit, & inter omnia in omni genere emineat, atquè præstantissima quadam ratione, in scripturis consideretur? quod Barbari etiam, & infideles, vix illud animo contemplantes, intellexerunt, id verò animaduertens CLEMENS ALEXANDRINVS, atquè hanc obscuritatis causam scripturis assignans dicebat. [Et ideo, Aegyptij quoque in sacris ponunt Sphingas, vt potè quòd de Deo oratio sit ænigmatica, & obscura.] Nec solum quidem vnus Dei nomina, & attributa in scripturis traduntur, sed eiusdem quoque

MATERIA.

4. de Doctr.
Christ. c. 9.In Ezech.
cap. 42.

Strom. li. 6.

quæ personæ indicantur, quo mysterio nullum est profectò secretum, & abstrusum magis, filij præterea incarnationem, hominum prædestinationem, sacramentorum arcana, futura, promissa, aliaque innumera Scripturæ continent, quæ difficillimos profectò explicatus habent, nec ipsorum intelligētiam in promptu esse, atquè omnibus patere decet, solent enim prætiosa quæque recondita seruari. Quod animaduertens THEODORETVS pulchra inductione confirmat. [Animaduertisse, & considerasse oportuit, eorum quæ prætiosa sunt, in promptu hominibus esse nihil. Margaritam quippè, sicut purpureæ veltis Regiæ florem maris occultat profundum, & auri, argentique venæ in terræ superficie non extant, sed in intimis eiusdem partibus conteguntur, in domibus quoque prætiosissima quæque intus in pænis, impositis vinculis, clauibus, & sigillis, custodiuntur, consilia quoque earum rerum, quæ sint maioris alicuius ponderis, fidelioribus amicis, non omnibus temerè enunciare consueuimus, verùm hisce omnibus, quæ modò diximus, augustiora diuina sunt, tantòque præstantiora, quantò & quæ sub oculorum sensum minimè cadunt, ab his, quæ videntur, & ea, quæ mente, ab ijs, quæ sensu comprehenduntur, & à fluxis stabilia differunt. Decet igitur ea maiore custodia digna censentes, cum Domi no dicere, non esse proijciendas Margaritas ante porcos.] Huiusmodi autem arcanis mysterijs est tota, & vbique refer ta ipsa diuina scriptura, et si minuta quædam, & quæ nullius ponderis ac momenti esse videantur, narrare aliquando deprehendatur, quod obseruans ORIGENES dicebat. [Ideo dicimus, ne cum fastidiò hæc legatis, & putetis vilem aliquam esse scripturam, pro eo, quòd est multis nominum appellationibus confusa, quin potius scitote ineffabilia per hæc mysteria contineri, & maiora quàm potest, vel humanus sermo proferre, vel auditus mortalis audire, quæ (vt ego arbitror) dignè & integrè explanari non solum à me minimo non possunt,

In Ezech.
arg.Super Iesu
Nauc. hom.
23.

sunt, sed ne ab ipsis quidem, qui me multò meliores sunt.]

*Scripturarum obscuritati causa assignatur
ipsarum forma. Cap. IIII.*

Obscuritatis, quæ in diuinis scripturis deprehenditur tum efficiens ipsum, tum etiam materiam esse causam hucusque demonstrauius, idem vero ex forma pariter, vel etiam cumulatius, probari posse arbitramur, quod mox abunde (ni fallimur) ostendemus. Cū itaque in scripturis frequentes sint Allegoriæ, Parabolæ, Methaphoræ, Aenigmata, & Ironiæ, necnō hyperbole, Synechdoche & cōsimiles tropi sæpissimè deprehendantur, omnes denique tum verborum, tum sententiarum figuræ conspiciantur, quæcunque à Grammaticis, & Rhetoribus excogitatæ, obseruatæ, & traditæ fuerunt, quas quidem in prophanis Scriptoribus obscuritatem parere omnes fatentur, mirum nemini esse debet, diuinis pariter scripturas in magnam iccirco difficultatem, ac orationis obscuritatem incidisse, quas huiusmodi figuris frequentissime vti lectio ipsa demonstrat, vt enim dicebat A V-

3 de Doctr.
Christ. c. 29

G V S T I N V S [Istorum Troporum non solum exempla sunt omnium, sed quorundam etiam nomina in diuinis libris leguntur, sicut Allegoria, Aenigma, Parabola] Id ipsum verò Patrum quoque Testimoniis confirmari facile posset, in re tamè satis perspecta vnum, vel alterum testem producemus. Inquit enim T E R T V L L I A N V S [Ideò obscuræ sunt scripturæ, quia plerunque figuratæ protenduntur, per ænigmata, & allegorias, & parabolæ, aliter intelligenda quam scripta sunt] A V G V S T I N V S verò ait. [Sciât autem litterati modis omnibus locutionis, quos grammatici Græco nomine Tropos vocant, Auctores nostros vfos fuisse, & multiplicatius, atque copiosius, quàm possunt existimare, vel crede-

Aduer. Mar
cionem. lib.
3.

3. de doct.
Christ. cap.
39.

re,

re qui nesciunt eos, & in alijs ista non didicerunt. Quos tamen Tropos, qui nouerunt, agnoscunt in litteris sanctis, eorumque scientia ad eas intelligendas aliquantum adiuuantur.] Nec solos quidem Tropos à Grammaticis, & Rhetoribus traditos, diuinæ scripturæ vsurpant, sed (quod difficultatem auget) aliis præterea inusitatis, quibus noua & inaudita nomina imponenda essent, eadem vtuntur, quæ quidem locutiones vix à legētibz iccirco animaduertuntur, animaduersæ autem ægrè admodum explicantur, nec facillè, quam gignebant, obscuritatem deserunt. Quod obseruans A V G V S T I N V S dicebat. [Tropica locutio latius patet quàm vt possit (vt mihi videtur) ab aliquo vniuersa comprehendi, nam vbicunque velut aliud dicitur, vt illud intelligatur, & si nomen ipsius tropi in loquendi arte non inuenitur, tropica locutio est, quæ cum fit, vbi fieri solet, sine labore sequitur intellectus, cum verò vbi non solet, laboratur vt intelligatur, ab alijs magis, ab alijs minus, sicut magis minusue dona Dei sunt ingenijs hominum, vel adiutoria tribuuntur, proinde sicut in verbis proprijs, de quibus superius disputauius, vbi res, vt dicuntur, intelligendæ sunt, sic in translatis quæ faciunt tropicas locutiones, vbi aliud ex alio intelligendum est, de quibus huiusque, quantum visum est, satis egimus, non solum admonendi sunt studiosi venerabilium litterarum, vt in Scripturis sanctis genera locutionum sciant, & quomodo apud eas aliquid dici soleat, vigilanter aduertant, memoriterque retineant, verum etiam (quod est præcipuū & maxime necessarium) orent vt intelligant] Et alio in loco examinans verba illa Amos Prophetæ. [Et nihil patiebantur super contritione Ioseph.] In quibus inauditum tropum ipse animaduertebat, hæc verba adscripsit. [Ille certe tropus vbi Ioseph, quemcunque fratrē facit intelligi, nescio vtrū illa, quam didicimus, & docuimus arte tradatur, quam fit tamen pulcher, & quemadmodum afficiat legentes, atque intelligentes,

3. de doct.
Christ. cap.
37.

Amos. 6.
De doct.
Christ. li. 4.
cap. 7.

ii. 2. in Iob.
cap. 21.
Philocaliz.
c. 9.

In Nahum,
cap. 2.

Gal. 4.
Thef. lib. 9.
c. 1.

Pf. 65.
Pfal. 2

De Theolo
gia Oratio.
3.
In Cant.
Canti ho. 1

gentes, non opus est cuiquam dici, si ipse non sentit.] Præter tropos autem tum vsitatos, tum inauditos, quibus Scriptura vitur, orationis quoque seriem non seruat, Prophetæ enim diuino spiritu concitati quasi præteruolant, quod obseruans PHILIPPVS Præsbyter ait. [Scripturæ diuinæ hinc obscuræ sunt, quæ solent superioris intellectus consequentiam non tenere.] Et ante ipsum ORIGENES. [Tenendum istud vniuersè, quod cum propositum sit spiritui Prophetico, & Apostolico Christi verbo, occultare, nec aperte veritatis sensa prostituere, sæpe à phrasi confunditur, neque vna consequentiæ cohærentia dicitur, ne etiam indigni in suæ animæ iudicium inueniant, quæ ipsis conuenienter occultata sunt.] Atque id ipsum indicans HIERONYMVS dicebat. Hinc vel maximè Prophetæ obscuri sunt, quod dum repente aliud agitur, ad alios persona mutatur, vnde apud Nahum, celebra Iuda festiuitates tuas, & redde vota tua, quia non adijciet vltra, vt pertranseat in te Belial, & sermonem conuertens ait, Ascendit, qui dispergat in facie tua custodiens obsidionem.] Nominum quoque significationes frequenter immutat, (vt exempli causa) allegoriã vocabat APOSTOLVS, eam, quæ est rei vnius ad alteram translatio, vim scilicet verbi in aliud, atque cæteri accipiant, ducens cum ait. [Quæ sunt per allegoriam dicta] Quod obseruans CYRILLVS dicebat. [Sæpissime scriptura verbis abutitur, & in aliam transfert significationem.] Verborum etiam tempora inuertit, vt cum ait. [In flumine pertransibunt pede] idest pertransierunt. & [Quare fremuerunt Gentes] idest fremunt, atque iccirco GREGORIUS NAZIANZENSIS ait. [Nonne cuius perspicuum est, ac præsertim in scriptura vsitatum pleraque ex his, quæ temporaliter dicuntur, inuersa temporum ratione proferri, nec ea solum quæ præteriti temporis sunt, aut præsentis, sed etiam quæ futuram significationem habent.] Modos quoque confundit, dicebat

cebat enim ORIGENES ex scriptura id ipsum confirmans [Moris est scripturarum imperatiuum modum pro optatiuo ponere, vt vbi, pater noster, qui es in cælis, sanctificetur nomen tuum, pro vtinam sanctificetur, & in canticis, osculetur nos osculo oris sui.] Singularem numerum pro plurali frequenter accipit, vt scite admodum docet NICOLAVS primus dicens. [Ne vero moueat, quia singulari numero diocæseos dictum est, sciendum est, quia tantundem valeret dixisse primatem diocæseos, quantum si perhibuisset diocæseon, plenæ sunt enim scripturæ sanctæ tali forma locutionis. Denique scriptum est, tons ascendebat è terra pro numero plurali posuit singularem, vt sic intelligamus fontes multos per vniuersam terram, loca, vel regiones proprias, irrigantes. sicut dicitur miles, & multi intelliguntur. Sicut dicta est locusta, & rana in plagis, quibus Aegyptii percussis sunt, cum esset innumerabilis locustarum numerus, & ranarum, ita & hic diocæseon singulariter dixit, sed hanc propter vnitatem pacis, & fidei pluraliter intelligi voluit] Ac rursus cum plurali numero singularem iungit, quod obseruans HIERONYMVS ait [Porro quasi imperitus locutus est, vt plurali tribulationum numero, gloriam subiungeret singularem, & diceret in tribulationibus meis pro vobis, quæ est gloria vestra, pro eò quod est, quæ sunt tribulationes gloria vestra Quæ omnia fusè tunc explicauimus, cum de Grammatices vsu Theologo opportuno tractaremus, atque eiusmodi artis regulis, & præceptis, diuinam Scripturam non astringi ostenderemus, nunc verò pauca hæc strictim repetere operæ pretium duximus, ad maiorem scilicet eiusdem scripturæ obscuritatem hac ratione demonstrandam, quam scioli quidam solis grammaticæ regulis, & linguarum phrasibus interpretari se posse inscitè prædicant, & cum Grammatici vocari vix mercantur, summos tamen Theologos se profiteri non erubescunt.] De Paulo verò Apostolo

Epist. ad Michael. Imp.

In Epist. ad Ephes. c. 3.

Tit de Grammat.

li. 3. aduers.
hæref. c. 7.

stolo IRENEVS dicebat. [Ideo Paulus obscurus est, quoniam hyperbatis frequenter vitur, propter velocitatem sermonum, & propter impetum, qui in ipso est spiritus.] Cuius dicti exempla ipse profert eo in loco, ex Epistolis ad Galatas, ad Thessalonicenses, & ad Corinthios sumpta.

Præfat. in
Epi. ad Ro.

ORIGENES quoque de eodem ait. [Obscurus est Paulus, quod elocutionibus interdum confusis, & minime explicitis vitur.] Ad eandem vero scripturarum obscuritatem mire augendam accedit, quod sub iisdem verbis, inaudita quadam ratione, plures tum diuersarum, tum eiusdem speciei

Tit. de sens.
scrip. sac.

sensus delitescunt, (vt aliàs de sensibus Scripturæ sacræ ageres apertè demonstrauimus) Quam scripturæ proprietatem indicans GREGORIUS primus de ipsa dicebat [scientias

Mor. lib. 20.

tamen omnes, atque doctrinas ipso etiam locutionis suæ more transcendit, quia vno eodemque sermone dum narrat textum prodit mysterium] huiusmodi autem sensu innumeram multitudinem in angustum locum conclusam, & permixtè implicatam difficultate premi necesse est. Non im-

Epist. ad Vo-
lus.

merito igitur AVGVSTINVS dicebat, [Modus autem ipse dicendi, quo sacra scriptura contexitur, quam omnibus accessibilis, quamuis paucissimis penetrabilis.] Ipsæ quoque externæ linguæ, quibus olim exarata fuit ipsa scriptura nonnullam obscuritatem gignunt, præsertim vero hebraica, quæ innatam habet, præ cæteris linguis, ambiguitatem quandam, vt potè quæ inops admodum sit, nec res ipsas vocabulis æquet, atque sine punctis scripta vix intelligatur, & ægre etiam, ab huius præsertim seculi hominibus, legatur; punctis autem maculata scripturam diuinam corrumpat, peruertat, atque liberam, & late patentem, indigna vi in angustum cogat, & constringat (vt fusius de hebraica editione agentes diximus) ex hac vero lingua ortam in scripturæ intelligentia difficultatem animaduertens EVTIMIVS dicebat [ob-

Tit. de libris
Canonis.

scuritatis ratio est Idioma hebraicæ linguæ diuersum à græca, & la-

& latina lingua] Eandem verò obscuritatem augent interpretationes ipsæ. quibus diuina scriptura in alias linguas translata est, vt iccirco dixerit IESVS filius Syrach in Prologo Ecclesiastici [Hortor itaque venire vos cum beneuolentia, & attentiori studio lectionem facere, & veniam habere in illis, in quibus videntur, sequentes imaginem sapientiarum, deficere in verborum compositione, nam deficiunt & verba hebraica, cum fuerint translata ad alteram linguam] Hanc autem causam assignans THEODORETVS ait. Quæ nam est causa obscuritatis in scriptura? fecit obscuritatem mutatio ex alia lingua in aliam, & quod studuerint interpretes pressis insistentes vestigijs de uerbo ad uerbum interpretari. Hoc ipsum autem accidit ijs, qui è lingua Italica transferunt in linguam Græcam, sunt enim illa quoque plena magna obscuritate.] AVGVSTINVS quoquè dixerat [habet omnis lingua sua quædam propria genera locutionum, quæ, cum in aliam linguam transferuntur, videntur absurda.] & utrumque ætate præcurrens HIERONYMVVS inquit [Hæc apud nos obscuriora sunt, quia μεταφορικῶς dicuntur in græco, & omnis metaphora, si de alia in aliam linguam transferatur ad uerbum, quibusdam quasi sentibus orationis sensus & germina suffocantur] Cum his consentiens VIGILIVS Martyr dicebat [Nec transferendi in græcum necessitas aliqua adsit, quia difficilius integritas sensuum in aliam linguam pari potest sermonis veritate seruari] quibus subscribens EVTHYMIVS ait, [Postremo etiam illa addatur obscuritatis ratio, quod de prima, & propria hebraica lingua, in aliam conuersa vt plurimum difficultatem generant.] Quare concludendum iure optimo videtur ipsius scripturæ formam, hæc omnia complectentem, maximam illi obscuritatem peperisse, quæ iccirco eidem insita & innata dicenda sit.

Prolog. Ecclesi.

Quæst. in
lib. 1. Regum.

De vera re-
lig. c. 50.

In epist. ad
Eph. c. 4.

Contra Euthym.
lib. 1. c. 1.

Præfat. in
Psal.

*Scripturæ Obscuritas ex ipso fine demonstratur.**Cap. V.*

Obscuritatis causas nobis perscrutantibus, iam se offert ipse finis, ordine, quidem ac tempore postremus, cognitione autem & efficacitate omnium primus, in quo genere eam in primis causam assignamus, quam CHRISTVS ipse Discipulis interrogantibus exposuit, inquit. [Ideo in parabolis loquor eis, quia videntes non vident, & audientes, non audiunt.] Auditorum scilicet duritiem, vel stuporem potius indicans, quibus iecirco deneganda erat mysteriorum notitia, ut ipse eo in loco apertè fateatur, eisdem discipulis dicens, [Vobis datum est nosse mysteria Regni cælorum, cæteris autem non est datum, ut videntes non videant, & audientes non intelligant,] Quos præterea admonuit, ut eadè mysteria ipsi pariter indignos auditores celarent, cum ait. [Nolite dare sanctum canibus, nequè mittatis margaritas vestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis, & conuersi dirumpant vos] Hanc vero causam exprimens, ORIGENES dicebat. [Non in hoc solum, sed in omni pene Prophetico stilo, quæ dicuntur, inuoluto satis, & obscuro sermone dicuntur, Non enim placuit sancto spiritui, qui de ijs scribi voluit, ut palam hæc, & pedibus, ut ita dicam, impeditorum conculcanda ponerentur, sed ita prouidit, ut cum publicè haberi videantur, sermonum tamen obscuritate recondita in arcanis, & in secretis obtecta seruentur.] Eamdè vero causam innuens ipsius Præceptor CLEMENS ALEXANDRINVS antea dixerat. [Propter multas ergo causas occultant Scripturæ sapientiam, primum quidem ut diligenter inquiramus & semper vigilemus in inueniendis salutaribus orationibus, Præterea ne omnibus quidè conueniebat hominibus intelligere, ne læderentur aliter accipientes ea quæ a san-

cto

Matth. 13.

Ibidem

Matth. 7.

in muro.
Rom. 18.

Rom. li. 6.

cto spiritu dicta sunt salutariter; Quocirca ijs, qui sunt electi ex hominibus, & ijs, qui ex fide cooptati sunt ad cognitionem, quæ seruantur sancta mysteria Prophetiarum, teguntur parabolis, scripturarum enim stylus est parabolicus.] Quam causam HIERONYMVS pariter afferebat, inquit. [Scito ideo scripturam sanctam tot difficultatibus esse cõtextam, & maxime prophetas, qui ænigmatis pleni sunt, ut difficultatè sensuum difficultas quoquè sermonis inuoluat, ut non facillè pateat sanctum canibus, & Margaritæ porcis, & prophanis sancta sanctorum.] Et rursus [omnisquè Prophetia in obscuritate continet veritatem, ut discipuli intrinsecus audiant, vulgus ignobile, & foris positum nesciat quid dicatur.] Eamdem repetens CYRILLVS ALEXANDRINVS ait, [solet Christus ænigmatically quodammodo, nec apertè nimium mysteria exponere, ne res diuinæ scælestis etiam hominibus in derisionem paterent.] Eam quoque causam assignans THEODORETVS dixit. [decet igitur ea maiore custodia digna censentes, cum domino dicere, non esse proijciendas margaritas ante porcos, etenim re vera contemnitur eorum, quæ sunt in promptu possessio.] EUTYMIUS inquit, [uarijs etiam loquendi modis Prophetæ sæpenumero vsi sunt, adumbratè etiam multa dixere, ob incredulitatem, & duritiem auditorum, quæ tamen paucioribus, ac sanctis viris reuelata sunt, quæ à solo rerum exitu & fine rectè iudicantur] ATQVE eamdem causam pressius quasi constringens, & in Iudæorum ingenia nominatim accommodans ait. [Quòd tam multa in ueteri scriptura obscura inueniantur, in causa sunt figuræ quæcumque Christum, illiusque actiones, & nouam gratiam præfigurabant, omnia quippè hæc, quæ ad Gentium vocationem pertinere videbantur. Prophetæ de industria obscurè admodum pertractarunt, ne si inuidiosissima illa Iudæorum Gens futuram primogeniti Israelis ruinam, & Gentium vocationem cognouisset, sacros libros, ubi hæc prædicta sunt, omnes, igni tradere; at-

que

In Nahum.
c. 3.In Ezech.
45.In Euang.
Io. lib. 3. c.
36.

In Ezech.

Præfat. in
Psal.

Ibidem.

quæ eorum memoriam obliterare studeret. Neque enim aliquando sustinissent tanta aduersus se ferri testimonia, vnde non mediocre damnum posteris allatum fuisset, Quod Dei consilium quodam loco vnus prophetarum nobis indicauit, dicens ex persona Dei ad Iudæorum Gentem. Nequæ credidisti, nequæ à principio aperui tibi aures tuas, nouerã enim, quod inobediens nõ pareres] **HIERONYMVS** quoquæ hanc ipsam causam ad ethnicos speciatim referens, de Septuaginta interpretibus, qui (vt alias probauimus) prophetæ pariter fuerunt, ait. [Vnde conijcio noluisse tunc temporis septuaginta interpretes fidei suæ sacramenta perspicue Ethnicis prodere, ne sanctum canibus, & margaritas porcis darent, quæ, cum hanc editionem legeritis, ab illis animaduertetis abscondita.] Secundam huius obscuritatis finalem causam dicimus esse, vt attentis reddantur ipsi Auditores. Quam causam obseruans **CHRYSOSTOMVS** ait [Propterea obscurè aliquando loquitur Christus, vt audientes attentiores reddat, si quidẽ clarum, & manifestum verbum fugit nonnunquam Auditorem, obscurum autem etiam diligentiorẽ efficit.] cum quo (vt solet) optime consentiens **THEOPHILACTVS** inquit, [loquitur per parabolas Dominus, vt attentiores reddat Auditores, & excitet illorum mentem ad inquirendum de his, quæ dicta sunt] Atque id ipsum comprobans **HIERONYMVS** dicebat, [Iccirco enim difficultas in numeris ponitur, vt intentum animum faciat auditoris, vnde & multa dicuntur in parabolis, & ænigmatibus, vt qui habet aures audiendi audiat.] **ET** rursus, [Ideo omnis scriptura, & prophetæ specialiter futurorũ mysterijs inuoluti sunt, vt prouocent nos ad intelligentiam.] Tertiam causam assignamus Doctoris ministeriũ, atque interpretationum, & multiplicium sententiarum vtilẽ varietatem. Doctoris quidem operam in eiusmodi obscuritatem accommodans **AVGVSTINVS** inquit [ad hoc obscura esse voluit dicta Prophetarum, vt haberent postea serui Dei quod

Isa. 48.

Tit. de lib. Canonis. Prol. in Isa.

In Io. hom. 28.

In Luc. 8.

In Ezech. cap. 45.

In Isa. c. 18.

In Psal. 146.

quod interpretando influerent super aures, & corda hominũ excipientiũ de nubibus Dei saginam letitiæ spiritualis] Doctorum autẽ varias interpretationes, veluti causam, **IDEM** assignans ait. [Diuini sermonis obscuritas ad hoc est vtilis quod plures sententias veritatis parit & in lucem notitiæ producit, dum alius eum sic, alius sic intelligit,] cui subscribens magnus **GREGORIUS** dicebat. [Ideo plerunque in sacro eloquio aliquid obscurè dicitur, vt dispensante mirabiliter Deo multipliciter exponatur] Id ipsum quoque multo antea admonuerat **CLEMENS ALEXANDRINVS** dicens [Iam uerò nos quoquæ volunt opus habere aliquo interprete & duce, sic enim fore, vt maius in eam studium conferatur, & minimum decipiantur, cum accipiant ab alijs, qui norunt, & profint ijs, qui se sunt digni, existimarunt.] Quartam ad hæc huius obscuritatis afferimus causam fidelium exercitiũ arrogantiam comprimens, quam his verbis **AVGVSTINVS** expressit. [Sed multis & multiplicibus obscuritatibus, & ambiguitatibus decipiuntur, qui temerè legunt aliud pro alio sentientes, quibusdam autem locis quid vel falsò suspicentur non inueniunt, ita obscure quædam dicta densissimam caliginem obducunt. Quod totum prouisum diuinitus esse nõ dubito ad edomandam labore superbiam, & intellectum à fastidio reuocandũ, cui facile inuestigata plerunquæ vilescunt.] **ET** rursus. [In omni quippe copia scripturarũ sanctarũ pascimur apertis, exercemur obscuris, illic fames pellitur, hic fastidiũ.] Id ipsum testatur in Psalmũ. **CILVI.** & ep. ad Volusianũ. Postremam obscuritatis finalem causam afferebant Patres Scripturæ dignitatem oblectationi nostræ adiunctã, solemus enim nuda, aperta, & in promptu posita contemnere, recondita autem studiosè inquirere, inuenta diligere, & parta custodire, quare oportebat diuinã scripturam obscuritatis inuolucro tectã nobis tradi, vt recõdita quadã ratione cerneretur, eiusquæ existimatio sanctissima iccirco esset, atque intelligẽtia summo labore parta, maximã nobis oblectationẽ afferret. Quã causam

Lib. 2 de ci. ui. Dei c. 19.

In Ezech. hom. 10.

Strom. li. 5.

De doctri. Chri. lib. 2.

De Ver. Do. mini. c. 2.

Irom. li. 5.

causam indicans CLEMENS ALEXANDRINVS, ait. [& alioqui omnia quæ ostenduntur per aliquod velamentum maiorem, & præclariorem ostendunt veritatem, sicut res, quæ in aqua pellucet, & formæ, quæ per tegumenta concedunt aliquam sui euentiam, arguunt enim splendores.] Idè apertius testatur AVGVSTINVS. [Nunc tamen nemo ambigit, & per similitudines libentius quæquè cognosci, & cū aliqua difficultate quæ sita multo gratius inueniri. Qui enim prorsus non inueniunt quod quærent, fame laborant, Qui autem non quærent, quia in promptu habent, fastidio sæpe marcescunt, In vtroquè autem languor cauendus est, magnificè igitur, & salubriter Spiritus Sanctus ita scripturas sanctas modificauit, vt locis apertioribus fami occurreret, obscuritatibus autem fastidia detergeret.] AC rursum superiori causæ eamdem annectens ait. [locutiones actionesquè Prophetiæ ad ea, quæ vera sunt, intelligenda referendæ. Quæ propterea figuratis velut amictibus obteguntur, vt sensum pie quærentis exercent, & ne nuda deprompta vilescant.] Idipsumquè ex Augustino depromptum PROSPER expressit [Bonæ sunt in scripturis sanctis mysteriorum profunditates quæ ob hoc teguntur ne vilescant, ob hoc quærentur vt exercent, ob hoc autem aperiuntur, vt pascant.] Idem prædicat THEODORETVS [re vera contemnitur eorum, quæ sunt in promptu possessio, sed quæ labore parta possidentur, ea verò iucundissima sunt, & amabilissima.] Quod comprobans GREGORIUS primus dixit [qua profecto eius incomprehensibilitate omnipotens Deus humanæ mutabilitati magna dispensatione consuluit, nam vt vilescere nota non possit, sic mire disposita est, vt cognita nesciatur, & eò legatur gratius, quò quotidie discitur, ac dum semper recentia intimat. suauius oblectet] AVGVSTINVS denique omnes ferè iam enumeratas obscuritatis finales causas simul complectens de canonicis scriptoribus, dicebat [Nequaquam tamen putare debemus

contra Mè-
daciū ad
consentiū.Li. sent. ex
Aug. 67.

Arg. in Ez.

Præm. in
li. Reg.

debemus imitandos eos nobis esse, in his quæ ad exercendas & eliminandas quodammodo mentes legentium, & ad rum-
penda fastidia, atque acuenda studia discere volentium, Ze-
landos quoquè siue vt ad pietatem conuertantur, siue vt à
mysterijs secludantur animos impiorum, vtili, ac salubri ob-
scuritate dixerunt.] cum quo (vt solet) optime consentiens
GREGORIUS primus ait. [Magnæ utilitatis est ipsa obscuri-
tas eloquiorum Dei, quia exercet sensum vt fatigatione di-
latetur, & exercitatus capiat, quod capere non potest ocio-
sus, habet quoque adhuc maius aliud, quia si scripturæ sa-
cræ intelligētia in cunctis esset aperta vilesceret, quæ in qui-
busdam locis obscurioribus tanto maiori dulcedine inuenta
reficit, quanto maiori labore fatigat animum quæ sita.] Hanc
itaque argumentationem cōcludentes dicamus diuinam scri-
pturam obscuram esse, eiusmodi autem obscuritatem non
casu, illi contigisse, sed ob finis multiplices rationes à Deo
insitam ipsi fuisse, cæteris quoque singulorum generum con-
currentibus causis, à nobis paulo ante explicatis, idipsum
comprobante Patrum consensu, testante scriptura, & re ipsa
apertè nos admonente.

*Rationes quibus probari posset Diuinam Scripturam fa-
cilem, & apertam esse. Responsionesquè ad argu-
menta superius allata. Cap. VI.*

HIC verò dicet fortasse quispiam, multos nihilominus
semper fuisse, atquè hoc seculo innumeros esse homi-
nes, qui diuinas scripturas faciles, nudas, & apertas esse pa-
lam prædicent, eos autem videri huiusmodi assertionem tum
rationibus confirmare posse, tum etiam eamdem præclare
ueri, & ad obiecta argumenta facile respondere, Cū enim
[Quæcumquæ scripta sunt ad nostram doctrinam (teste Apo-
stolo)

4. de Doctr.
Christ. c. 8.Primum ar-
gum. Rom.
15.

stolo) scripta sint] erudiri autem nemo possit, qui non intelligat, oportebit sanè vnumquemque nostrum ea omnia intelligentia complecti, quæcumquè diuinitus scripta sunt. Figuris quoque inuoluta, si qua sunt, nobis tamen nuda, & aperta illa esse oportebit, si ad nostros conformandos mores momentum aliquod afferre ipsa debebunt, vt certè debent, cum scriptum sit. [omnia contingebant illis in figura, scripta sunt autem ad correptionem nostram] & rursus [omnis scriptura diuinitus inspirata utilis est ad docendum, ad arguendū, ad corrigendum, ad erudiendum in iustitia, vt perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus] Quare omnes Prophetici sermones, & antiquæ hebræorum historia non solum litterali sensu, sed spirituali quoque à nobis (ad quos omnes scilicet pertinent) profectò intelliguntur. Præterea verò iusta, & necessaria petentibus ea Deus nunquam denegat [petite (inquit) & dabitur uobis, quærite & inuenietis, pullate & aperietur vobis] Quid verò iustum, aut necessariū magis, quam Dei præceptum, vel Dogma ad salutem ipsam necessarium. Quare omni petenti, ac pulsanti apertum esse debet, petit autem & pulsat omnis, quicumque piè, & attentè legit vel audit. Adhæc scripturæ sacræ sunt quidem verba Dei, Dei autem ipsa verba, sunt vitæ eternæ verba, atquè iccirco Petrus Christo dicebat [Domine ad quem ibimus? uerba uitæ æternæ habes.] ipse verò Iudæos admonēbat. [Scrutamini scripturas; quia uos putatis in ipsis vitam æternam habere.] ad vitam itaque æternam cum omnes homines aspirent, in eam autem scripturis ipsis (quasi ianua) ingredi debeant, eas utique omnibus patentes, & apertas esse oportebit. Quod indicans cum Mose PAVLVS APOSTOLVS ait. [prope est verbum in ore tuo, & in corde tuo, hoc est verbum fidei, quod prædicamus] Id ipsum admonuit nos DAVID dicens. [lex Domini immaculata, conuertens animas, testimonium Domini fidele, sapientiam præstans paruulis,

paruulis, iustitiæ Domini rectæ, lætificantes corda Præceptum Domini lucidum, illuminans oculos] Nihil enim obscurum, vel oculos illuminat, vel lucidum dicitur, sicut nec lumen, nec lucerna illud dici potest, cum tamen de ipsa met scriptura scriptū sit [lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis] ET rursus, [habemus firmiorem Propheticum sermonem, cui benefacitis attendentes, quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco.] atque iccirco Apostolis verbi Dei præconibus, & scribis, quia illam verbi Dei lampadem obscuram, sed totum orbem collustrantem ferebant, dictum est à Domino, [Vos estis lux Mundi.] Tandem verò Patres ipsi sua confirmant scripturæ testimonijs, hæc igitur clariora esse oportet omnibus Patrum sententijs, & commentarijs, nihil enim ignoto, vel æque noto demonstrari posse putandum est. Nec verò magni ponderis videntur esse argumenta illa, quæ scripturæ obscuritatem paulò ante confirmabant, si tamen earum momenta diligenter perpendantur, quibus examinatis, non inscite tortasse dicere quis poterit, scripturas ipsas solis perditis, infidelibus, & reprobis hominibus obscuras esse, pijs autem, & electis viris apertè easdem patere, dicente PAVLO APOSTOLO. [Quòd si etiã opertum est Euangelium nostrum, in ijs, qui pereunt, est opertum, in quibus Deus huius seculi excæcauit mentes infidelium] Quo testimonio vtens THEODORETVS ait, [Quidam diuinam scripturam accusare sunt aggressi, & præcipue Prophetarum oracula, veluti obscuritate operta, contra quos merito Diuus Paulus dixerit, quòd si opertum est Euangelium nostrum, in ijs, qui pereunt est opertum, sapientiam enim loquimur inter perfectos, & his ea quoque consentiunt, quæ à Domino, & Salvatore nostro Sanctis Apostolis dicta sunt, Vobis datum est, inquit, nosse mysteria regni, illis autem non est datum, causamquè docens statim subiicit, vt videntes non videant, & audientes nō intelligant, ipsi enim

E volun-

Secundum
argumētū.

1. Cor. 10.

2. Tim. 3.

Tertium ar-
gumentum

Matth. 7.

Quartū ar-
gumentum

Io. 6.

Io. 5.

Quintū ar-
gumentum.
Deut 30.
Rom 10.

Psal. 14.

Psal. 118.

2. Pet. 1.

Matth. 7.
Sextū Arg.Responso
ad Argumē-
ta

2. Cor. 4.

Argumētū
in Ezech.

voluntarias, inquit, ad se inscitiae tenebras attrahunt, nam si cōuerſi fuerint ad Dominum, sicut auctor est Diuus Apostolus, auferetur velamen, non omnibus igitur diuina obscura sunt, sed voluntaria cæcitate laborantibus.] Atque eodem testimonio, in eandem sententiam accommodato, utebatur

Cath. 6.

CYRILLVS IEROSOLYMITANVS dicens [Lege, inquit, quod præcedit paululum, si verò est obscurum Euangelium nostrum, in perditis est obscurum, vides quòd in perditis obscuratur, non sunt enim danda sancta canibus,] Præter hanc verò auditorum cæcitatem, & perfidiam, ipsorum quoque inscitiam, & imbecillitatem scripturæ intelligentiæ impedimentum inferre, PAVLVVS APOSTOLVS nos admonerat, cum Hebræis scribens dicebat, [De quo grandis nobis sermo, & ininterpretabilis ad dicendum, quia vos imbecilles facti estis ad audiendum,] quòd testimonium producens

Heb. 5.

In Io. hom. 2.

IOANNES CHRYSOSTOMVS inquit [Hoc ne vobis accidat (non enim ommittā quin semper vos admonitos faciam) animum adhibeatis diligenter, ne ea vobis dicantur, quæ fidelibus Hebræorum à Paulo, cum multa se ad eos interpretatu difficilia locutum diceret, non quod suapte natura talia essent, sed quod desidiæ eos, & negligentiam in his accipientis argueret, qui enim infirmus, imbecillisque est, non secus breui, quam longa oratione perturbatur, & quæ manifesta, & facillima sunt, difficilia esse autumat] Quod comprobans ORIGENES atque huiusmodi negligentiam, & imbecillitatem (velut causam) scripturarum obscuritati assignans, ait, [Ego autem vereor ne per nimiam negligentiam, & stoliditatem cordis, nō solū velata sint nobis diuina volumina, sed & signata,] quòd autē idoneis auditoribus facilis, cæteris difficilis sit ipsa scriptura CYRILLVS ALEXANDRINVS admonet dicens [Ignorat autem quòd nihil difficile est, ijs, qui in legis versantur scripturis, vt decet, Inaccessa autem omnino ipsi, & suis quæuis sententiarum in illis. Vnde alicubi

Deus

In Exod. hom. 12.

Contra Iulian. lib. 9.

Dēus per vnum sanctorum Prophetarum dixit. Quis sapiēs & intelliget hæc, & intelligens etiam cognoscer hæc? Eo quòd rectæ viæ Domini, & iusti ambulabunt in illis, impij autem in eis infirmabuntur. Quare quamuis plurimas nobis sententias, ex diuina scriptura opponat sciat se nihil intelligere] Præterea verò idem aduersarius dicet, Quamuis in scripturis esse tropos omnes, tum à Grammaticis enumeratos, & à prophanis scriptoribus vsitatos, tum etiam plurimos illis omnibus inauditos, atque multa scripturæ loca obscura esse, difficilesque explicatus habere concedatur, dici tamen etiam iure poterit ea omnia, quæcunque, inuolucris obtecta, obscura sunt, in eadem nos scriptura euoluta & plenissime scripta alibi reperire, vt (exempli causa) prophetiæ de Christo, in veteri lege obscuræ, & varijs figuris inuolutæ, in Euangelio nudæ, & apertæ leguntur: Quod obseruans IRENEVS dicebat [Hic est enim Thesaurus absconditus in agro, id est, in isto Mundo. Ager enim mundus, absconditus verò in scripturis, quoniam per typos & parabolas significabatur, vnde poterat hoc, quod secundum hominem est, intelligi priusquam consummatio eorum, quæ consummata sunt, venire? quæ est aduentus Christi, & propter hoc in Daniele dicebatur, multi sermones, & signa librum vsque ad tempus consummationis, quoad vsque discant multi, & adimpleatur agnitio, in eo enim cum perficietur dispersio cognoscent omnia hæc, Sed vt Hieremias ait, in nouissimis diebus intelligent ea, omnis enim prophetia priusquam habeat efficaciam ænigmata, & ambiguitates sunt hominibus, cum autem venit tempus, & euenit quod prophetatum est, tunc prophetiæ habent liquidam, & certam dispositionem] Idem comprobans AVGVSTINVS, Christum ita loquentem inducit [Sapientia mea, quæ in sanctis libris de me conscripta est, tamquam dura, & clausa non intelligebatur, sed postquam ignis meæ passionis accessit, liquefacta, manifesta, & excepta est in memoriam,

aduers. hæm
Val. lib. 4.
cap. 43.

In Psal. 25

De doct.
christ. li. 2.

Ibidem.

Ecclesiæ meæ.] **Q**UI generatim de omni scripturæ obscuritate, inquit, [Nihil enim ferè de illis obscuritatibus eruitur, quod non planissime dictum alibi reperiatur.] Ea propter in obscuris scripturis explanandis huiusmodi regulam **I P S E** trahebat. [Ad obscuriores locutiones illustrandas de manifestioribus sumantur exempla] Quapropter scripturæ locis tum apertis, tum obscuris inter se diligenter collatis, tota iam scriptura facilis illi erit, qui ad eam intelligendam pie & rite accesserit, Quàm sententiam nec conuellere nec saltem labefactare ea omnia, quæcumque paulo ante afferebantur, argumenta, eiusmodi ratione ac distinctione declinata, comperiuntur.

*Quæ quomodo, quibusuè, tum obscura, tum aperta sit
diuina Scriptura declaratur. Cap. VII.*

Lucherus
præf. art. à
Leone X.
damnat. &
lib. de ser.
arb.

SCimus equidem, ac fatemur olim non defuisse, & plurimos nunc esse (hæreticos tamen viros) Qui Apostolicum magisterium ab ipsorum ceruicibus, quasi seruitutis iugum, deicere, ac veram scripturarum intelligentiam, & Catholicos Ecclesiæ sensus singularibus quibusdam, ac fallacibus interpretationibus facile declinare se ea ratione posse putantes, claram & perspicuam esse totam diuinam scripturam palam prædicent, Eorum autem fallaces & fucatas argumentationes, quibus falsam hanc sententiam confirmant, apertè diluemus, atque eorumdem responsiones, vel fugas potius, quibus veritatis impetum declinare illi nitentur, abunde refellemus, si quæ & quomodo, & quibus aperta sit, vel obscura, diuina scriptura sigillatim inquirentes, inprimis exposuerimus. Diximus itaque scripturam obscuram esse, non tamen, omnem, & singulas eius particulas vel etiam secundum quoscunque sensus latere affirmauimus, aliquas enim scripturæ partes apertas esse, atque eiusdem sensus quosdam

quosdam patere, facile concedimus, vt (exempli causa) in veteri testamento historiæ plurimæ leguntur, quarum litteralis sensus est manifestus, in nouo pariter multa narrantur, tum à Christo tum ab Apostolis gesta, quorum literalis sensus in promptu est, Vitæ quoque & charitatis præcepta necessaria, non sunt recondita, sed nec dogmata illa, quæ in Symbolo Apostolico palam expressa sunt, (fidei scilicet obiecta prima) latent in Euangelio quamuis eadè in lege sint inuolucris obiecta, excepta tamen Dei vnitatem, & omnipotentiam, & mundi creationem, atque hominum etiam iustificationem, resurrectionem, & vitam, quæ in ueteri quoque Testamento non omnino latent, cum enim iustus ex fide uiuat, fides autem ab ipse operibus mortua sit, Iccirco Deus hominum saluti cõsulens, ea omnia in scripturis patere voluit, quæcumque ad ipsorum fidem erudiendam, & mores conformandos erant inprimis scitu cuius necessaria. Quod obseruans. **AVGVSTINVS** ait. [in his enim, quæ aperte in scriptura posita sunt, inueniuntur illa omnia, quæ continent fidem, moremque viuendi, spem scilicet, atque charitatem.] Idem affirmabat **CHRYSOSTOMVS** inquitens. [Omnia clara sunt, & plana ex scripturis diuinis, quæcumque necessaria sunt] Atque illis ætate superior **ORIGENES** idipsum testabatur dicens [Illud tamen scire oportet, quoniam Sancti Apostoli, fidem Christi prædicantes, de quibusdam quidem, quæcumque necessaria crediderunt omnibus credentibus, etiam his qui pigriores erga inquisitionem Diuinæ scientiæ videbantur, manifestissimè tradiderunt] ex contrario autem arcana fidei mysteria, sacramentorum occultæ rationes, & modi, atque ea omnia quæcumque ad Theologiam propriissime acceptam, vel ad secundum, idemque reconditum, fidei obiectum pertinent, obscura sunt in scriptura, atque, spirituali sensu expressa, litteræ cortice plerunque obteguntur, vt potè quæ non sint omnibus scitu simpliciter necessaria. Quæ verò sint

De Doct.
Christ. lib.
2.In Eipf. 2.
ad Thefal.
hom. 3.Penareu-
chon lib. 1.

tum

Tit. d. quæst. c. 11. 12. tum fidei recondita, tum Theologiæ propria obiecta, de quæstionibus loquentes, fusè explicauimus, quòd vero sensus spiritualis obscurus sit, & paucis notus, litteralis verò sæpè in promptu sit, & plurimis obuius, de sensibus scripturæ sacræ agentes abunde ostendimus, nec eadem nunc repetere operæ pretium putamus, quare his omnibus silentio præteritis dicimus scripturam partim apertam esse, partim verò obscuram, siue ad ipsius diuersas partes respiciamus, siue ad varios eiusdem particulæ sensus oculos adijciamus, ea scilicet ratione, quam paulò ante exposuimus, qua quidem tū lac, tum esca dicitur ipsa scriptura ab APOSTOLO PAVLO qui ait, [lac vobis potum dedi, non escam, nondum enim poteratis.] cur verò, & potus, & cibus scriptura dicatur, explicans GREGORIUS primus inquit. [Scriptura enim sacra aliquando nobis est cibus, aliquando potus, Cibus est in locis obscurioribus, quia quasi exponendo frangitur, & mandendo glutitur, potus verò est in locis apertioribus, quia ita sorbetur, sicut inuenitur, Cibum vidit Propheta Scripruram sacram, qui exponendo frangeretur, cum diceret paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret, idest infirmi quippe scripturæ sacræ valentiores sententias petierunt exponendo comminui, sed qui exponere debeat, non valet inueniri. Potum vidit scripturam sacram Propheta cum diceret. Omnes sitientes venite ad aquas, si potus aperta mandata non essent, per semetipsam veritas non clamaret, si quis sitit veniat ad me & bibat] eandem quoque scripturæ obscuritatem & perspicuitatem simul obseruans ORIGENES ait. [Neque verò hoc solum in loco, sed in omni scriptura, sunt quædam & facilia, & prompta ad intelligendum, quæ statim, vt lecta fuerint, vtilitatem legentibus tribuunt, sunt alia secretiora, & ineffabilia, & (vt ita dicam) quibusdam obscuritatibus inuoluta. De his igitur, quæ latent, & expositione indigent, arbitror nunc dictum esse. Audite; de his autem,

quæ

quæ sine scrupulo interpretâtis Auditori commoda sunt, Auribus percipite.] Quòd igitur scripturæ tum faciles tum difficiles sint, & quomodo, hucusque explicauimus. Præterea verò asserimus sensus omnes scripturæ, tum litterales, tum etiam spirituales, in se ipsis notos & splendidos esse, sunt enim maxime veri, litteris tamen consignatos in illas difficultates incidere, quibus diuinam scripturam premi dicebamus, dum eius obscuritatis singulas causas perscrutabamur, vt iccirco sint illi, sicut Petrus Apostolus dicebat, quasi lucerna lucens in caliginoso loco, in quo tamen spirituales viri nihil offendunt, vt potè quos tenebræ non comprehendant, omnia scilicet, etiam profunda Dei, scrutantes, & iudicantes, à Domino doctos & spiritus sancti vnctione instructos, Quod quidem nos de sensibus scripturæ sacræ tractâtes aperte demonstrauimus, cæteris verò hominibus, tot insitæ scripturis obscuritates maximam pariunt difficultatem, atque earum intelligentiæ graue inferunt impedimentum, atque iccirco PETRVS APOSTOLVS eò in loco statim hæc verba adscripsit [Donec dies illucescat, & lucifer oriatur in cordibus vestris] Præterquam innatam, ingenitamque scripturis obscuritatem, alia quædam deprehenditur aduentitia, ab Auditorum malitia, vel imbecillitate pendens. Non desunt enim Auditores, qui atro impietatis & infidelitatis velo mentem ipsam obnubant, atque iccirco intelligendæ scripturæ difficultatem sibi ipsis mirum inmodum augeant, illis enim per Isaiam DOMINVS dicebat. [Nisi credideritis, non intelligetis.] Alij rursus tenuiore quodam velo, (opaco tamen) mentem obtendunt, ij scilicet, qui vitijs dediti sunt, & animales dicuntur, de quibus APOSTOLVS affirmat, [Animalis homo nõ percipit ea, quæ sunt spiritus Dei,] quæ impedimenta, & aduentitias difficultates tunc fusè explicauimus & scripturæ, ac Patrum testimonijs copiose confirmauimus, cum sensus ipsos inter se ratione nostræ notitiæ conferebamus; Tertiam quoque dif-

ficultatis

2. Pet. 1.

1. Cor. 2.

Isa. 54.

1. Io. 2.

tit. de sensibus scrip.

fac. c. 14

fac. c. 14

Primam ob

scuritatem

essentialem

alteram ac-

cidentalẽ

diceret Phi-

losphi

2. Pet. 1

Isa. 6.

1. Cor. 2

Tit. de sēs

scri. sac. c. 14

Ti. de Aud.
Theologiæ
c. 4. 5. & 6.

ficulatis causam, ab Auditore pendentem afferre possumus, ipsius ignorantiam, nisi enim linguarum phrasas ille calleat, atque singulis liberalibus artibus eruditus, ad scripturas diuinas accedat, in earumque lectione sedulo se exerceat, easdem ritè interpretari non poterit. At què iccirco nos Auditoris idonei notas, & conditiones omnes tradentes, fidem, temperatos mores, & externarum disciplinarum eruditionem in eo requirebamus, & quàm sint hæc omnia ipsi opportuna adiumenta, ad mysteria diuina percipienda, & scripturas interpretandas longa disputatione concludebamus. Ex his itaque omnibus colligere quilibet facilè iam poterit quibusnam hominibus scriptura sit aperta, vel obscura, & quibus magis, quibusvè minus, tum obscura tum aperta dici eadem debeat. His autem constitutis responsiones ad obiectas rationes patebunt, & nostræ assertionis veritas, visque confirmationis maxime apparebit.

Argumentationes, Scriptura perspicuitatem confirmantes, diluuntur, contrariarum verò rationum, quibus eiusdem obscuritas demonstrabatur, vis ostenditur, & firmè sustinetur. Cap. VIII.

Responso
ad primum
& secundū
argumentū
Rom. 15.
1. Cor. 10.

Objiciebant in primis aduersarij (hæretici videlicet) Apostolum dicentem, Quæcumque scripta sunt, tum ad doctrinam, tum ad correptionem nostram scripta esse, ea autem à nobis non intellecta iuuare nos, & instruere nunquam certè posse. Id verò nos facile concedimus, sed præterea dicimus quædam eorum, quæ scripta sunt, esse summo pere tum ad fidem, tum ad mores necessaria, eadem verò in scripturis esse aperta, atque traditione etiam notissima explicata, Cætera, quamuis recondita, Doctoribus tamen, & Ecclesiæ, (ad cuius scilicet fructum, & commodum scripta sunt)

sunt) opportuno tempore à spiritu sancto indicari. Piè quoque, & ritè petenti intelligentiam eorum, quæ ad ipsius salutem sunt maxime necessaria, illam non denegari fatemur, vt quidem paulò ante exponebamus, sed plura in scripturis præterea delitescere affirmamus, quæ cuius obuia esse profectò non debent. Ea pariter verba, quæ in uitâ æternam ingredi volenti sunt omnino scitu necessaria, non esse vbiquè obscura, & abdita, liberè concedimus, cætera tamen plurima imperitorum vulgum latere, quamuis æternæ vitæ verba dicantur, indignum non putamus, cuius rationem & causam obscuritatis finem inquirentes exposuimus. Sensus quoquè omnes tū Apostolicos, tum propheticos suapte natura notos & conspicuos esse diximus, vt iccirco lucerna pedibus, & lumen semitis nostris meritò dicantur, lucere tamen illos in caliginoso loco, in quo plurimi offendant, quamuis ipsum Dei præceptum, ad salutem necessarium, sit lucidum, quæ omnia sunt iam abunde explicata, atquè de eodem præcepto Moy ses in Deuteronomio loquebatur, quod vobis notum esse, & ad id seruandum nos procliues, & aptos esse intelligebat, cum de ipso dicebat. [Mandatum hoc, quod ego præcipio tibi, hodie non supra te est, neque procul positum] vt Philo^a Iudæus, Tertullianus^b, Origenes^c, Antonius^d, & Ambrosius^e sunt interpretati, & in eandem sententiam dixit Paulus, Mandatum illud prope nos esse, vt eius verba non obscure testantur, & Chrysostomus^f, atque Theophylactus^g exposuerunt. Apostoli verò lux mundi à Domino dicebantur, ob eminentem morum sanctitatem, atquè iccirco illos ipse ibidem admonebat [sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona.] Quòd si quis hæc omnia de scripturarum cognitione intelligenda esse mordicus fortasse contenderit, nos eius pertinaciam facilitate superantes, id etiam concedere non horrebimus dicentes, Scripturas, rectè intellectas, lucidas esse, atquè mentem, voluntatem,

Ad tertium.

Ad quartū.

Ad quintū.

Psal. 118.
2. Pet. 1.
Psal. 118.

Deut. 30.
a lib. de victimas offer.

b lib. 4. contra Marcionem

c in Ep. ad Rom. li. 10. d. Apud Athanas.

e in Ep. ad Rom.

f in Epist. ad Rom. c. 10.

g in Ep. ad Rom. c. 20.

Matth. 5.

F

& actio.

nes nostras illustrare ac dirigere, quas tamen cuius faciles, & nudas ad intelligendum iccirco esse negamus. quod sibi demonstrandum aduersarius assumpserat. cui etiam respondentem **HIERONYMUM** audiamus [Vtramquè editionem posui in Prophetia obicurissima, ne quid volentibus intelligere quod scriptum est deesse videatur. Simulquè vehementer admiror eos qui fidem nostrā, & spem christianam arbitrantur simplicitate contentam: quia scriptum: Mandatum Dei lucidum illuminans oculos: Nec plus debere nos quærere, quam ut fiant, quæ præcepta sunt, cum iccirco & omnis scriptura & prophetæ specialiter, futurorum mysterijs inuoluti sint, ut prouocent nos ad intelligentiam: & ad Illud quod in Euangelio dicitur. petite & accipietis: quærite, & inuenietis: pulsat & aperietur vobis.] Patres autem scripturæ Testimonij vti ad sua confirmanda, mirum esse non debet, cum sint ea certissima, & summæ apud omnes auctoritatis, quorum alia clara sunt, alia Patrum commentarijs abunde explanata leguntur. Hæc quidem breuissime dicta sufficere videntur ad obiectas argumentationes diluendas, nunc autè ea sunt propulsanda, quibus nostrarum demonstrationum vim labefactare aduersarij ipsi conabantur. Duplicem enim distinctionem illi afferebant, vnam scilicet ab Auditore, alteram à Scriptura ductā. Auditorum quidem genera duo esse dicebant, quorum alij sint idonei, reliqui infideles, perditi, reprobj, imbecilles, rudes, & linguarum imperiti, atque hos quidem omnes scripturarum sensum latere, quæ iccirco ipsis obscuræ esse dicuntur, cum tamen re vera sint claræ, & apertæ. Illos autem veram ipsarum intelligentiam abunde & facile, nemine docente, percipere. Hanc vero distinctionem, et si non penitus nos improbemus, quos tamen idoneos Auditores ipsi vocent, nobis declarari in primis postulamus, ne indignos aliquos, & se ipsos fortasse illis aduersarij adnumerent, nam eos solos idoneos ipsi putamus ad vniuersam Scri-
pturam

In Eia. c. 19

Ad sextam.

error: Lutheti.

pturam ritè intelligendam, qui fide, morum honestate, eruditione, & spiritus sancti opportunis donis præditi conspiciuntur, vt de ipso Auditore agentes, fusè demonstrauimus. huiusmodi vero Auditores, tot adiuuentis instructos, innatam Scripturarum obicuritatem studio, precibus, ac Dei benignitate superare posse affirmamus, quam tamen difficultatem eosdem agnoscere, & vehementer suspicere non dubitamus. Reliquos autem Auditores paris etiam inter se conditionis esse negamus, cum eorum alij scripturæ sententias reconditas, vt potè infirmi, & imbecilles, non equidem intelligant, Ea tamen, quæ aperta sunt, & ad salutem maxime scitu necessaria, in Scripturis percipiant. Alij rursus, quasi cæci effecti, notissimos etiam, & conspicuos sensus vix animo cernant, vt potè qui, infideles, & impij, Scripturas potius contempnunt, & irrident, quam illas intelligere piè studeant. Quo quidem in genere, non solum sunt Ethnici, & Iudæi, quam plurimi, sed non pauci etiam hæretici, qui tamen, miseri, suammet cæcitatem non agnoscentes facilem, conspicuam, & omnibus obuiam esse Diuinam Scripturam impudentissime prædicent. Hæc nos ad Auditorum varijs generibus affirmamus, de quibus vtinam a nobis temere non dissentirent ipsi Hæretici, nec se melioribus admiscere impudenter auderent, tam enim abiectam eorum salutis spem non desperatissimam esse putarem. Quos præterea illud aduerte oportebat, quod paulo antè nos cumulatè demonstrauimus, obicuritatem scilicet ipsi scripturæ innatam, & essentialem esse, hoc enim ratione, ex quatuor causarum generibus ducta, concludebatur, ex quibus quidem ipsa oritur obicuritas, a tque eiudem veritas, & essentia ex illis æque ac notitia pendet, quare in ipsas potius quam in Auditores eadem obicuritas erat rejicienda, Ipsi vero Hæretici, infideles, & perditi viri, hanc essentialem Scripturarum obicuritatem accidentali præterea difficultate quadam sibi ipsis mirum in

Tit. de Auditore Theol.

modum augent, vt iccirco dixerit APOSTOLVS, [Si etiam opertum est Euangelium nostrū, in ijs, qui pereunt, est opertum] sicut de Iudæis IDEM dixerat, [Vique in hodiernum enim diem cum legitur Moyses, velamen positum est super cor eorum] de externa scilicet adiuncta obscuritate locutus, de qua pariter Cyrillus Ierosolymitanus, & Theodoretus loquebantur, & rursus Apostolus ad Hebræos scribens, & Origenes^a vna cum Chrysofomo^b, & Cyrillo^c de eadem externa & aduentitia difficultate sermonem habebant. Quorum testimonia ipsi aduersarij ad nostrarum demonstrationū vim labefactandam obijciebant, cum tamen huiusmodi difficultas eam non excludat, sed augeat, quam ex interna, & innata obscuritate oriri dicebamus. Quod si quis dixerit (vt recentiores aliqui Hæretici affirmare non pertimescunt) Scripturā sacram esse omnibus indiscriminatim obuiam, & apertam, quicumque linguarum phrasas nouerint, nobis interrogantibus ipse respondeat, cur de his linguarum peritis dixerit ISAIAS quod non possint Scripturas legere? inquit enim [erit vobis visio omnium sicut verba libri signati, quem cum dederint scienti litteras, dicent, lege istum, & respondebit non possum, signatus est enim.] Quæ Isaia verba in vniuersam Scripturam accommodari testatur inter cæteros, vt vidimus Cyrillus Alexandrinus in eundem Isaiam scribens. Prætera verò idem respondeat, cur interpretationem sermonum à dono linguarum seiungat Apostolus, cum sola linguarum peritia sufficiat ad interpretandas Scripturas, qua quidem instructus, interpretatione autem sermonum nudatus quispiam, si in Scripturæ veros, & germanos sensus penetrare liberè posset, donum ipsum interpretationis esset vel supervacaneum, vel idem profus, quod linguarum donum, singulorum tamen donorum propriam & distinctam actionem esse, atque dona partiri, & diuisa proprio munere fungi docebat APOSTOLVS inquit. [Alij datur Prophetia,

2. Cor. 4.
2. Cor. 3.
Gath. 4.

Heb. 5.

a In exod.
hom. 12.
b In Ioan.
hom. 1.
c lib. 9. cōt.
Iuliam.

Brentius
Aduersus.
Petrum à
foto.

Isa. 29.

In Isa. lib. 3.
Tom. 2.

1. Cor. 12.

phætia, alij discretio spirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio sermonum, hæc autem omnia operatur vnus atque idem spiritus, diuidens singulis prout vult,] Is denique dicat an linguarum periti fuerint Dionisius Areopagita, Ireneus, Iustinus, Clemens Alexandrinus, Origenes, Athanasius, Chrysofomus, Hieronymus, Epiphanius, Augustinus, Cyrillus, Theodoretus, & Isidorus. Negare certè istorum eruditionem ipse non poterit, & vix etiam, (quamuis impudentissimus) audebit, negantem autem eorum scripta omni eruditione, & linguarum peritia nominatim referta, atque Doctorum omnium de ipsis testimonia facile euincant. Istos tamen omnes iam pridem audiuius Scripturarum obscuritatē palam prædicantes, atque eorumdem volumina volutantes sæpius legimus ipsos suammet imbecillitatem apertè profitentes, qua quidem Scripturæ sensus aliquot summo se labore vix affecutos esse, cæteros autem plurimos se ignorare fateantur. Apostolorum quoque seculo innumeros extitisse, qui græcæ linguæ phrasas optime callebant, fatendum utique est, viuo tamen Paulo scribebat PETRVS. [Sicut & charissimus frater noster Paulus, secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis, sicut, & in omnibus Epistolis, in quibus sunt quædam difficulta intellectu.] Quod uero secundo loco dicebant, qui rationes nostras oppugnabant, ea scilicet omnia quæcunque in scripturis difficulta videntur, quia tropis, & cæteris orationis inuolucris obtegantur, in alijs scripturarum locis nuda, & aperta legi, nos quidem libere concedimus in multis accidere, & in ijs præsertim omnibus, quæcunque sunt ad salutem cuius scitu simpliciter necessaria, atque iccirco palam fatemur plurimas figuras, in veteri testamento obscuras, Euangelij splendore iam collucere, vt Ireneus, & Augustinus affirmabant. Quæ tamen, eiusmodi integumentis involuta, illos solos euoluta, & nudata cernere dicimus, qui fide instructi Scripturas

2. Pet. 5.

Aduersus
heret. lib. 4.
cap. 43
in Psal. 28.

turas piè legunt, atquè in earum assidua lectione, & diligenti collatione se assidue exercent. Quamuis enim ipsa mysteria, figuris olim præmonstrata, nunc sint Christi aduentu, quasi digito commonstrata, Verba tamen ipsa sæpius sunt obscuritatibus inuoluta, vt iccirco clausum adhuc esse librum testetur Origenes. Præterea verò plura superesse in Scripturis dicimus, quæ (vt potè arcana magis) collatione huiusmodi planè non intelligantur, quare nec sufficere scripturam ad se ipsam integrè explanandam asserimus. Hæc autem omnia distinctè, & fusè paulò post explicabimus, cum de interpretatione scripturæ agemus, & quomodo illam se ipsa interpretari liceat exponemus. Nunc tamen illud non reticebimus, quòd sancti, & docti Patres, (quamuis in Scripturis assidue & studiosissime volutati) plura tamen, (vt de scripturæ sacræ sensibus agentes demonstrauimus) in illis se ignorare professi sunt, in plurimis hæsitare non erubuerunt, & obscuras esse Scripturas nihilominus asseruerunt. Hæretici quoquè ipsi eandem obscuritatem verbis negantes, factis tamen comprobant, dum scilicet de scripti verbi intelligentia non solum nobiscum, sed inter se etiam, & frequentissime pugnant. atquè Scripturam se ipsa, (vt ipsis videtur) interpretantes illi (vt potè dissentientes) repugnantes iccirco sensus ex eadè nihilominus promunt. Aduersariorum itaque impetu propulsato, eorumdemque assertionis fundamentis conuulsis, iam liberè pronunciemus. Scripturam sacram suaprè natura in plurimis, obscuram esse, quo quidem constituto, interpretatione eandem egere fatendum est, vt reconditi scilicet sensus, qui in ipsa delitescunt, paulatim eruantur. Quæ autem esse debeat hæc interpretatio, & quomodo sit eadem ritè peragenda, operæpretium iam erit explicare.

Tit. d. sens.
scrip. sac.

Conclusio

De

*De Scripturæ Interpretatione variæ recitantur sententiæ,
Quarum ea primò argumentis confirmatur, quæ
scripturam se ipsa interpretandam asserit.
Deinde verò qua ingenij vi, & linguarum
peritia intelligi eandem posse
affirmat. Cap. IX.*

Quomodo Scriptura sacra fit interpretanda omnibus equidem non est perspectum, cum ea de re variæ admodum, & discrepantes sententiæ recitentur. Alij enim (vt diximus) Scripturam se ipsa abunde interpretari posse palam prædicant, Alij quemlibet linguarum peritum virum, solertem quidem, & ingenij viribus præstantem, cum in scripturæ lectione studiū posuerit, illam optime intelligere existimant. Plurimi autem Patrum commentaria consulenda esse admonent, in diuinis Scripturis rectè, & sine errore interpretandis. Alij rursus animaduertentes Patres ipsos, Scripturas interpretantes, dissentire, & varios ex illis sensus eruerè, Ecclesiam solam, columnam, & firmamentum veritatis, consulendam potius, & ab ipsa Scripturarum intelligentiam petendam esse definiunt. Alij deniquè Scriptura, ingenio, eruditione, Patrum commentarijs, & Ecclesiæ magisterio prætermisso spiritum Sanctum solum, Scripturæ scilicet auctorem, eiusdem esse verum, & germanum interpretem affirmant, quem ad eam explanandam adhibere tum Ecclesia, tum fidelium quilibet iccirco debeat. Hos autem omnes suas assertiones cõfirmantes audire operæpretium erit, vt singulas nimirum sententias nos ex aminantes potiore denique deligamus, vel etiam omnibus illis prætermisissis (si veritas ipsas nos aliò fortè impulerit) eam ipsi proferamus sententiam, quam
VERO

Eorum sententia confirmatur qui Scripturam se ipsa interpretandam asserunt

In num. hom. 12.

In Leuit. hom. 5.

In quest. comp. explicatis.

De hist. sex dierum

De doct. christ. li. 2. cap. 9.

De doct. christ. li. 3. cap. 4.

Eorum opinio confirmatur qui ingenij vi & linguarum peritia scripturam interpretandam dicit,

vero maxime consonam, & Patrum consensione firmatam iudicabimus. In primis itaque, obuij nobis fiunt illi, qui Scripturam sacram se ipsa interpretandam asserunt, quos quidem hanc sententiam proferentes, & confirmantes paulo antè audiimus, alijs tamen, & firmioribus Patrum testimonijs eandem sententiam corroborari posse putamus, dicebat enim

ORIGENES [Ideo conueniens puto etiam de alijs Scripturæ locis puteorum congregare mystetia, vt ex comparati one plurimorum, si quid presens sermo obscuritatis continet, elucescat] Et rursum, [Conferamus igitur ipsam sibi scripturam Diuinam, & quam aperuerit nobis absolutionis semitam subsequamur] cum quo consentiens BASILIUS ait, [Quæ ambigua sunt & recte dicta esse in quibusdam diuinæ Scripturæ locis videntur, ea ab alijs locis manifestis declarantur.] Nec ab utroque dissentiens GREGORIUS NISSENVS inquit, [Ego vero scripturæ quidem oppositionem per alterum Scripturæ locum compensari & ad concordiam redigi posse dico] Quibus omnibus subscribens AVGVSTINVS dicebat, [Ad obscuriores Scripturarum locutiones illustrandas, de manifestioribus sumenda sunt exempla, vt quædam certarum sententiarum testimonia dubitationem de incertis auferant.]

Et rursum [Et inharendum est ijs, quæ in scripturis sunt apertissima, vt ex his reuelentur obscura] omnes denique sancti Patres, vel id ipsum verbis testati sunt, vel saltem factis, Scripturam interpretantes, comprobarunt; Aliquid enim aliud ab ipsis profecto non agebatur, dum scripturas suis commentarijs explanantes illi, varia Scripturæ dicta proferebant, & diligenter conferebant, nisi vt huiusmodi testimonijs productis & cellatis propositæ scripturæ sensus ab ipsis indagaretur atque inuentus confirmaretur. Quod quidem est scripturam Scriptura interpretari. Qui vero ingenij viribus & linguarum peritia scripturæ sensus inueniri, excogitari, ac percipi posse arbitrantur, eiusmodi assertionem ratione firmare fortasse poterant

poterunt dicentes Diuinæ Scripturas linguis & litteris humanis exaratas fuisse, quarum vsus significationes, vires, proprietates, regulas, figuras, & phraes ipsi homines norint, qui vero in illis studium posterint ea omnia optime calleant. Sicut igitur solertes homines humana scripta volutantes sola linguarum peritia ipsorum intelligentiam assequuntur, quamuis obscuras & difficillimas disputationes illa complectantur, cur iidem non poterunt ea oia pariter intelligere quæcunque reuelante Deo hominum linguis, & litteris continentur? atque iccirco videtur Origenes huic sententiæ fauere cum dicit [tenta ergo, & tu o Auditor habere proprium puteum, & proprium fontem, vt & tu, cum apprehenderis librum scripturarum incipias etiam ex proprio sensu proferre aliquem intellectum.]

Super Gen. hom. 12.

Eorum sententia rationibus confirmatur, qui in Scriptura interpretatione consulendos esse sanctos Patres, atque ex ipsorum monumentis eiusmodi interpretationem erui debere asserunt. Cap. X.

ILLI vero, qui scripturæ interpretationem à Patribus sumendam esse, nec ab ipsorum intelligentia, & explanatione recedendum putant, eiusmodi assertionem plurimis eorundem Patrum testimonijs, Concilijs etiam, rationibus, & Scriptura confirmare possunt, DIONISIUS enim AREOPAGITA in primis ait. [Ad sanctissimarum scripturarum intelligentias, prout illas à Patribus accepimus, contuendas pro viribus pergamus.] Idem comprobans CLEMENS ROMANVS inquit [oportet ab eo intelligentiam discere scripturarum, qui eam à maioribus, secundum veritatem sibi traditam, seruat, vt & ipse possit ea, quæ recte suscepit, compe-

De cæl. Hier. c. 1.

lib. 10. Recognit. ad discip. Hiero. so. Ep. 5. 37. dist. ca. Relatum.

G tenter

lib. 4. aduer.
hæ. cip. 63In Passione
& Crucem
DominiEp. de syn.
Arin. & se-
len.
Orōne con-
tra Idola.In Ep^m. ad
Ephes.De verbis
Euangelij
ser. 19.
De vitil.
Cred.
ad Honor.
In Leuit. li.
4.

A. 5.

Procm. l.
Diuin. In-
tit.

renter afferre.] Ireneus verò, hac de re longa disputatione habita, concludit germanam Scripturarum interpretationē à maioribus traditione accipiendam esse, quod comprobans

ATHANASIVS ait, [Quod autem nunc recitatum est verbum, Euangelium quidem est, sed tamen evidentia claritudinisque gratia defugiendum est ad sanctos, & ab ijs intellectus huius rei excipiendus, Vero enim similius est, eos rerum Euangelicarum magis quàm nos conscios & peritos esse,] & rursus [Quæ non intelligimus in scripturis non abdicamus, sed requirimus ab illis, quibus Dominus reuelauerit, & ab eis discere cupimus.] **APERTISSIME** verò de ipsis Patribus ait, [sufficiunt quidem per se, tum sacra, & diuinitus inspirata scriptura ad veritatis indicationem, tum plurimi de eadem re libri à sanctissimis Magistris conscripti, quos si quis euoluat intelliget aliquo modo scripturarum mentem, & fortasse eam, quam cupit cognitionem adipiscetur.] **HIERONYMVS**] Alexandriam perexi, vt viderem Dydimum, & ab eo in scripturis omnibus, quæ haberem dubia sciscitarem.]

AVGVSTINVS, Quomodo verba scripturae intellexerunt sancti, sic utique intelligenda sunt.] & rursus, [Quid temerariae superbiae plenius, quam diuinorum Sacramentorum libros ab interpretibus suis nolle cognoscere?] **CYRILLVS**

ALEXANDRINVS [Quod si aliqua memoriae superauerint, & intellectum nostrum superauerint, facite quod praesentis mandati auctoritas praecipit dicens, Quod autem superfuerit ex his manducabit Aaron, & filij eius, siquid superauerit, & excefferit intellectum tuum, vel memoriam tuam, serua Aaron, hoc est reserua sacerdoti, reserua Doctori, vt ipse hæc manducet, ipse discutiatur, ipse exponatur.] **EVDOKIVS** Episcopus in Calcedonensi Concilio clamabat. [omnis, qui non consentit expositionibus sanctorum Patrum se ipsum alienat ab omni sacerdotali communionem, & à Christi praesentia.] **CASSIODORVS** [Ad diuinam Scripturam ascenda-

mus

mus per expositiones probabiles Patrum, velut per quamdam scalam visionis iacob, vt eorum sensibus prouecti ad cognitionem Domini efficaciter peruenire mereamur.] **SEXTA** ^{Can. 19} **SYNODVS** [sed et si, ad scripturam pertinens, controuersia aliqua excitata fuerit, ne eam aliter interpretentur, quam quomodo Ecclesiae luminaria, & Doctores suis scriptis exposuerunt.] **CABILONENSE CONCILIVM** [ita videlicet vt illas scripturas notissimas habeant, quæ catholicæ appellantur, & earum sensus per Patrum tractatus inquirent.] **CONCILIVM** quoque **LATERANENSE** sub Leone Decimo, ^{Cap. 1.} [Mandantes omnibus, qui hoc onus sustinent, (videlicet praedicandi) quique in futurum sustinebunt, vt Euangelicam veritatem, & sanctam Scripturam iuxta declarationem, interpretationem, & explicationem Doctorum, quos Ecclesia, vel vsus diuturnus approbavit, legendosque hactenus recepit, & in posterum recipiet; praedicent, & explanent, nec quicquam eius proprio sensui contrarium, aut dissonum adiciant, sed illis semper insistant, quæ ab ipsius sacrae scripturae verbis & praefatorum Doctorum interpretationibus, ritè, & sanè intellectis non discordant.] Denique **TRIDENTINVM** ^{Sess. 4.} **CONCILIVM** ait [Decreuit sancta synodus ad cõercenda petulantia ingenia, vt nemo suæ prudentia innixus in rebus fidei & morum, ad ædificationem Doctrinae Christianæ pertinentium sacram Scripturam ad suos sensus contorqueat, aut contra eum sensum, quem tenuit, & tenet Sancta Mater Ecclesia, aut etiam contra vnanimem consensum Patrum, ipsam Scripturam sacram interpretari audeat.] Atque iccirco **EPHESINVM CONCILIVM**. (id ipsum referente Vincen- ^{lib. aduer. proph. vo- cum nouiti.} tione lirenense) in Nestorium olim inuectum est, vt Patres illi testabantur dicentes. [Inuecti sumus in Nestorij sceleratam praesumptionem, quod sacram Scripturam se primum, & solum intelligere, & omnes eos ignorasse iactaret, quicumque ante se magisterij munere praediti diuina eloquia tractauis-

G 2 sent,

sent totam etiam nunc Ecclesiam errare quæ, ut ipsi videbatur, ignaros Doctores sequeretur.] Quod autem Patres, & Concilia expresse nos admonuerunt, id ipsum Scripturæ quoque testantur, non solum enim multa Sacerdoti, hoc est Doctori, esse referuanda, ut ab ipso cæteris explanentur, iubebant, quod Cyrillum paulo antè animaduertentem audiui-
 mus, sed præterea flentes dolebant, [Paruuli petierunt panem, & non erat, qui frangeret eis] quod explanans GREGORIVS primus dicebat. [Id est, infirmi quippe scripturæ sacræ valentiores sententias petierunt exponendo comminui, sed qui exponere debeat, non valet inueniri.] & Moyses canebat. [Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi maiores tuos, & dicent tibi.] Ad hæc vero sensus Scripturarum vna cum ipsis scripturis ab Apostolis eorum successoribus & posteris concreditos, vsquè ad nos peruenisse, traditione accepimus, & firmissimis rationibus demonstrare possumus, quas silentio non præteriuimus, cum de sacræ scripturæ sensibus ageremus. Eisdem igitur orthodoxorum Patrum monumentis contineri putandum est, quos diligenter inquirere, inuentos notare, & notatos eruere pij omnes debent, quicumquè diuinas scripturas rite, & sine errore interpretari studebunt.

Aliorum opinio argumentis firmatur, quæ asserit Ecclesiam ipsam esse consulendam in scriptura sacra tua, ac recta interpretatione. Cap. XI.

Primum
Argumentum

Quoniam autem ipsi Patres scripturam interpretantes non semper inter se consentiunt, sed varios, & dispares sensus ex ea promere deprehenduntur, iccirco videtur plurimis pij & catholicis viris Ecclesiam potius consulendam, quàm Patrum commentaria voluntanda ab eo esse, qui veram Scripturarum intelligentiam percipere concupiscat, exemplis
 verò

verò probare quòd Patres scripturam variè sint interpretati, superuacaneum profectò videri potest, cum ipsorum monumenta inter se collata id apertè testentur, & cumulatè demonstrent, atque eiusmodi exempla cuius obuia, & in promptu sint, quorum tamen vnum, vel alterum hic adscribemus ut illis etiam satisfaciamus, qui in scriptura, & Patrum commentarijs parū admodū sunt voluntati, dicebat itaque CHRISTVS apud Ioannem, [Amen dico vobis, nisi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.] Quæ verba Origenes^a, Chryso-
 stomus,^b Cyrillus^c Ciprianus^d Hilarius^e de sacramentali cibo, & potu sunt interpretati, Augustinus autem tum de sacramentali^f, tum etiam de spiritali^g diuersis in locis exposuit. Id ipsum accidit ijs verbis, quæ apud Mattheum Petrum alloquens IDEM pronunciabat, [tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam.] Quæ quidem verba ab ipsis Patribus tum in Christum, tum in Petrum, tum etiam in fidei confessionē variè sunt accommodata. In eiusmodi igitur varijs ac dissimilibus Patrum interpretationibus quam potiorē deligat, is profectò ignorabit, qui Patres ipsos cōsuluerit atque ex illorū monumentis veram & germanā scripturarum intelligentiam promere se posse putauerit, Huc accedit quòd Patres omnes (etiam sanctissimi) fuerunt utiquè homines, quare & falli & fallere potuerunt, omnis enim homo mendax, vera igitur ac certa scripturæ interpretatio non erit eorum dictis metienda, nec ad eiusmodi inconstantem regulam dirigenda. Graues deniquè, ac perniciosi errores in Patribus & tractatoribus ipsis deprehenduntur, in quos vel incautus turpissime labi posset, quicumque illorum interpretationibus, veluti Regula vteretur ad scripturarū veros & germanos sensus dijudicandos vel eiusmodi errata (sibi fortasè nota) declinās, eo saltē nomine esset accusandus, quòd Regulam non solū flexibilem, sed inflexā & incuruā sibi ipsi prudens, & sciens

Thren. 4.

In 1. cap.
Iob. cap. 8.

Deut. 32. in
antico.

Tit. 3 sent.
script. sac. c.
16. 18.

Ioan. 6.

a in Num.
hom. 7.

b in Ioan.
hom. 46.

c lib. 3. in
Io. c. 13. 14
& lib. 10. c.
13.

d in Exp.
or. dom.

e lib. 8. de
Trin.

f cōtra Dō.
& Pel.

g Tract.
26. in Io.

Math. 16.
Secundum
Argumen.

Tertiū Arg.

sciens proposuisset, Errores autem isti in Tractatorum commentarijs iam comperti, tot numero sunt, vt collecti, & in vnum locum comportati volumen impleant, quorum exempla sint, Hierusalem auro & gemmis collucens, Hæreticorum repetitus baptismus, nulla doloris commotio in Christi corpore, matrimonij ob adulterium dissolutio, Animæ ex traduce procreatio, aliaquæ plurima à Patribus, etiam Catholicis, falsò pronuntiata, vt Origenis, Tertulliani, & consimilium innumeros errores silentio prætereamus. Quare Scripturarū interpretationem ad istorum normam dirigere, nec tutum, nec decens omnino videtur, Ad Ecclesiam igitur confugiendum erit, fidelium scilicet matrem, & magistrā, columnā, & firmamentum veritatis, atquæ verbi Dei, (vt iam probatum est) fidam custodem, in qua non solum characteres, & membranas, sed sensus etiam Scripturarū diligentissime seruari iam pridem concludebatur, quos traditione, consuetudine, & publicis monumentis commonstratos à singulis fidelibus suscipi æquum videtur, quod quidem præcipiens TRIDENTINVM CONCILIVM dicebat [Nemo sacram Scripturam contra eum sensum, quem tenuit & tenet sancta Mater Ecclesia interpretari audeat.] Id ipsumquæ olim AVGVSTINVS admonuerat inquiring, [In scripturis Sanctis interpretandis, et si multa dici possint, quæ improbanda non sunt, tamen in his eligendum, quod omnis, vel penè omnis frequentat Ecclesia. [Quod etiam ORIGENES multo antea, quamuis obscurius indicans, dixit, [Cum apprehenderit librū scripturarum incipias etiam ex proprio sensu proferre aliquē intellectum, & secundum ea, quæ in Ecclesia didicisti.]

Tit. 8 vniu.
Dei Verbo

Scilicet 4.

Ep. 59. ad
quæst. Pauli

super Gen.
hom. 12.

Spiritu

Spiritu sancto Scripturam interpretandam esse de aliorum sententia asseritur, id ipsum que ratione & Patrum testimonijs confirmatur. Cap. XII.

ALij rursus Ecclesiæ magisterio relicto, ad Spiritum Sanctum esse in Scriptura sacra interpretanda confugiendum affirmant, Ecclesiam enim ipsam ex hominibus constare dicunt, hos verò omnes mendaces, & obliuiosos esse, solum autem Deum veracem, Nec posse humanum aliquod mysteria, & scripta diuina (vt pote excelsa ac præstantia) vi sua interpretari: Maiorem præterea esse verbi Dei auctoritatem, ac dignitatem, quam ipsius Ecclesiæ, à qua illud interpretandum pendere indignum iccirco videatur. Eiusdem denique esse leges condere, & illas interpretari, quare præcepta omnia, tum in veteri, tum in nouo testamento scripta, ab eorum auctore spiritu sancto erunt interpretanda. Qui totius pariter Scripturæ certus & vnicus interpres erit existimandus, vt idē litteræ, sensus, & interpretationis auctor habeatur. Id ipsum quoquæ Patrum plurimis Testimonijs confirmari posse videtur, In primis enim DIONYSIVS AREOPAGITA inquit, [Nos eam pro virili parte secuti, ad diuinos splendores contendere debemus, illic enim diuinis interpretationibus acceptis, quasi pulcherrima quadam veritatis regula, ea, quæ ibi posita sunt, non aucta, non imminuta, non denique mutata, & corrupta custodire studemus, dum, & diuinorum scriptorum obseruatione conseruamur, & ab eis eam vim accipimus, vt ea seruantes conseruemur.] cum quo consenties ORIGENES ait [Supplicandum Domino, & diebus ac noctibus obseruandum vt veniat Agnus ex Tribu Iuda, & ipse accipiens librum signatum dignetur aperire, ipse est enim qui scripturas adaperiens accendit corda discipulorum, ita vt dicant. Non ne cor nostrum erat ardens inter

Primū Arg.
obiectum

Secundum
Argumen.

Tertiū Arg.

Quartum
Argumen.

Quintū
Argumen.

Sextū Arg.

De Diu.
Nom.

In Exod.
homil. 12

nos,

nos, cum aperiret nobis scripturas? ipse ergo etiam nunc nobis aperire dignetur quid est, quod Apostolo suo inspirauit, ut diceret Dominus autem spiritus est, ubi autem spiritus Domini ibi libertas.] Et rursum [Quomodo opus prophetarum erat hæc spiritu prædicare, quæ videbantur, sic eodem spiritu opus est ei, qui exponere cupit ea, quæ sunt latentè significata.] CHRYSOSTOMVS. [Sicut si quis explicet scripturam, siue tu, siue alius fidelis Christianus, Et si absconditum nomen, & obscurum fuerit, det autem spiritus sanctus alicui abscondita sensuum reuelare, is accepit spiritum reuelationis, qui reuelat profunda. Vnde & Apostolus, volens discipulos pios intelligere scripturas, dicit precor Deum, ut det nobis spiritum sapientiæ, & reuelationis in agnitione illuminatos oculos mentis nostræ.] ET rursum [Nequè opus habet Scriptura diuina ut intelligatur humana sapientia, sed reuelatione spiritus, ut hausto inde verò sensu magnum hinc nobis lucrum accrescat.] EPIPHANIUS [consideremus virtutem Scripturæ ne fiat nobis littera mors, littera enim occidit, in littera est vita, occidit autem imprudentem ad litteram accedentem, & non habentem spiritum interpretantem, qui litteram aperit, & quod in ipsa est reuelat.] HIERONYMVS, [in explanationibus omnium Prophetarum, sancti spiritus indigemus aduentu, ut cuius instinctu scripti sunt, illius reuelatione pandantur.] IDEM verò de omnibus scripturis generatim affirmat dicens. [Reuela inquit Dauid oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua, si tantus Propheta tenebras ignorantia proficere ut, qua nos putas paruulos & penè lactentes inscitiæ nocte circumdari? Hoc autem velamen non solum in facie Moyfi, sed in Euangelistis & Apostolis positum est, cum turbis saluator in Parabolis loquebatur, & contestans mysticum esse quod dicebat, aiebat, qui habet aures audiendi audiat, & nisi aperta fuerint vniuersa, quæ scripta sunt, ab eo, qui habet clauem Dauid,

In Jerem. homil. 11

hom. de spiritu sancto

In Gen. homil. 20.

In comp. de fide

In Osee prooem

Ep. ad Paulinum

uid, qui aperit, & nemo claudit, claudit, & nemo aperit, nullo alio referante pandentur.] AVGVSTINVS. [quicquid illarum scripturarum est, Christum sonat, sed si aures inueniat, & aperuit eis sensum ut intelligerent Scripturas, vnde & nobis hoc orandum est, ut ipse sensum nostrum aperiat.] THEODORETVS [Neque enim litteram tantum attendimus, sed mentem scrutamur, non quidem ut Diuinis sermonibus humanam interpretationem superinducamus. (nam hac de causa Isaias quosdam notauit velut permisceres aquam vino) sed igne tantum diuino, hoc est gratia sanctissimi spiritus utamur.] CYRILLVS ALEXANDRINVS [Pleni sunt libri Mosaici figurarum, quæ ita latent, ut sine magno labore, & studio, addam etiam gratia Saluatoris, interpretari rectè non possint.] & rursum [Cognitionem autem sui filij non sono aut voce pater nobis immittit, sed illuminatione mentis, qua rectè diuinas Scripturas intelligimus.] BERNARDVS [Quo spiritu factæ sunt Scripturæ, eo legi debent & ipso etiam intelligendæ, sunt, nunquam ingredieris in sensum Pauli, donec vsu bonæ intentionis in lectione eius, & studio assidua meditationis, spiritum eius inbiberis.] His itaque testimonijs, & rationibus cumulatè ostensum videtur scripturas Diuinas spiritu sancto esse interpretandas.

In Ep. Io Tract. 2.

In Exod. Quest. 24.

In Euang. Io. li. 3. c. 3.

In Euang. Io. lib. 4.

Ad fratres de Monte Dei.

Singula recitatae opiniones examinantur, & rationes, quibus premuntur, sigillatim recensentur.

Cap. XIII.

Iam vero opiniones hucusquè recitatae, sigillatim & breuiter sunt examinandæ, & collatione facta, inter se comparandæ, ut potiorem tandem deligamus, scripturam igitur se ipsa interpretandam quicumque afferit, is imprimis debet ad argumenta, ac testimonia omnia respondere, quæcunque

Argumenta
Quod scripturam se ipsa sola interpretari non liceat.

H vel

Primum Argumentum vel spiritum Sanctum, vel Ecclesiam, vel Patres, vel etiam linguarum peritiam, & solertis viri diligens studium, docere, tradere, ac iuare Scripturarum intelligentiam, & interpretationem ostendebant, quod aggrediens ipse, & singulorum momenta expendens facilè animaduertet, ac suo periculo experietur eorum plurima esse grauissima, quæ refelli, vel declinari à pio, & docto viro nunquam possint, Præterea verò nec Eunuchus ad Scripturas explanandas, quas ipse habebat, & studiosè legebat Philippum interpretem adhibuisset, nec eius operam, & opem implorans dixisset, [Obsecro te, de quo Propheta dicit hoc? de se an de alio aliquo? nec Christum discipulis in Emaus proficiscentibus Scripturarum sensum aperire oportuisset. Nec dona interpretationis sermonum, sapientiæ & intellectus in eo requirerentur, qui scripturas ritè, & rectè esset interpretaturus, atque spirituales, & reconditos sensus ex ipsis eruere studeat, quos quidem sensus fieri non potest vt characteres soli se ipsis abunde exprimant, quod nos de sensibus Scripturæ sacræ agentes fuisse declarauimus. Experientia denique (optima nimirum iudicandi magistra) didicimus exortas in Ecclesia Hæreses ob scripturæ intelligentiam, sola scriptura euinci nō potuisse. His quoque omnibus, tum rationibus, tum Patrum testimonijs non solū premuntur, sed etiam opprimuntur illi, qui solam solertiam, & linguarum peritiam in scripturarum interprete desiderabant Quos præterea euincunt rationes illæ, quæ scripturam se ipsa interpretari posse demonstrabāt. Adhæc verò ISAIAS eosdem speciatim confutat dicens, [Erit vobis visio omnium sicut verba libri signati, quem cum dederint scienti litteras dicent lege istum, & respondebit nō possum signatus est enim] & PETRVS APOSTOLVS dicebat [Hoc primum intelligentes quod omnis Prophetia Scripturæ propria interpretatione non fit] Patres quoque eandem sententiam non obscure improbant, dicente CLEMENTE ROMANO [Diligen-

ter

ter obseruandum est vt lex Dei cum legitur, non secundum proprii ingenij intelligentiam legatur] cum quo consentiens CHRYSOSTOMVS ait, [Nequè opus habet scriptura Diuina, vt intelligatur, humana sapientia] Vtrique subscribens. THEODORETVS inquit. [Nequè enim litteram tantum attendimus, sed mentem scrutamur, non quidem vt diuinis sermonibus humanam interpretationem superinducamus, nam hac de causa Isaias quosdam notauit velut permiscentes aquam vino.] CLEMENS ALEXANDRINVS, [Habet autem alias quoque quædam proprietates sermo hebræus, sicut etiam cuiusquisque ex reliquis continens quandam orationem, quæ gentis ostendit stylum, & figuram, definiunt itaque sermonem, dictionem, quæ gentis stylo, ac figura conficitur, sed non illis sermonibus nota est Prophetia.] HIERONYMVS [Fateor mi Domnion & Rogatione charissime, nunquam me in diuinis voluminibus proprijs uiribus credidisse.] Tertia opinio eorum erat, qui Patres consulendos esse affirmabant. Hanc vero sententiam in primis conuellunt ea omnia, quæcunque ad scripturam, humana adiumenta, Ecclesiam, et Spiritum sanctum, veluti huius interpretationis auctorem, nos allegabant. Præterea autem, sicut Deum ea omnia nobis reuelasse, quæcūque pro ipsius verbo habentur, non Patrum commentarijs sed Deo teste, vel Ecclesia certissime credimus, (quod fusè explicauimus, dum Vniuersum Dei Verbum examinaremus) ita profectò eiusdem verbi certam, & germanam intelligentiam ex iisdem fontibus potius, quàm ex Patribus ducere necessariò debemus. Ad hæc unicuique Theologo licere, semperque licuisse nouos, & Patribus inauditos sensus (Regulæ tamen fidei & charitatis congruentes) libere ex scriptura promere, iam pridem conuclusimus, & ipsorum etiam Patrum testimonijs confirmauimus, ex quo sequitur eiusmodi interpretationes pias quidem, & catholicas esse, nec tamen ex Patrum monumentis depromptas. Huc accedit

H 2 quòd

In Gen. hc. mil. 20.

In Exo. q. 24.

Præf. in lib. Paralipomè

Argumenta quod non sint patres consulendi

Primū Arg.

Secundum Argument.

Tit. de Vniuer. Dei Verbo Tertiu Arg.

Tit. d sent. script. sac.

quòd Patrum verba non sunt certissima, nec tantæ apud fideles auctoritatis, vt ea negare, oppugnare, & falsa afferere nephas sit, hoc enim solis scriptis canonicis tribuendum esse Patres etiam fatentur, inter quos AVGVSTINVS dicebat, [Ego enim fateor charitati tuæ solis eis Scripturarum libris, qui iam canonici appellantur, didici hunc timorem, honoremque deferre, vt nullum eorum auctorem scribendo aliquid errasse firmissime credam, ac si aliquid in eis offendo litteris, quod contrarium videatur veritati, nihil aliud quàm mendosum esse codicem, vel interpretem nõ assecutum esse quod dictum est, vel me minime intellexisse non ambigam, Alios autem ita lego, vt quantalibet sanctitate, doctrinaque præpolleant, non ideò verum putem, quia ipsi ita senserunt, sed quia mihi per illos auctores canonicos, vel probabili ratione, quod à vero non abhorreat, persuadere potuerunt.] Quare inde non erit petenda certa Scripturarum interpretatio, vnde nec certa habetur veritas, . Tandem vero hoc dilemmate argumentari licebit, Patres Scripturam interpretantes, vel Spiritu sancto doctore, vel proprii ingenij viribus eandem sunt interpretati, istud si dixeris in eorum sententiam statim ibis, qui humanis viribus, & adiumentis Scripturam interpretandam affirmabant, quare cum ipsis pariter euctus, & prostratus iacebis, sin verò illud fateberis, iam defertis Patribus ad Spiritum sanctum confugies, quem Scripturarum interpretem, & doctorem, atque omnis interpretationis fontem, & auctorem agnoscas, quare tecum iterum pugnabimus, cum eiusmodi sententiam mox oppugnabimus. Quarto loco numerabatur illorum sententia, qui asserebant ad Ecclesiam esse confugiendum in Scripturis ritè interpretandis, hæc autem assertio tum ab ijs erat vehementer oppugnata, qui eiusmodi interpretatione in Patres, in humana adiumenta, atque in Scripturam ipsam, veluti in auctorem, referentes, contrarias iccirco partes tuebantur, tum vero ab illis ex-

quartū Arg.

Epist. 19. ad Hier.

quintū Arg.

Argumenta quòd Ecclesia non sit consulenda

lis expugnata etiam, ac eversa videbatur, qui Spiritum sanctum auctorem agnoscebant, quare à nobis iterum confutari non debet, qui, illam oratione præteruolantes, iam in Spiritus sancti auctoris patronos, Ecclesiæ, Patrum, eruditionis, & Scripturæ propugnatorum armis iam pridem petitos, & oppugnatos, tela adhuc aliquot immitteremus. Res enim in primis ardua & difficilis admodum videtur, vt quilibet Scripturæ interpret Spiritu sancto afflatus esse debeat, cuius instinctu non concitatus, eam ritè explanare nunquam possit. Deinde verò cum spiritus ipse sensu non comprehendatur, nec bonus a malo naturali ratione discernatur, fieri facile poterit, vt vel interpretes auditorem callidè fallat, vel ipse deceptus interpretetur. Ex quo fiet, vt hæreticis occasio maxima detur, tum sua, tum Diaboli placita, Spiritui sancto liberè ascribendi, & falsis interpretationibus populum à recta fide abducendi, imò etiam orthodoxis Doctoribus potestas omnis auferatur eosdem hæreticos euincendi, cum illi nimirum se Spiritu sancto intus concitatos loqui, & interpretari versutè profiteantur, Id verò tum superioribus temporibus Patres nostri, hæreticos impugnantes qui eiusmodi licentiam & auctoritatem sibi ipsis temere vsurpabant, sæpius experti sunt, tum verò hoc seculo nos quotidie experimur. Denique concluderetur pares, vel etiam superiores esse interpretes ipsis Prophetis & Euangelistis, quibus tamen impares & longè inferiores Apostolus eosdem constituebat, Qui quidem interpretes Spiritus sancti instinctu scripturæ sensum proferentes longo certè interuallo antecedere, ne dum æquare, putandi essent eos omnes, tum Prophetas, tum Euangelistas, qui nuda solum verba Spiritus sancti afflatu pronunciarunt. Quare interpretationes quoque, à Spiritu sancto dictatæ, Scripturarum litteræ essent quidem auctoritate pares, dignitate autem, ac vtilitate etiam superiores. Quæ omnia cum sint impia, neque à catholico viro ferenda, id erit pariter negandum, cui ipsa erant

Argumenta quòd Spiritu sancto non sit Scriptura interpretanda Primū Arg. Secundum Argument.

Tertium Arg.

quartū Arg.

sa erant consequentia, Spiritu sancto videlicet interpretandas esse diuinas Scripturas, quod quidem vltimo loco pluri mi afferebant

A quo & per quæ sit Scriptura sacra interpretanda, de Auctoris sententia declaratur. Cap. XIII.

PER obscura admodum Quæstio proposita est, quæ tamē nō minus vtilis, quàm difficiles explicatus habeat, sicut enim à nemine fortasse fuit hucusquē plenē tractata, & satis explicata, ita ipsius integra, & certa notitia Scripturarum obscuritatem vel tollit, vel maxime minuit, Catholica dogmata firmat, & munit, atquē Hæreticos omnes euincit, quorum fundamentum ipsum euertit, & vnico vulnere Hydram illam (ni fallimur) conficit, cui vno abscisso capite plura continuo renascebantur, supplices igitur Dei opem imploremus, & ab ipso difficillimæ disputationis exitum eum postulemus, qui sibi honorem, Ecclesiæ fructum, & nobis inquirentibus animi tranquillitatem tribuat, eius autem immensa benignitate cōfisi dicamus. Qui verborum est Auctor idem etiam eorum est optimus interpres, Scripturam autem sacram Dei verbum esse fatentur omnes & Deus ipse testatur, verbi sui certissimus testis, & index, vt de Vniuerso Dei verbo agentes fusè demonstrauiimus. Quare idem etiam erit ipsius Scripturæ præcipuus interpres, à quo omnis eiusmodi interpretatio petenda sit. Is tum varias sensuū species, tum vnus speciei varios sensus eidem verbis mirè inseruit, idem delitescens illos solus certò indicabit, ipse clausit, idē referabit, ille humilia verba ad diuinorum mysteriorum significationem supra naturam euexit, idem quoquē ab ipso insitæ significationis vim meritò exprimet. Ab hoc Auctore Prophetæ & Euangelistæ verba accipientes, eorum pariter sensum inde hauserunt. Hic discipulis (vt Euangelista narra-

bat)

Tit. de Vni-
uerso Dei
verbo.

Luc. 24.

bat) sensum aperuit vt intelligerent scripturas, Hic habet clauem Dauid, quæ claudit & nemo aperit, aperit & nemo claudit, Hic docet nos omnem veritatem, Huius denique vnctio, (vt dicebat Ioannes) docet nos de omnibus, ab ipso igitur verbi, sensuum, doctrinæ, intelligentiæ, & veritatis, fonte, auctore, & Doctore, vera germana, & certa totius Scripturæ sacre interpretatio postulanda inprimis erit, De quo quidem AVGVSTINVS, nos admodum scitè admonebat his verbis [Ergo fratres ad hoc ista monuerim, vt quando existis cor ad Scripturas, cum sonaret Euangelium, In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, & cætera, quæ lecta sunt, intelligatis vos leuasse oculos ad montes, Nisi enim montes ista dicerent, vnde omnino cogitaretis, non inueniretis. Ergo ex montibus venit vobis auxiliū, vt hæc vel audiretis, sed non dum potestis intelligere quod audistis, Inuocate auxilium à Domino, qui fecit cælum & terram, quia montes sic potuerunt loqui, vt non possent ipsi illuminare, Quia & ipsi illuminati sunt audiendo inde, vnde, qui hæc dixit, accepit Ioannes ille fratres; qui discumbebat supra pectus Domini, & de pectore Domini bibebat quod propinaret nobis, sed propinauit verba, intellectum autem inde debes capere, vnde & ipse bibebat, qui tibi propinauit.] Quod multò antea ORIGENES quoque docuerat dicens, [Quòd si ad Euangelia accedimus, illorum etiam accuratus intellectus, vt quæ sit mens Christi, eget gratia, quam habuit his qui dicebat. Nos autem mentem Christi habemus, vt sciamus, quæ à Deo donata sunt nobis, quæ & loquimur non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in doctrina spiritus.] Idipsumquē ea omnia abunde confirmant, quæcunque paulò antè adduximus eorum sententiam corroborantes, qui Spiritu sancto interpretandas esse Scripturas affirmabant, cum quibus nos liberè consentimus, nec diuersum aliquod de interpretationis auctore interrogati respondemus.

Apoc. 3.
Io. 16.

1. Io. 2.

In Io tract.
in cap. 1.

Philocaliæ
cap. 1.

mus. Ad quā tamen interpretationē ritè perficiendā, tū adhibere modū oportere, tū verò plura alia requiri præterea asserimus, in quibus ab illis (hæreticis præsertim) facilè dissentimus, vt mox distinctè explicabimus. Hic itaque Spiritus sanctus, diuidens singulis prout vult, Donum quoque interpretationis sermonum, & Scripturarum aliquibus impertitur, qui huiusmodi spiritali dono aucti Scripturas non temere interpretantur, cæteri verò, audientes & silentes, ab illis traditas interpretationes suscipere in Ecclesia debent, vt potè intelligentes, & memoria repetentes, quod **PAVLVS APOSTOLVS**, monebat, [Nemo potest dicere Dominus Iesus nisi in Spiritu sancto, Diuisiones verò gratiarum sunt idem autem spiritus] **ET** paucis interiectis [Vnicuique autem datur manifestatio spiritus ad vtilitatem, Alij quidem per spiritum datur sermo sapientiæ, Alij autem sermo scientiæ secundum eundem spiritum, Alteri fides in eodem spiritu, alij operatio virtutum, alij prophetia, alij discretio spirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio sermonum.] de quo postremo Spiritus sancti Dono sermonem nunc habemus, non omnibus quidem hominibus tributo, sed sicut cætera, vni hominum generi, (teste Apostolo) speciatim impertito, idem enim Ecclesiæ corpus ex multis membris constare cernimus, & ab eodem **APOSTOLO** didicimus dicente [Quod si essent omnia vnum membrum, vbi corpus? nunc autem multa quidē membra vnum autem corpus] Membra verò partes ipsæ organice dicuntur, quæ instrumenta cum sint, munere & opere ipso distinguuntur, atquè iccirco illa vera putanda sunt Ecclesiæ membra, quæ opus proprium in ea exercent, huiusmodi verò sunt, quæ **APOSTOLVS** ipse cōmemorat. [Vos autē estis corpus Christi, & membra de membris, & quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia, primum Apostolos, secundò Prophetas, tertio Doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, Gubernationes, genera linguarum,

2. Cor. 12.

1. Cor. 12.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

guarum, interpretationes sermonum.] Quæ membra singulis præcipuis muneribus à Deo assignata, proprijs quoque, & ipsorum operi congruentibus donis, ab eodem sunt pariter aucta, vt iam opera, officia, membra, & dona inter se respondeant. Quare nō sunt ista confundenda, nec omnia omnibus permiscenda, de quo nos admonens **APOSTOLVS** dicebat. [Nunquid omnes Apostoli? Nunquid omnes Prophetæ? Nunquid omnes Doctores? Nunquid omnes Virtutes? Nunquid omnes gratiam habent curationum? Nunquid omnes linguis loquuntur? Nunquid omnes interpretantur?] Nō erunt itaque omnes ex Apostoli sententia interpretes, nec omnibus interpretationis donum à Spiritu sancto tributum erit, quo quidem carentes homines iam æquo animo silebunt, atquè Scripturæ sensum ab idoneis interpretibus studiose haurientes excipient. Quod explicans **CYRILLVS ALEXANDRINVS** dicebat, [Dominus dat mihi linguam disciplinæ, vt sciam quando oporteat me loqui verbum, Posuit mihi summo mane, apposuit mihi aurem ad audiendum & disciplina Domini aperit mihi aures. Non est dissentaneum, imò rectissimæ orationi valde consentaneum est, vt choro sanctorum Apostolorum hæc applicemus, vel etiam omnibus, qui in Dominum nostrum Iesum Christum credunt, & qui spiritu eruditi sunt, Et inde animum & mentem copiose illustratum habent, quique diuinorum charismatum participes facti sunt, & Scripturæ diuinitus inspiratæ profunditatem puris animæ oculis valuerunt contemplari] Hinc tamen occasione nacti Hæretici tum hoc spiritus sancti dono se affluere audacter profitentur, tum verò eos omnes, quicumquè Deum ipsum supplices implorauerint, facile illud impetraturos prædicant, vt potè quod nemini petenti denegetur, atquè iccirco quemuis hominem posse scripturæ fieri interpretem libere affirmant, & suismet interpretationes spiritui Sancto ascribere ipsi non erubescunt. Huiusmodi verò assertionem his

Ibidem

In Isa. lib. 4. or. 4.

Hæreticorum assertio & eiusdem confirmatio.

rationibus confirmant. in primis enim dicit IACOBVS APOSTOLVS [Si quis autem vestrum indiget sapientia, postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non impropert, & dabitur ei, postulet autem in fide nihil hæsitans.] Quare omni sapientiam, & intelligentiam petenti, eam semper & indiscriminatim concedi ipse affirmat, quod pariter asserere & pluribus coniunctim petentibus promittere CHRISTVS videtur inquamens, [Si duo ex vobis consenserint super terram de omni re, quamcunque petierint, fiet illis à Patre meo, qui in cælis est, ubi enim sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.] Id ipsum confirmans IOANNES, singulis Spiritum sanctum tributum esse, qui illos erudit, palam testatur cum ait, [Sed vos vñtionem habetis à sancto, & nostis omnia.] & rursus, [Et non necesse habetis, vt aliquis doceat vos, sed sicut vñtio eius docet vos de omnibus.] CHRISTVS Deniquè omnibus, & de omni re generatim dicit [Petite & dabitur vobis, quærite & inuenietis, pulsate & aperietur vobis, omnis enim qui petit accipit, & qui quærit inuenit, & pulsanti aperietur.] Et nonnullis interiectis de Spiritu sancto nominatim ait, [Si ergo vos cum sitis mali nostis bona dare filiis vestris, quanto magis Pater uester Cælestis dabit Spiritum bonum petentibus se?] Cum itaque Spiritus sanctus omni petenti tribuatur iam quilibet poterit (dicunt illi) Scripturas ritè interpretari, vt potè, qui spiritu non careat, quo Scripturæ sacræ sunt interpretandæ, atquè iccirco sibi ipsis hæretici isti hoc interpretationis munus liberè & fidenter arrogant. Quorum quidem insolens audacia est in primis comprimenda, mendacium refellendū, & aliorum etiam omnium licentia coercenda, vt perturbatio & confusio omnis ab ecclesia excludatur, atquè temeritatis, & erroris occasio maxima tollatur. Dicimus itaque respondentes, nec postulata nec dona paria semper & eiusdem generis esse, sicut enim aliquæ res singulorum hominum sa-

luti

1. Argum.
Iac. 1.2. Argum.
Matth. 18.

3. Argum.

1. Io. 2.
Ibidem.4. Argum.
Luc. 11.

Ibidem.

Comfutatio.

luti sunt necessariæ, & illos singulatim iuuant, quibus insunt, vt sunt virtutes omnes tum morales, tum Christianæ, tum etiam Theologicæ, atque earundem virtutum, satus, ortus, & incrementa; Quædam rursus totam Ecclesiam respiciunt, cuius statum, vinculum, ordinem, & administrationem tueantur, alant, augeant, confirmant, eiusmodi sunt fidelium varij ordines, distincta munia, & disparia opera, quibus membra singula singulis, atque vniuerso corpori præstò sunt, ita quoque tum postulata, tum dona spiritus diuersa, ac dissimilia profecto esse, & rebus ipsis pariter respondere, quæ dona percententem Apostolum paulò antè audiuius. Debet igitur vnusquisque fidelis à Deo illa vehementer, assiduè, & ritè postulare, quæ ipsius saluti, statui, & ordini sint necessaria & opportuna, quæ quidem à Deo facillè obtinebit, à quo pariter audiuit, [Petite & dabitur vobis,] & [Omnis qui petit accipit.] quod Christi promissum quamuis docti & pij viri, in ea sola accommodent, Quæ omnibus ac singulis fidelibus congruunt, ea verò excludant, quæ Ecclesiæ vtilitatem respiciunt, nos tamen vtraquè hoc promisso contineri putamus, modo ipsi statui & ordini supplicis personæ (vt diximus) illa conueniant, quod enim spiritus dona, ad ecclesiæ vtilitatem data, optari & peti possint, PAVLVVS ostendit, cum illis enumeratis ait, [Aemulamini autem charismata meliora.] atque iccirco THEODORETVS de ipsa sermonum interpretatione dicebat, [Nos autem interpretatione hic sistentes, & mentem interiecta quiete recreantes, eum qui dedit os homini, eumque, qui surdus, & qui surdaster est, fecit laudemus & vt nos apostolicæ doctrinæ intelligentiam doceat oremus. Dabit enim omnino, qui dixit, Petite & dabitur vobis, quærite, & inuenietis; pulsate, & aperietur vobis.] Quòd si eiusmodi dona non semper Deus petentibus concedat, mirum esse nõ debet, cum nec etiam integram corporis valetudinem postulantibus semper impertiat, pro qua tamen Deum orandum

I 2 esse

1. Cor. 12.

Luc. 11.

Martinus
Peregrinus de
traditionibus
cap. de
insuff. priuati
spiritus.

1. Cor. 12:

In Ep. ad
Rom.

esse omnes fatentur, nec stimulum carnis ab Apostolo, illum diligenter, nec temere, implorante, abstulerit. Atquè iccirco iure poterit Theologiæ doctor & auditor interpretationem sermonum à Deo supplex postulare, poterit & Ecclesiasticus, Euangelium infidelibus nuncians, miraculorum dono se augeri optare, & petere; Deus autem, æterna prouidentia omnia complectens, id liberè concedet, quod Ecclesiæ maxime expedire cognouerit, cuius scilicet promissa sunt moderatione huiusmodi temperanda. Idem quoque dicendum est ad altero Christi promisso, fidelibus scilicet duobus vel tribus simul rogantibus factò, qui quidem, vt potè in vnum locum collecti, & concordés, ea postulare putandi sunt, quæ ad Ecclesiæ potius vtilitatem spectent; quam ad singulorum commodum & fructum pertineant, quorum concordiam Christus ibi laudans, etiam imploratus respicit, atque iccirco Apostolico quoque seculo fideles concordés Deum non pro se-ipsis, sed pro alijs implorabant, scribente LVCA, [Oratio autem fiebat sine intermissione ab ecclesia ad Deum pro eo.] (Petro scilicet) Hinc vero in Ecclesia preces institutæ sunt ad eiusdem tranquillitatē, pacem & incrementum deprecandum, atque Ecclesiastici viri concionem habentes Deū in primis supplices vnà cum populo implorant, vt sermonū interpretationem ipse impertiat. Quod obseruans ORIGENES dicebat, [Temerariū fortasse sit quod facimus tā ardua, & tā difficilia scripturæ sanctæ loca explanare conātes, sed si nos orationibus vestris iuuetis, non solum culpā effugiemus audaciæ, verum & deuotionem nostram amplexus Pater verbi Deus dabit verbum in adaperitione oris nostri, quo & vos ædificemus, & nos non in deuoti pareamus, orantes ergo, & intentis animis audite.] Ea propter CYPRIANVS hoc ipsum promissum explanans inquit. [Dominus autem de Ecclesia sua loquitur, ad hos, qui sunt in Ecclesia, loquitur, vt si ipsi concordés fuerint, si secundum quod mandauit, & mo-


Math. 18.

Act. 12.


In Num.
hom. 8.

De simplici-
tate Præ-
latorum.

nuit



D E U S
Locutus est hominibus.



Heb. 1.

Multifariam, multisque modis olim
Deus loquens Patribus in Prophetis,
Nonissimè diebus istis locutus est nobis
in filio.

Questa Tavola va posta tra il fol. 64. & 65.

nuit, duo aut tres collecti vnanimiter orauerint, duo aut tres licet sint, interpretare possint de Dei maiestate quod postulant, Vbicūque fuerint duo aut tres collecti in nomine meo; ego inquit, cum eis sum, cum simplicibus scilicet, atque paucis, cū Deum timentibus, & Dei præcepta seruantibus, cū his, duobus vel tribus licet, esse se dixit.] Quare et si Deus semper, & omnibus, omniaque petentibus, interpretationem quoque sermonum inter cætera hoc promisso polliceretur, & liberè concederet, eam tamen Hæreticis denegaret, qui ab Ecclesia longe absunt, in qua manentes (vt Cyprianus monet) imo Apostolos solos, (vt eam scriptura testatur) Christus ipse tunc alloquebatur, frustra igitur, ac temere Hæretici ipsi, qui iam ab Ecclesia turpissimè discesserunt, huiusmodi promissum ac testimonium producant, quos quidē scripturas interpretari non posse alijs etiam rationibus mox concludemus ac fusius demonstrabimus, Dicebat quoque

IACOBVS sapientiam a Deo postulandam esse, nec tamen de Scripturarum interpretatione loquebatur, qui de tentationibus sermonem habebat, cum dixerit. [omne gaudium existimate fratres, cum in varias tentationes incideritis, scientes quòd probatio fidei vestræ patientiam operatur, patientia autem opus perfectum.] Quibus verbis statim ad scribit. [Si quis autem vestrum indiget sapientia, postulet à Deo] de quo Christus ipse Apostolos monuerat dicens, [Orate vt non intrentis in tentationem] Atque iccirco fideles omnes orantes Domini præcepto dicunt, [Et ne nos inducas in tentationem.] hanc itaque opitulantem Dei gratiam in tentatione petendam esse Iacobus Apostolus monebat, quam sapientiam non immerito vocabat, qui, etsi de ipsa interpretatione loqueretur, eam tamen ritè postulandam, & congruenter obtinendam diceret, præsertim verò in fide, cuius probatio est ipsa tentatio, vt idem dicebat Apostolus, qua fide carentes Hæretici, nec impetrare huiusmodi sapientiam possent. Ioan-

Iacob. 1.

Ibidem.
Ioan. 13.
Math. 26.

nes

1. Io. 2.

Ibidem.

Iſa. 6.

2. Cor. 4.

De ſimplic.
Prælat.

nes pariter apoſtolus non de interpretatione, ſed de fide ipſa loquebatur, cuius ſufficientem notiſiam, præuia inprimis auditione, à ſpiritu ſancto vncti habere poſſunt, qua nixi Hæreticis reſiſtere non temerè audeant. Hanc verò eſſe APOSTOLI ſententiam verborum contextus ipſe non obſcurè declarat, dicebat enim, [Omnes, qui negant filium, nec Patrem habent, qui conſitetur filium, & Patrem habet. Vos quod au diſtis ab initio in vobis permaneat, quia ſi in vobis permanſerit quod au diſtis ab initio, & vos in filio & Patre manebitis, & hæc eſt repromiſſio, quam ipſe pollicitus eſt nobis, vitam æternam. Hæc ſcripſi vobis de ijs, qui ſeducunt vos, & vos vnctionem, quam accepſtis ab eo, maneat in vobis, & non neceſſe habetis, quod aliquis doceat vos, ſed ſicut vnctio docet vos de omnibus, & verum eſt, & non eſt mendacium, & ſicut docuit vos manere in eo.] ecce quomodo Apoſtolus de Hæreſi locutus fidem illi opponebat, quam auditu ipſi fideles exceperant, & ſpiritus ſancti vnctione perceperant, quæ blaſphemix reſiſtendum eſſe monebat, quare hoc teſtimonio aduerſariorum ſententiâ non confirmatur, ſed aduerſarij potius ipſi, fide carentes, & illam impugnant, eodem expugnantur. Quos præterea ISAÏAS arguit dicens, [Niſi credideritis non intelligetis.] arguit & PAVLVS cum ait, [ſi adhuc velatum eſt Euangelium noſtrum, in his, qui pereunt velatū eſt, in quibus Deus huius ſæculi excæcavit ſenſus incredulorum ne luceſceret illis lumen Euangelij.] Arguunt quoque Patres, inter quos CYPRIANVS dicebat, [Nec ſe quidē vana interpretatione decipiant, quòd dixerit Dominus Vbi-
cunque fuerint duo, aut tres collecti in nomine meo, ego cum illis ſum, Corruptores Euangelij atque ininterpretes falſi, extrema ponunt, & ſuperiora prætereunt, & partim memores, partim ſubdolè corruptentes, Vt ipſi ab Eccleſia ſciſſi ſunt, ita capituli vnus ſententiam ſcindunt. Dominus enim, cum Diſcipulis ſuis unanimatem ſuaderet & pacem,
dicc,

dico, inquit, vobis quoniam ſi duobus ex vobis conuenerit in terra, de omni re, quamcunque petieritis, continget vobis à Patre meo, qui in Cælis eſt, Vbi-
cunque fuerint duo aut tres collecti in nomine meo, ego cum eis ſum, offendens non multitudini, ſed vnanimitati deprecantium plurimum tribui, ſi duobus, inquit, ex vobis conuenerit in terra, vnanimi-
tatem prius poſuit, concordiam pacis ante præmiſit, vt conueniat vobis fideliter, & firmiter docuit. Quomodo autem poteſt ei cum aliquo conuenire, cui cum corpore ipſius Eccleſiæ, & cum vniverſa fraternitate non conuenit? Quomodo poſſunt duo, aut tres in nomine Chriſti colligi, quos conſtat à Chriſto, & ab eius Euangelio ſeparari? nos enim non ab illis, ſed illi à nobis receſſerunt. Et cum hæreſes & ſchismata poſtmodum nata ſint, dum conuenticulâ ſibi diuerſa conſtituunt, veritatis caput atque originem reliquerunt.]
Quare ſermonum interpretationem, & ſcripturæ intelligentiam, nec impetrare, nec petere poterunt Hæretici viri, quamuis fideles omnes iure illam poſtulare, & voti compotes fieri concederemus, quod tamen cum Apoſtolo iam negauimus, ne ſcilicet totum corpus vnicum membrum fieret, diuerſis autem hominum ordinibus diuerſa pariter, & congruentia dona à Deo tribui, cum Eccleſiæ vtilitas id flagita-
uerit, cum eodem Apoſtolo aſſerimus, Hæreticis igitur excluſis, atque ipſorum argumentatione diluta, iam libere cō-
cludamus ſcripturam ſacram ſpiritu Sãcto auctore, per eiufdem charismata à nobis eſſe interpretandam. Quo conſtituto, ne omni ſpiritu credamus, ſed probemus an ex Deo ſit, cum Angelus ſatanæ ſæpius ſe transfiguret in Angelum lucis, Regulæ, & rationes excogitandæ erunt, quibus id certò cognoscere, & ſine errore iudicare poſſimus.

Concluſio.

Regulæ,

*Regula, Rationes, & modi traduntur, quibus Scripturæ
interpretationes, tum ab alijs inueniuntur, tum à nobis
excogitatas, à Spiritu sancto prodysse ceritò
deprehendamus. Cap. XV.*

MAgnum profectò opus, & arduum molimur, sed nihil spiritui difficile, cuius auxilio freti, quamuis paruuli, non solum speramus aliquid nos fortasse dicturos de rationibus & modis, quibus Scripturarum interpretationes discernantur, sed etiam plenè, breuiter, ac dilucidè certas Regulas tradituros, explicaturosque confidimus, quibus interpretationes omnes, tum scriptas, tum scribendas, vel à quouis excogitandas diiudicemus, dirigamus, metiamur, liberèquè pronunciare de quacunque proposita interpretatione possimus, an illa sit Spiritui sancto ascribenda, & à fidei homine amplectenda, vel potius repudianda, & Ecclesiæ iudicio damnanda. Quarum certè Regularum vsus, tum omnes hæreticas, temerarias, & minus pias interpretationes facilè excludet, arguet, euincet, & eisdem nixas hærefes conuellet, tum rectas interpretationes indicabit, earumdem copiam maximam fidelibus suppeditabit, atquè catholica dogmata confirmabit, tum verò scrupulum omnem ex priorum hominum animis, quamuis imbecillis, euellet atquè offensionem, ex sola interpretationis nouitate exortam, statim, & commodè tollet. Memoria igitur in primis repetamus regulas illas, quibus Scripturæ sensum in Ecclesia seruatam deprehendi posse dicebamus, cum de scripturæ sacræ sensibus ageremus, erant autem duæ, & quidem breuissimæ, prima scilicet ponebatur Regula fidei, secunda charitatis, hac omnes ad mores & actiones spectantes sensus examinabantur, illa ad fidem & veritatem pertinentes diiudicabantur, quas quidem Regulas cum eo in loco, diligenter explicatas, abunde etiam confirmauerimus,

Tit. de senf.
seri. fa. c. 18.

mauerimus, nunc ea omnia reticentes, ne id ipsum fastidiosè repetamus, ad eundem locum lectorem allegabimus, ipsarum autem regularum vsus in scriptura interpretanda breuiter commonstrabimus. Quotiescunque igitur interpretatio aliqua nobis se obrulerit, eam statim ipsis Regulis meritemur, & conformem deprehensam, Spiritui sancto eandem ascribere non verebimur, qui sensus omnes veros & pios in Scripturis delitescens, vidit, præuidit, atque eruendos prouidit. Nemo autem (vt ait APOSTOLVS) potest dicere Dominus Iesus nisi in Spiritu sancto. Quare tum ab alijs inuentos, tum à nobis excogitatos huiusmodi sensus, litteræ tamen non repugnantes, proferre, asserere, docere, & defendere constanter, ac libere audebimus. E contrario autem omnis interpretatio, quam, Regulis comparatâ, cum ipsis pugnare vel ab eis quomodolibet dissentire comperiemus, quamuis litteræ optime congruat, à Spiritu sancto manasse neganda erit, atque iccirco repudianda, arguenda, & priuatim ac publicè damnanda; Hoc si Arrius obseruasset, nunquam profectò SCRIPTVRAM dicentem, [Pater maior me est] ita esset interpretatus, vt filium Patre inferiorem, diceret, vt potè, qui ex Regula fidei, ab ecclesia tradita, vtriusque æqualitatem discernere debuisset, Nec Montanus CHRISTI dictum, [Multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo, cum autem venerit spiritus veritatis docebit vos omnè veritatem.] in seipsum contra fidei Regulam impiè deflexisset, Nec Lutherus (vt ad nostri seculi hæreticos descendamus) APOSTOLI dicta, [Iustus ex fide viuet,] & [Corde creditur ad iustitiam] & [Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam,] In contrarios Regulæ de sacramentis, & operibus sensus nefariè cõtorsisset, Nec sacramentarij, [Hoc est corpus meum,] de panis veritate, & corporis Christi significatione perperam intellexissent. Nullus deniquè hæreticorum ad fidei Regulam, in Ecclesia seruatam, oculos adijciens prauas

1. Cor. 12.

10. 14.

10. 16.

Heb. 10.
Rom. 10.
Rom. 4.

Math. 26.

70 DE OBSC. ET INTERP. SCRIP.

Cur & quo modo sit Ecclesia interpretata cōsulenda.

Tit. de sens. scrip. sac. c. 18.

Martinus Peresius de trad. allier. 4.

Melchior cano. de locis Theol. & cæteri. Tit. de sens. scrip. sac. c. 3.

scripturarum interpretationes ab eadem abhorrentes vnquam potuissent. Quoniam autem Regulæ istæ (vt iam pridem diximus) ab Apostolis traditæ in Ecclesia custodiuntur, & integerrime asseruantur; ideo oportet Ecclesiam ipsam in scripturis interpretandis cōsulere, non quidem vt sensus omnes (quod multi putant) inde hauriamus, sed vt regulas potius accipiamus, quibus, cum opus fuerit, interpretationes singulas metiamur, neque propterea hoc loco debemus (quod nos stri solent) cum hæreticis ipsis de spiritu priuato, & publico pugnare, cum Spiritus sanctus publicus priuato, vel priuatus publico nõ repugnet, sed ambo inter se optime consentiãt, & verũ vero sit semper cōsonũ, liceatq; & semper licuerit singulis Theologis nouos scripturæ sensus proferre, (vt abunde nos de Scripturæ sensibus agentes demonstraui) quamuis fidei dogmata definire, & fidelibus legitime exponere, ad solam pertineat Ecclesiam, quod quidem nostrorum plurimi accuratissimè, & optime hoc loco demonstrant, quo tamen labore de interpretatione agentes illi superfedere potuissent, nec singulis fidelibus, Spiritu sancto concitatis, interpretationem Scripturarum denegare debuissent, sicut ipsi interpretes fidei definitiones sibi arrogare nec debent, nec possunt, quas ab Ecclesia ad interpretationes dirigendas, metiendas, & diiudicandas, eosdem accipere oportet, in hoc enim publicum magisterium necessario requiritur (vt opportuno loco demonstrabimus) in eo autem priuatum sufficit Spiritus sancti donum (vt paulò ante exposuimus.) His itaque regulis interpretationes rite diiudicabimus, & an ex Spiritu sancto illa sint sine errore cognoscemus, Ecclesia autem magistra eiusmodi regulas discemus, & veras interpretationes à falsis discernemus. A qua tamen Ecclesia non solum ipsas regulas accipiemus, sed plures præterea (quamuis non omnes) veros, propheticos, & apostolicos sensus, ipsa tradente, excipiemus, Concilijs, Decretis, cæterisque publicis monumentis cō-

gnatos,

gnatos, vel eiusdem Ecclesiæ publicis ritibus cōmonstratos, (vt iam pridem scripturæ sensus tractantes explicauimus) Quare nõ inscitè illi opinabantur, qui Ecclesiã à scripturarũ interprete consulendã asserebãt, si tamẽ ipsorũ assertio ea, qua nos exposuimus, ratione intelligatur, vt Patres ipsi (ni fallimur) constanter intellexerunt, & de eadem nos diligenter admonuerunt. Quorum etiam Patrum, & tractatorum monumenta ipsa sunt diligenter inspicienda, & consulenda, quia tum regulas fidei, & Charitatis, (quæ sunt interpretandi normæ) ipsi fusè explicant, atque scriptura, ratione, ac testimonio confirmant, tum plurimos propheticos, & apostolicos sensus concordie cōfensione demonstrant, (quod aliàs non explicauimus) tum verò innumeros appositos, doctos, graues, & maximè fructuosos sēsus, ab ipsis excogitados, iidẽ tradũt, quibus fides, & charitas ædificatur, alitur, ac firmatur, fideles omnes iuuantur, docentur, oblectantur, interpretationis autem dono carentes homines, ab illis excogitados ac palam traditos eiusmodi sensus percipientes, interpretatas scripturas intelligunt, quas ipsi, Diuino auxilio destituti, interpretari, & congruentes sensus ex illis promere non valent. Non temerè igitur dicemus Patres quoque ipsos esse consulendos, atque in illorum scriptis volutandum ei esse, qui scripturæ sensus intelligentia percipere concupiscat. Ad cuius interpretationis vtilitatem, facilitatem, & commodum his omnibus præterea esse tum linguarum peritiã adiungendã, tum Philosophiæ, Historiæ, atque liberalium artium omnium ornamenta, & adiumenta adhibenda negare non debemus, (vt opportunis locis de horum omnium & singulorum vsu agentes fusè demonstraui) Scripturam autem se ipsam frequenter explicare, atque Propheticos & Apostolicos ipsos sensus palam indicare, tum ab eiusdem assertionis patris demonstratur, tum vsu ipso & experientia comprobatur, tum verò Catholicorum, atque hæreticorum omnium cō-

K 2 sensu

Tit. de sens. scrip. sac. c. 18.

Cur, & quo modo sine cōsulendi. Patres.

Tit. de sens. scrip. sac. c. 18.

Quod linguarum, & externarũ scientiarum cognitio sit interpretationi commoda.

Scripturam se ipsa interpretari posse.

sensu liberè conceditur, Quomodo autem sit illa se ipsa interpretanda mox inquirentès cognoscemus, quo explicato, & constituto, Regulas, rationes, & modos omnes habebimus, quibus Scripturæ interpretationes excogitari, discerni, & piè, ac sine errore dijudicari possint, Quod quidem, singulari Dei auxilio freti, inquirendum proposuimus, Quæ autè breuiter perfringentes diximus, is commodè, & facilè percipiet, & Patribus consentanea esse cognoscet. Qui tractationem nostram, De scripturæ sacræ sensibus, cum hac disputatione coniungere non recusabit.

Fit. de sens.
scrip. sacræ.

Quomodo Scriptura sacra sit se ipsa interpretanda, & quæ in huiusmodi interpretatione sint obseruanda. Cap. XVI.

Scripturam quidem se ipsam interpretari iam liberè concessimus, nec tamen eam sibi solam sufficere, vel totam integrè se ipsa exponi posse affirmauimus. Quomodo autem sit illa ritè se ipsa interpretanda, nunc operæpretium erit diligenter inquirere, id enim nec omnes norunt, nec multi facilè inueniunt, etsi eius notitia habeat ad scripturam interpretandam momentum maximum. Tria itaque in scriptura nobis obuia fiunt, quæ in ea, se ipsa interpretanda, omnino obseruemus, quid verò præter ea animaduertamus vix cernere, vel etiam suspicari possumus. Quicquid enim huiusmodi interpretationem iuuare potest, necesse profectò est vt vel in eam et particula speciatim insit, quam interpretandam susceperimus, vel ex alia scripturæ particula sumptum collatione aliqua eidem coniungatur, vel toti scripturæ quomodolibet congruens in ipsius particulam interpretandam nominatim accommodetur. Inquirentibus autem nobis, & omni acie ingenij contemplantibus quot, & quæ singulis scripturæ particulis

culis insint, ostendunt se & occurrunt quinque. Persona scilicet loquens, scribentis vel loquentis intentio, Res & verba, Rerum & verborum ordo & series, Scripturæ tempus & externæ circumstantiæ. Primum enim ad efficiens, secundum ad finem, tertium ad materiam, quartum ad formam, quintum ad externa pertinet, Quorum aliqua inter se specie disiuncta, cum in eodem genere causæ coniungantur, atque iisdem sint regulis metiendæ, quasi pro eodem non temerè nunc accipimus. Quæ verò aliunde accepta in propositæ scripturæ interpretationem accommodantur ea vel idem clarius exprimunt, vel eidem antecedens aut consequens, vel cõtrarium aliquid explicant, eiusmodi nanque esse oportet quæcunque, cum loco scripturæ obscuro collata, illum aperire valeant. Tertium deniquè genus illud erat, quod, vniuersa scripturæ cõgruens, singulis particulis variè tribuitur, huius verò generis sunt scripturæ idiomata, & loquendi mores eidem familiares, numero quidem non pauci, pondere autem grauissimi, quos notos & perspectos habere eiusdem interpretem oportet, id enim admonens AUGUSTINVS dicebat. [Tum verò facta familiaritate cum ipsa lingua diuinarum scripturarum, in ea, quæ obscura sunt, aperienda & discutienda pergendum est.] ET rursum, [Multa autem, in scripturis sanctis obscura, cognito locutionis genere dilucescunt, propter quod cognoscenda sunt eadem genera locutionum vbi sententiæ patent, vt etiã, vbi latent, cognitio ipsa succurrat, easque intentioni legentis aperiat.] Id ipsum verò multò antea animaduertenterat ORIGENES, qui ait, [Nec talis est scriptura, vt eam stultus quispiã aut præstigiator explanare, aut arbitrio suo torquere valeat, sed solus quicumque verè sapiens in Christo est, totam seriè occultioris prophetiæ perceperit, spiritualia cum spiritualibus conferens, & consuatis Scripturæ locutionibus astruens singula.] Quod quidem pulchra similitudine expressit CHRYSOSTOMVS dicens, [Qui metalla fodere aggreditur, artis ignarus,

De Doctr.
Chri. lib. 2.

lib. 2. Retr.
cap. 54.

Contra cel-
sum lib. 7.

In Euangeli-
o. hom. 39

ignarus, auri venas non inuenit, sed confunditur & laborem subit incassum, ita qui diuinarum scripturarum ordinem non intelligunt, qui earum proprietates, qui leges nō disquirunt, sed omnia ad verborum sensum accipiunt, aurum terræ confundentes, nunquam reconditum in his Thesaurum assequuntur,] Eiusmodi itaque locutionum genera, & Scripturæ (vt dicunt) idiomatica notari & perspecta habere in primis eū oportet, qui illam se ipsa interpretari concupiscat, De illis itaque, vt potè communibus, mox agemus, quibus explicatis ad propria nos conuertemus, & quomodo obscurus Scripturæ locus, tum ex eiusdem inspectione, tum verò ex consimilium collatione rectè explicari possit accuratè inquiremus, Primum autem quibusdam regulis strictim traditis absolue- mus, quas Scripturarum assidua lectione obseruauimus, & Patrum notatione confirmatas nouimus.

Regula illa traduntur de Sacra scriptura vario & familiari loquendi usu, quarum notitia ad eandem Scripturam interpretandam momentum habere deprehenditur. Cap. XVII.

REGVLA I. SCRIPTURA varijs linguis exarata, earum proprietates seruat, atque aliarum præterea linguarum vocabula, & phrasas aliquando vsurpat.

Exemplum EXEMPLA Hæbraicæ, Caldaicæ, & Græcæ linguæ ita sunt omnibus nota & perspecta, vt illa proferre necesse non habeamus, Syriacæ exemplum sit [Mammona] quod latinè diuitias sonat, & [Sapharad] quod terminum significat, vt de usu linguarū Theologo opportuno agētes fusè demonstrauimus.

Testimonium. Testimonio est HIERONYMVS qui ait, [Consuetudinis Prophetarum est, quādo loquuntur contra Babilonem, Ammonitas, Moabitias, Philistia & cæteras nationes, multis ser- monibus

monibus linguæ eorum abuti, & seruare idiomatica prouinciarum,] Idemque de libro Iob à se in latinum conuerso dicebat [Hæc autem translatio nullum de veteribus sequitur interpretem, sed ex ipso Hæbraico, Arabicoque sermone, & interdum Syro, nunc verba, nunc sensus, nunc simul vtrumque resonabit.]

GRAMMATICÆ Regulis non astringitur.

Exempla, ac testimonia aliquot paulò antè protulimus, cum scripturæ obscuritatem ex ipsius forma demonstrauimus, & plura etiam attulimus, dum Grammaticæ usum Theologo opportunum explicauimus, nec tamen testimonia quædam hic repetere recusabimus. Hieronymus de Paulo Apostolo dicebat [Iste igitur, qui solæcismos in verbis facit, qui non potest hyperbaton reddere sententiamque concludere, audacter sibi vendicat sapientiam.] Theodoretus [Cum vidē t homines barbaro sermone vsos superasse leporem Græcæ elocutionis comptiloquosque illos suos auctores prorsus iam eliminatos fuisse, piscatorūque solæcismis dissolutos atticos syllogismos.] Gregorius [Indignum vehementer existimo, vt verba cælestis oraculi restringā sub regulis donati.]

TROPIS omnibus vitur, quoscunque in scriptoribus prophanis inuentos Grammatici & Rhetores obseruant.

Vt Metaphora [Montes exultabunt vt Arietes, & colles sicut agni ouium.] & [Quomodo si nascatur spina in manu temulentii.] & Nemo mittens manum ad aratrum, & respiciens retro aptus est Regno Dei.]

THEODORETVS [Oportebat eos considerare hunc esse etiam in veteri testamento diuinæ scripturæ morem, vt multa figurate dicat, & sub alijs vocabulis alia significet.] CYRILLVS ALEXANDRINVS [Nam scriptura diuinitus inspirata nominibus figurate vitur, & quasi

meta-

Præfat. in Iob.

REGVLA 2. Exemplum

Testimonium in Ep. Eph. cap 2

De Natura hominis.

Ep. 1. mor.

REGVLA 3.

Exemplum: Psal. 112. Prouer. 16. Luc 9.

Testimonium in cæt. cant.

In Isa li. 5. Or. 2.

metaphoricè, nam in rebus, quæ animabus carent, imò quæ nec in ordine ac serie animalium numerantur, perinde quasi hoc verè essent.]

Exemplum
Psal. 7.
Gen. 6.
Vt Synecdoche [Beatur vir qui non abiit in consilio impiorum.] Feminam enim complectitur, & [Delebo hominem quem creavi] significat etiam Reptilia & Volatilia, cum dicat [ab homine vsquè ad animantia, à reptili vsque ad volucres coeli.]

Testimoniū
Ep. 99.
3. Mor. cap.
101.
AVGVSTINVS [Scripturæ mos est ita loqui de parte tanquam de toto,] & GREGORIUS [scriptura sæpe totum pro parte, & partem pro toto ponere consuevit.]

Exemplum
Gen. 13.
Iob. c. vitium.
Vt Hyperbole [faciamquè semen tuum sicut puluerem terræ] & [sunt autem & alia multa, quæ fecit Iesus, quæ si scribantur per singula nec ipsum arbitror Mundum capere posse eos, qui scribendi sunt, libros.]

Testimoniū
15. de Ciui.
Deic. 21.
Quod obseruans AVGVSTINVS ait [ea locutione dictum est quam Græci dicunt Hyperbolem, quæ utique tropica est, non propria, quo tamen modo, vt cæteris tropis vti solere scripturam nullus, qui eam didicit, ambigit.]

Exemplum
Psal. 113.
Isa. 23.
Vt Profopopeia [Mare vidit & fugit] & [erubescere Sydon, ait enim mare fortitudo maris, dicens non parturiui] cæteris quoque tropis omnibus frequentissime vitur.

Testimoniū
3. de doct.
christ. 29.
Ibidem.
Vt notat AVGVSTINVS dicens [Istorum troporum non solum exempla sunt omnium, sed quorundam etiam nomina in Diuinis libris leguntur, sicut Allegoria, Aenigma, & Parabola] ET rursum, [sciant autem litterati modis omnibus locutionis, quos grammatici græco nomine tropos vocant, auctores nostros vsos fuisse.]

REGVLA
4.
Amos 6.
lib 4. de
Doct. Chri.
cap. 4.
TROPIS præterea vitur, qui Grammaticis & Rhetoricis ipsis sunt inauditi,
Exemplum ex Amos Propheta, & testimonium ex Augustino paulo ante protulimus, obscuritatis causas in scriptura in-

ra inuestigantes.

NON solum verbis, sed factis etiam loquitur.

Vt [sicut Moyès exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis] & [sicut enim fuit Ionas in ventriæ ceti tribus diebus & tribus noctibus. sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus]

GREGORIUS primus, [in scriptura enim sacra iusti viri non solum quod dicunt Prophetia est, sed etiam plerunque quod agunt.]

REGVLA
V.
Exemplum
Iob. 3.
Matth. 12.

Testimonium.
In 31. cap.
Iob. c. 13.

PRÆTER litteralè sensum alios quoque sensus cõplectitur.

Hæc regula adeo firmata est, ex testimonis, & exéplis, quæ cumulatè protulimus, dum scripturæ sacre sensus explicauimus, vt iam pateat, & nulla egeat confirmatione.

REGVLA
VI.

Tit. de sen.
scri. sac. cap.
7:8.

PLVRES Tum eiusdem, cum diuersarum specierum veros & germanos sensus eisdem verbis continet.

Exempla cuius in Scripturis obuia sunt, quorum aliquot nos protulimus dum scripturæ sensus examinauimus.

Testimonijs plurimis sanctorum patrum id ipsum confirmauimus dum ageremus de scripturæ sensibus, ad quam disputationem nunc lectorem allegamus.

REGVLA
VII.

Exemplum
Tit. de sensib.
scri. sac. c. 8.

Testimonium.
De sensibus
scri. sac.

AB vno sensu ad alium frequenter, & tacitè transit.

Vt [nonne vos dicitis, quòd aduc quatuor menses sunt & messis venit? ecce dico vobis leuate oculos vestros & videte regiones, quia albæ sunt iam ad messem.] & [Da mihi bibere] in sensu litterali, à quo ad spirituale tacitè se cõuertens dixit [omnis, qui bibit ex aqua hac,] & [filia tua mortua est,] in litterali scilicet sensu, in spiritali autè, [Puella non est mortua, sed dormit] hic vero loquendi mos adeò

REGVLA
VIII.

Exemplum
Iob. 4.
Ibidem.

Mat. 5.

L notus

notus est, & scripturis familiaris, ut patrum testimonijs confirmari non egeat.

REGVLA PLVRES loquentes personas inducit, illasquè tacite conuertit.

Exemplum

Pfal. 119.
Ibidem

Vt [Domine libera animam meam à labijs iniquis & à lingua dolosa] supplex persona enunciat, quæ vero appellata est, tacita conuersione facta, respondet. [Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam?] atquè huiusmodi personarum tacita conuersione totum refertum est canticum canticorum.

Testimonium.
Philocaliz
6.7.

ORIGENES [Non percipienti distinctionē personarū diuinæ scripturæ, cū loquentiū tū auscultantiū, oratio multā præbet confusionem, dum quærit quænam persona loquatur, quænam audiat. Ac interdū persona loquens abiit, cum sapè altera ad quam fit sermo seruetur, & retineatur, & alià ad eandem loquatur, aut contra manet persona loquens, cum ea ad quam erat sermo, non amplius audiat, sed tertia quædam excipiat. Interdum ambæ mutantur, tam loquens, quàm eloquium excipiens, aut, si adhuc ambæ manent, non apertè videntur manere. Quid autem attinet exempla requirere singulorum cum Prophetæ omnino istorum differentia sint pleni, quæ etiam causa est non vulgaris, cur obscuritas dictorum non sit distincta.] AVGVSTINVS [mutationes personarū repētinae & omnino ex improviso inueniuntur in scripturis]

In Psal. 44.
In Isa. c. 21.

HIERONYMVS, [Propheta ideo obscuri sunt, quia personæ in his plurimæ commutantur.

REGVLA X.

Exemplum
Gen. c. 37.
Ione. 2.

PRÆTERITA narrans futura præmonstrat.

Vt de Ioseph narrat. [Vendiderunt eum Ismahelitis triginta argenteis] & de æneo serpente, [Posuit eum pro signo.] & de Iona, [erat in ventre piscis tribus diebus, & tribus noctibus]

tribus] Quæ omnia Christi venditionem, crucem, & sepulturam præmonstrasse scripturæ ipsæ testantur.

AVGVSTINVS [ipsa scriptura sacra, quæ per ordinem Reges, eorumquè facta & euenta digerens, videtur tanquam historica diligentia rebus gestis occupata esse narrandis, si adiuuante Dei spiritu considerata tractetur, vel magis, vel certe non minus prænunciandis futuris, quàm præteritis enunciandis inuenietur intenta.] GREGORIUS [sic scit præterita dicere, ut eo ipso nouerit futura prædicere, & non immutato dicendi ordine eisdem ipsis sermonibus nouit & antea facta describere, & agenda nunciare.

Testimonium
17. de Ciu.
Dei c. 1.

Mor. li. 20.

SCRIPTVM aliquid esse dicit, quod tamen scriptum non legitur, sed quomodolibet indicatum.

REGVLA XI.

Exemplum, & testimonium habentur coniunctim in CHRYSOSTOMO dicente. [Sed sicut scriptum est, Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus, ijs qui diligunt illud; & quoniam in loco hæc scripta sunt? dicitur aliquid scriptum esse, cū non verbis, sed re ippositum sit, quemadmodum in historijs, vel cum eadem scripta sit sententia quamuis non iisdem verbis, ut in hoc loco, si quidem cum dicitur, quibus non annunciatum est de eo, videbunt, & quod non audierunt, intelligent, hoc ipsum significat, & illud, Quæ oculus non vidit, nec auris audiuit.] ET rursum [Quemadmodum scriptum est, inquit, factus est primus Adam in animam viuentem, extremus in spiritum viuificantem, tamen si illud est scriptum quidem, hoc non est, transtulit tamen ab ipso rerum euentu, quod ferè solet, quæ etiã Prophetis est consuetudo, Iustitiæ Ciuitatem vocatam Hierusalem Propheta dicit, nec est vocata tamen. Quid ergo? mentitus est Propheta? nequaquam, sed rerum euentum notauit, Christum item Emanuel, quod ne ipsum quidem con-

Exemplum
& testimonium in Epist. ad cor. 1. hom. 7.

In Epist. ad Corin. ho. 41.

tigit, sed tamen res ipsæ voces has mittunt. Eodem hic pacto, extremus Adam in spiritum viuificantem, hæc eò dicit quia vtriusque vitæ symbola, pignoraque præterierunt. præsentis quidem Adam, futuri vero Christus, quia enim vera bona in spe nostra posita sunt, ipsum principium bonorum præterijisse, fontem & radicem comparuisse docet, quod si fons, si radix nota omnibus est, de fructu dubitari non potest, unde extremus inquit Adam in spiritum viuificantem, & alibi, viuificabit, inquit, mortalia corpora nostra, per spiritum ipsius nos inhabitantem.]

Sequuntur **TICONII** Regulæ, qui primus legitur interpretæ scripturæ regulas tradidisse, quas cōscribens ille dicebat. [Necessariū duxi ante omnia, quæ mihi videntur, libellū regularū scribere, & secretorū legis veluti clauēs & luminaria fabricare] quæ libellū comprobans **AVGVSTINVS** ait, [Liber iste legatur à studiosis quia plurimū adiuuat ad scripturas intelligendas.] **ACRURSUM** de iisdem scriptis dicebat. [Quæ cōsiderata, vt ab ipso aperiuntur, non parum adiuuant ad pene tranda, quæ recta sunt diuinorum eloquiorum.] Cum itaque huiusmodi regulæ ab Augustino comprobentur, ac perutilēs comperiantur, vt potè quæ plurima & maxima completantur, erunt singulæ ordine recensendæ, & breuiter recitandæ.

REGVLA XII. **DE** Christo capite, atque eius corpore Ecclesia ita loquitur, vt non solum multa ad ipsorum alterum, vel vtrumque referat, sed illa duo etiam vel coniungat, vel conferat, vel ab vno ad alterum tacitè orationem conuertat, quasi de vna & eadem persona loquatur.

Exemplum
Ila. 61. Vt [sicut sponso imposuit mihi mitram, & sicut sponsam ornauit me ornamento.]

Testimoniū Testimonia non proferemus cum sit singulis testimonio Augustinus illas comprobans.

DE corpore Christi, quod est Ecclesia, ita loquitur, vt duplex illud indicet, verum scilicet, & apparens, quod ex prædestinatis ac reprobis est permixtum, vtrumque tamen quando què ira coniungit vt de eodem loqui videatur.

Vt [fusca sum & speciosa, vt tabernacula cedar, vt pelles Salomonis] & [Ducam cæcos in uiam, quam non nouerunt, & semitas, quas non nouerunt calcabunt, & faciam illis tenebras in lucem, & praua in directum, hæc verba faciam, vt non derelinquam eos,] idest prædestinatos, de reprobis deinde sequitur [ipsi autem conuersi sunt retrorsum.]

PROMISSA & legem, spiritum scilicet, & litteram vel gratiam & mandatum, eodem sermone sapius coniungit, & inuoluit, & ab vno ad aliud tacitè transit, Exemplum sunt omnibus nota.

ASPECIE, & parte ad genus, & totum, à toto & genere, ad partem & speciem transit, atque oratione vtrumque coniungit.

Vt de Domo Israël, [Domus Israël habitauit in terra & polluerunt illam in via sua, & in Idolis suis & peccatis suis secundum immunditiam menstruata facta est via eorum ante faciem meam, & effudi iram meam super eos, & dispersi illos inter nationes & ventilauit eos in regiones secundum vias eorum, & secundum peccata eorum iudicaui eos.] à Domo autem Israel ad vniuersos fideles mox orationem suam tacitè conuertens, [Et sanctificabo nomen meum sanctum illud magnum, quod pollutum est inter nationes, quod polluitis in medio earum, & scient gentes quia ego sum Dominus, & dum sanctificabor in vobis ante oculos eorum & accipiam vos de gentibus & congregabo vos lex omnibus terris & inducam vos in terram vestram, & aspergam vos aqua munda.]

REGVLA IN temporibus notandis syncedoche & legitimis numeris
XVI. frequenter vitur.

Exemplum Vt in Domini transfiguratione discrepantia videtur inter
Lucam & Matthæum, cum vnus sex, alter octo dierum spa-
tium notet, quæ tamen tollitur totos duos dies pro eorum
particulis accipiendo, quas vnus Euangelista quasi terminos
includit, alter solos integros dies numerauit, atque in resur-
rectione pariter tres dies numerantur duorum particulis pro
integris diebus acceptis legitimos autem numeros Ticonius
appellabat, quos etsi definitos, pro vniuerso tamen tempore
accipere scriptura consuevit. Vt [Septies in die laudem di-
xi tibi.] & [Non dico tibi vsque septies, sed vsque septua-
gies septies.]

Psal. 118.
Matth. 18.

REGVLA QVÆ prius narranda erant, posterioribus ordine præ-
XVII. postero adscribit. Hanc vocat Ticonius Recapitulationem.

Exemplum Vt [Plantauit Dominus Deus Paradisum in Edem ad Oriē-
Gen. 2. tem & posuit ibi hominem, quem formauit,] Quibus verbis
Ibidem. hæc adscripsit [Et produxit Deus adhuc de terra omne lignū
speciosum, & bonum in escam.] Quod quidem plantatio-
nem paradisi, & hominis in eum ingressionem antecesserat,
atque in eodem Genesi, [Hi filij Cham in cognationibus &
Gen. 10. linguis suis. [& nonnullis interiectis, [Erat autem terra labij
vnius, & sermonum eorumdem] quod linguarum multitudi-
nem cum præcefferit, posteriore recapitulatione, quasi præ-
Gen. 11. termisum, narratur.

REGVLA DE Diabolo capite, & ecclesia malignantium eius cor-
XVIII. pore, ita loquitur, vt in eadem oratione vtrumque coniun-
gat, & ab vno ad alterum tacitè transeat.

Exemplum Vt [quomodo cecidisti de cælo lucifer, qui mane orieba-
Isa. 14. ris?] de Diabolo quidem hæc verba profert, deinde vero quæ-
dã adscribit, quæ ad illius corpus, alia etiam, quæ ad ipsummet
perti-

pertineat, quæ omnia indiscriminatim permiscet. Has autè se-
prè regulas à se traditas Ticonius ipse aded magnifaciebat, vt
de illis dicere nõ sit veritus, referente AVGVSTINO, [sunt
quædã mysticæ Regulæ, quæ vniuersæ legis recessus obtinent,
& veritatis Thesauros aliquibus inuisibiles faciunt, quarū si ra-
tio regularum, sine inuidia, vt communicamus, accepta fue-
rit, clausa quæque patefient, & obscura dilucidabuntur, vt
quisque Prophetiæ immensam siluam perambulans, his regu-
lis quodammodo, quasi lucis tramitibus, deductus, ab er-
rore defendatur.] Quas tamen id totum præstare AVGV-
STINVS non fatetur dicens, [Hic si dixisset, sunt enim quæ-
dam Regulæ mysticæ, quæ nonnullos legis recessus obtinent,
non autem, (quod ait) vniuersæ legis recessus, neque dixisset
clausa quæque patefient, sed clausa multa patefient, ve-
rum dixisset,] atque iccirco ipse concludit, [Nec tamen om-
nia, quæ ita scripta sunt, vt non facilè intelligantur, possunt
his regulis inueniri, sed alijs modis pluribus,] cuius senten-
tiam, rationi & veritati consonam nos amplectentes, tum ali-
quot præterea regulas iam tradidimus, tum plures etiam
mox adiungemus viles (ni fallimur) ac necessarias ad scri-
pturam ritè interpretandam.

3. de doct.
christ. c. 38.

Ibidem.

Ibidem.

DE Christo loquitur, vt Deo, & homine, varia illi tribuens, REGVLA
& quæ natura disiuncta sunt, verbis aliquando coniungens. XIX.

Exemplum Vt [sicut Pater habet vitam à semetipso, sic dedit filio
habere vitam in semetipso, & potestatem dedit ei iudicium
facere, quia filius hominis est.] priora enim ad Christum
Deum, posteriora ad Christum hominem pertinent Quod
non obseruantes Hæretici in perniciosissimas hæreses turpissi-
sime lapsi sunt, id vero animaduertens CYRILLVS ALEXAN-
DRINVS atque iccirco Hæreticos ipsos, iure reprehendens
ait [Exinaniuit enim semetipsum Verbum voluntariè, & fa-
ctum est subditum Patri vsque ad mortem, quando igitur
ex his

Testimo-
nium.

Ad Reginas
de recta fi-
de.

ex his quæ dispensatiuè vel facta sunt, vel dicta propter carnem & humanitatem, extolluntur quidam contra cognitionem filij dicentes non esse Deum verum & filium secundum naturam eum qui humana forma, tunc omnem celsitudinem, extollentem se demolierimur, si subuerterimus opiniones, quas illi sentire voluerunt, & accommodauerimus omnem sensum ad dispensationem obedientiæ, filium enim, factum in mensuris humanitatis, decebat humana non auerfari.]

REGVLA XX. CHRISTO multa tribuit nunc singulas eius naturas, nunc ambas & personam ipsam complectens.

Exemplum Liber Euangeliorum eiusmodi exemplis redundat, quæ facile notabit, quisquis hanc Regulam obseruabit.

Testimonium. 1. Periarck. cap. 6. De verbis Domini secundum Math. ser. 11. ORIGENES [Propter incarnationis sacramentum per omnem scripturam tam diuina natura hominis vocabulis appellatur, quæ humana diuinæ naturæ nūcupationis insignibus decoratur.] AVGVSTINVS [Scripturæ sacræ Christo interdum attribuit quæ diuinitati peculiariter competant, nonnunquam quæ vtramque naturam complectantur, neutri seorsum satis conueniant.]

REGVLA XXI. DE duplici aduentu Christi, quasi de eodem, aliquando loquitur, & ab vno ad alium tacitè transit.

Exemplum Malach. 3. Ibidem. Ibidem. Isa. vlt. Zach. 11. Testimonium. Vt [Ecce ego mittam Angelum meum & præparabit viam ante faciem meam] deinde etiam de seipso in tertia persona, loquens ait, [& statim veniet ad templum suum dominator, quem vos quæritis, & Angelus testamenti, quem vos vultis, & quis poterit cogitare diem aduentus eius? & quis stabit ad videndum eum?] inde tacitè transit ad secundum aduentum inquiring. [& accedam ad vos in iudicio, & ero testis velox maleficis adulteris,] similiter apud Isaiam & Zacchariam, & alios Prophetas frequenter, quod quidem cæci ludæi non animaduertunt, ea propter de illis IRENEVS dicebat. [Iudicat Iudæos

dæos Deus neque cognoscentes, neque intelligere volentes quòd Prophetæ duos annunciauerunt Christi aduentus.] 4. aduer. hær. c. 56.

DEFINITIS numeris indefinitam, vel integram, vel vniuersam rerum multitudinem designat.

REGVLA XXII. Exemplum Vt [Audiui numerum signatorum centum quadraginta quatuor millia signati ex omni tribu filiorum Israel.] ET [Sedebitis & vos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel.] AVGVSTINVS [Sicut decem per decem centum sunt, & duodecim pro duodecim, centum quadraginta quatuor, quo numero significatur vniuersitas sanctorum in Apocalypsi.] Et rursus [Duodecim ergo sedes quid sibi velint videamus, sacramentum est cuiusdam vniuersitatis.] Apoc. 7. Math. 19. testimonium 3. de doct. Christ. c. 35. Iu Psal. 86.

ALIQVANDO ex communi quadam hominum opinione potius, vel singulari etiam Auditorum sententia loquitur, quàm ad veritatem enunciet.

REGVLA XXIII. Exemplum Vt cum Ioseph dicitur Pater Domini. [Ecce Pater tuus & ego dolentes quærebamus te,] & de Herode dictum, est. [& contristatus est Rex.] Luc. 2. Mar. 6.

Hoc obseruauit frequenter HIERONYMVS, qui ait [Scriptura non rarè iuxta vulgi opinionem loquitur] Et rursus [consuetudinis scripturarum est, vt opinionem multorum sic narret Historicus, quomodo eo tempore ab omnibus credebatur.] Et alio in loco [opinionem vulgi, vt historiæ lex est, sæpè exprimunt scripturæ] APER- testimoniū In Osee. 5 In Matth. 14. In Psal. 48. TISSIME verò illud asserit & confirmat, cum ait, [Nunc illud in causa est, quod ex opinione vulgi sumptum putamus exemplum, vt quomodo tenera ætas noceri dicitur fascino, Sic etiam Galatæ, in Christi fide nuper nati, & nutriti lacte, & non solido cibo, veluti quodam fascino sint nociti, & stomacho fidei nauseante spiritus sancti cibum euomuerint. Quòd si aliquis contradicit, exponat quomodo de communi opinione sit sumptum, Vallis Titanorum in Regnorum li-

in Pſal. 48. **bris, Sirenæ, & Onocentauri in Iſaia, Arcturus, & Orion, & Pleiades in Iob, & cetera his ſimilia, quæ utiq̃ue vocabula gentilium fabularum, & cauſas, & origines habent.] idem etiã notauit Baſilius & alij plerique.**

Exemplum **Ex ſingulari autem Auditorum ſententia loquitur, cum ait, [ſi ego testimonium perhibeo de me ipſo, testimonium meum non eſt verum] contrarium enim ad veritatẽ loquens dicebat, [etſi ego testimonium perhibeo de me ipſo verum eſt testimonium meum,] Et [ego de me ipſo non ſum locutus.] ad veritatem autem dicebat, [Audiftis quia dictum eſt antiquis, non machaberis, ego autem dico.] & ſæpius idem repetit in diuerſis mandatis quia ſideli auditori loquebatur.**

Io. 8. Io. 12. **Quæ obſeruans CHRYSOSTOMVS dicebat. [ſicut ergo ſermonem noſtrum ſuperius adſtruximus, cum de mente Apoſtoli reſponderemus quòd non omnia ut dogmata prædicarint Apoſtoli, ſed alia quædam ut dogmata, alia iuxta diſpenſationem propoſita ſunt, id quod & apud fontem veritatis Dominum Apoſtolorum & Prophetarum inuenio, quod non ſemper ad dignitatem ſuam, iuxta dogmatum ſcilicet veritatem locutus ſit, ſed diſpenſatione quadam pro infirmitate Populi, nonnunquam ſe ſubmiſerit.]**

REGVLA **REM** immutatam priſtino nomine frequenter appellat.

XXIII. **Vt [in domo Simonis leproſi] qui tamen ſanus erat, & [Thomas & Mattheus publicanus.] qui iam erat Apoſtolus.**

Exemplum **HIERONYMVS, [In ſcriptura aliquando mutata re priſtinum nomen permanet.] & CHRYSOSTOMVS [Nomen priſtinum remanet, ut virtus appareat Saluatoris.]**

Matth. 26. Matth. 10. **TESTIMONIUM** **VIVI** hominis nomine, alterius naſciturum nomen aliquando præmonſtrat.

In Matth. 26. I. Mar. hom. 24. **REGVLA** **XXV.** **Exemplum** **Quo duce Iudæi in promiſſam regionem ingreſſi ſunt, iſ Ieſus dicebatur, quo nomine Chriſtus Ieſus naſciturus præmonſtra-**

monſtrabatur, eo enim duce ſidelis populus cœlum aſcendit. **CHRYSOSTOMVS [quia incredibilia erant, quæ propoſebantur futura, etiam nominum præceſſerunt figuræ, ut porrò antè omnis ex inuidia nouitatis tumultus oriturus extingueretur.]** **Testimoniũ**

SCRIPTORES canonici de ſe ipſis ita ſcribunt, ac ſi de alio homine loquerentur.

REGVLA **XXVI.** **Exemplum** **Matth. 4. Num. 12** **Vt [vidit hominem ſedentem in Telonio Mattheum nomine.] qui tamen idem Euangelium ſcribebat, & Moyſes de ſe ipſo, [erat Moyſes vir mitiſſimus.]**

GREGORIUS [moris ſcripturæ ſanctæ eſt ut ipſi, qui ſcribunt, ſic de ſe in illa, quaſi de alijs loquantur.] Idem Auguſtinus & alij obſeruarunt.

REGVLA **XXVII.** **Exemplum** **Leuit. 10. Matth. 6. Io. 17** **Quod** eſt, dum eſt, fieri dicit ſcriptura, quia tunc innotescit. **Vt [Sãctificabor in ijs qui appropinquant mihi.] id eſt ſanctus cognoſcar, & [ſanctificetur nomen tuum] id eſt pro ſancto habeatur, & [Pater clarifica filium tuum.] hoc eſt eius poteſtatem & gloriam hominibus oſtende.**

AVGVSTINVS [plerunque ſcriptura ſic loquitur, ut quod ſemper eſt, tunc fieri dicatur ab aliquo, cum in eo cognoſci cæperit.] **Testimoniũ** **83. quaest. quaest. 69.**

REGVLA **XXVIII.** **DIFFICILE**, vel etiam impoſſibile nonnunquam illud dicit, quod rariffimum eſt.

REGVLA **XXIX.** **Exemplum** **Matth. 19. Ibidem** **Vt [Amen dico vobis, quia diues difficile intrabit in Regnum cœlorum.] quod impoſſibile dici, hæc quæ ſequuntur verba declarant. [facilius eſt Camelum per foramen acus trãſire, quàm diuitem intrare in Regnum cœlorum.] Abraham tamen, Iſaac, & Iacob diuites in Regnum cœlorum intraerunt; & [impoſſibile eſt ut non veniant ſcandala.]**

HIERONYMVS [vbi difficile aut impoſſibile ponitur nõ M 2 impoſſi.] **Testimoniũ**

In Matth. 19. impossibilitas præ tenditur, sed raritas demonstratur.

REGVLA XXIX. **SANCTI** multa enunciant peccantium personas sustinentes. Exemplum Psalm. 37. Vt Dauid [Non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum, quia iniquitates meæ supergressæ sunt caput meū.] & tres pueri in camino ignis [peccauimus enim, & inique egimus recedentes à te, & deliquimus in omnibus.]

Daniel 3. Testimoniū lib. 6 in Ep. ad Romanor. cap. 7. **ORIGENES** [Quòd moris sit in Scripturis diuinis sanctos personas assumere peccantium, & magistros suscipere in semetipsos infirmitates discipulorum, ex libro Psalmorū plenissime perdoceur.]

REGVLA XXX. **LOCUTIONES** sua natura indifferentes ita vsurpat Scriptura, vt illas determinet in bona, vel mala, definitè, & semper accommodans.

Exemplum Gen. 9. Exod. 23. testimoniū In Isa. 3. Vt implere dies suos semper in bonis vitur, [impleti sunt omnes dies eius] & [numerum dierum tuorum implebo.]

HIERONYMVS [sancti implēt dies suos, qualis est Abraham, qui mortuus est plenus dierum in senectute sua, peccatores verò & impij in dimidio dierum suorum moriuntur.] & **GREGORIUS** primus [Nam in Scriptura non facile plenus dierum ponitur, nisi is, cuius per eandem Scripturam vita laudatur.] & **ORIGENES** [vbi iustus nascitur ibi complentur dies.]

REGVLA XXXI. **MOX** dicenda, quasi dicta sint, commemorat. Exemplum Matth. 5. Psalm. 48. Vt [qui ergo soluerit vnum de mandatis istis.] quæ tamen dicta non erant, sed mox dicenda, & [audite hæc omnes gentes] non dicta, sed dicenda.

Testimoniū hom. 10. **AUTOR** operis imperfecti in Matthæum, [talis loquendi modus in scripturis est, vt quæ post modum dicturæ sunt, quasi iam dicta demonstrantur.]

INDEFINITAM enunciationem pro vniuersali vsurpat. REGVLA XXXII. Exemplum Ioann. 7. Psalm. 40. Vt [qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.] & [Beatus qui intelligit super egenum, & pauperem.]

FACTA dicit ea, quæ in expectatione adhuc sunt.

REGVLA XXXIII. Exemplum Io. 15. Io. 16. Testimoniū De Pref. Dei ad Dard. c. 12. Vt [omnia, quæcunque audiui à Patre meo, nota feci vobis] quibus postea dicit [multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo.]

AUGUSTINVS [Multa dicuntur in scripturis tanquam facta sint, cum in spe adhuc esse intelligantur.]

ORATIONEM ad nostræ imbecillitatis commodum inclinat.

REGVLA XXXIV. Exemplum Io. 16. Vt [Exiui à Patre meo, veni in mundum, iterum relinquo mundum & vado ad Patrem.] atque ea omnia, quæcunque de Deo enunciat, quasi de homine, membra, affectus, & actiones humanis similes illi tribuens.

DIONYSIVS AREOPAGITA, [Etenim Scripta Diuina planè sacra simulacra, quæ ficta sunt mentibus, quæ omnibus lineamentis carent, adhibuerunt, cum & nostræ mentis, vt dictum est, imbecillitati consulissent, & accommodatam ipsi, atque cognatam ad superiorem traditionem prouidissent, & sacrosanctas descriptiones, in quibus vis est quædam sursum excitandi animi, ad eandem mentem nostram effingendo accommodassent.] **CHRYSOSTOMVS** [Humano more, & quadam attemperatone ad nostram imbecillitatem, diuina scriptura loquitur, alioquin nisi hac ratione vsa fuisset non possibile erat, vt aliquid dictorum suorum intelligeremus] **IDEM** [Diuina enim Scriptura omnia nobis, prout nostræ infirmitati congruunt, narrat] **THEODORETVS** [Scriptura diuina loquitur, prout hominibus expedit, & pro captu auditorum varias habet loquendi formas.] **CYRILLVS ALEXANDRINVS** [Solet enim sancta Scriptura, ea quæ mentem excedunt, REGVLA XXXV. Testimoniū De Cælest. Hilar. cap. 2. In Gen. hom. 9. In Gen. hom. 18. Quæst. In Genesim Expos. in Symbo. Nicenum

verbis.

verbis nobis familiaribus significare.]

REGVLA XXXV. **FVTVRA** veluti præterita, vel præsentia narrat. **Exemplum** Baruch. 3. Ier. 11. **Vt** [post hæc in terris visus est] & [mittamus lignum in panem eius & eradamus eum de terra viuētium & nomen eius non memoretur amplius.]

Testimoniū In Psal. 36. **ORIGENES** [Apud Deū omnia, quæ futura sunt, iam præterita habentur, ideo quæ futura sūt, quasi iā præterita, narrātur.] **1. de fide c. 7** **AMBROSIVS** [Consuetudo est Prophetiæ, vt quæ futura sunt, vel quasi præsentia, vel quasi facta dicantur.] **4. Orth. fidei cap. 6** **IO. DAMASCENVS** [Sciendum est quòd diuina scriptura sæpenu-mero vtitur præterito tempore pro futuro.]

REGVLA XXXVI. **REGIONEM** vnā frequenter omnem terram appellat. **Exemplum** 2. Reg. 8. 3. Reg. 18. **Vt** [fuit autem ibi prælium dispersum super faciem omnis terræ] cū tamen illud prælium factum fuisse in saltu Ephraim scriptura ibidem narret, & alio in loco [Vade & ostende te Achab, vt dem pluuiam super faciem terræ] Terram intelligit Regionem, quam Israel incolebat, Achab enim Eliam allocutus, qui pluuiam impediuerat dixit [Tu ne es ille, qui cōturbas Israel?]

Testimoniū 1. 2. de Mer. fac. scrip. c. 15. **Quod** obseruans **AUGVSTINVS** ait [Moris est scripturarum vt illam Prouinciam, de qua dicunt, omnem terram indifferenter nomen]

REGVLA XXXVII. **REI** euentum sic narrat, vt facti causam afferre videatur. **Exemplum** Psal. 50. **Vt** [Tibi soli peccaui, & malum coram te feci, vt iustificeris in sermonibus tuis] Non autē peccauit, vt vinceret Deus, sed eius peccatum Dei Victoria successit, & euentu est comprobata.

Testimoniū E. ang. 10. lib. 5. c. 21. **CYRILLVS ALEXANDRINVS** [Mos autem sacre scripturæ admodum frequens est, ea quæ per euentum contigerunt, & ad aliud consecuta sunt, exprimere modo quodam causali-
litatis,

litatis, tamen si nulla ibidem causæ ratio subfit.]

MINATVR aliquando Deus in Scripturis, vt terreat, non vt supplicia inferat. **REGVLA XXXVIII.**

Exemplum Gen. 20. **Testimoniū** Præfat. 1. 1. 1. **Prophetas** **Vt** Abimelech Regi Deus dicebat, [En morieris propter mulierem quam tulisti.] nec tamen mortuus est; quod obseruans **THEODORETVS** inquit, [Non eò Deus poenas minatur vt inferat, sed vt metu perterrefactos ad resipiscentiam reuocet, & cum nequitia, quam committunt, eos liberauerit, eis salutem afferat.] Idipsum notauit **HIERONYMVS** dicens. [Comminatio non in homines, sed in peccata est, nec in eos, qui conuertuntur à vitijs, sed qui in peccato permanent] **Origenes** quoque, **Chrysostomus**, **Damascenus**, **Euclerus**, & alij idem obseruarunt. **In Ezech. 3** **2** In sermo. hom. 1. **b** In gen. hom. 22. **c** Sermon. de defunct. **d** in gen. lib. 2. **REGVLA XXXIX.** **Exemplum** Io. 9. Io. 12. & Isa. 6. **Testimoniū** 4. Orth. fid. cap. 20. **In Math. hom. 36**

DEI permissionem actionem vocat.

Vt [in iudicium ego in hunc mundum veni, vt qui non vident videat, & qui vident cæci fiant.] & [excæcavit oculos eorum, & induravit cor eorum.]

DAMASCENVS [operæpretium est agnoscere moris esse diuinæ scripturæ permissionem Dei actionem eius vocare.] **EUTHYMIVS** [Hoc scripturæ idioma est, Dei permissionem quasi eius opus appellare.] **CHRYSOSTOMVS**. [Quamquā non Deus, sed hominum improbitas malorum causa sit, talis est Scripturæ consuetudo, vt Deum dicat illa fecisse.]

VNIVERSALES propositiones de hominibus enunciat, quæ bonis solis, vel malis congruunt. **REGVLA XXXX.**

Exemplum Io. 12. Isa. 66. Ioel 2. Psa. 144. Io. 3. **Vt** [si exaltatus fuero à terra omnia traham ad me.] de bonis solis, & [Veniet omnis caro vt adoret coram facie mea dicit Dominus] & [effundam de spiritu meo super omnem carnem] & [alleuat Dominus omnes, qui corruunt, & erigit omnes elisos] rursus de malis solis; [Qui de celo venit super omnes est, quod vidit & audiuit testificatur, & testimonium eius

nemo

Philip. 2.
Psa. 25.
nemo accipit.] & [omnes quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi.] & [omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt, non est, qui faciat bonum]

Testimonium.
Lib. 1. de uo
ea. Gent. ca.
9.
AMBROSIVS uel PROSPER [siue de bonis siue de malis loquatur, ita vnius partis meminit, quasi neminem hominum prætermittat.]

REGVLA
XLI.
Exemplum.
Isa. 42.
Ibidem.
VNIVERSALES Propositiones de toto populo enunciat, quæ vni parti soli congruunt.

Vt [& faciam illis tenebras illucescere, & praua in directum, hæc faciam & non derelinquam eos.] deinde dicit [ipsi autem conuersi sunt retrò, quod illis non congruit, quos se derelinquere nolle dicebat, sed eiusdem populi alteri parti, & [in gloriam enim meam parauit illum, & finxi & feci illum] deinde [& produxi plebem cæcam, & oculi eorum sunt cæci, & surdas aures habent,] Quæ contraria contrarijs eiusdem Populi partibus congruunt. & Apostolus, [Nunquid repulit Deus Populum suum? absit, nam & ego Israelita sum ex semine Abraham, de Benjamin, non repulit Deus plebem suam quam præsciuit.] de omni utique Populo Israelitico loqui videtur, de parte tamen loqui ipse ostendit, hæc verba adscribens [An nescitis in Elia quid dicit Scriptura, quemadmodum interpellat Deum aduersus Israel. Domine, Prophetas tuos occiderunt, Altaria tua suffoderunt, & ego relictus sum solus, & quærunt animam meam, sed quid dicit illi responsum diuinum? Reliqui mihi septem millia virorum, qui non curauerunt genua Baal, sic ergo & in hoc tempore reliquæ secundum electionem gratiæ saluæ factæ sunt]

Testimonium.
Li. 1. de Voc
Gent. c. 10.
AMBROSIVS siue PROSPER hæc omnia obseruans, & coniungens ait, [In his omnibus verbis, quæ de vno hominum genere dicuntur, alijs personis priora, alijs posteriora conueniunt. Apud Apostolum quoque quod in parte populi agitur, sub totius Populi nuncupatione narratur.]

VNI

VNI seculo atque ætati id polliceri videtur Deus, quod diuersorum & longo interuallo disiunctorum seculorum hominibus promittit.

Vt [Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, Populus acquisitionis, ut virtutes annuncietis eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile nomen suum, qui aliquando non Populus, nunc autem Populus Dei, qui non cõsequuti misericordiã, nunc autem misericordiã consequuti.] AMBROSIVS siue PROSPER [Inter formulas locutionum sacre scripturæ, etiam illam in scripturis dictionem debemus aduertere, qua id, quod ad diuersorum temporum homines pertinet, ita promittitur, quasi de vna eiusdem ætatis generatione dicatur.]

DEO corpus membra, perturbationes, & corporeas actiones ita tribuit, ut ea omnia spirituali sensu, non litterali sint intelligenda.

Vt [Dei deambulantis in Paradiso.] & [Tabulas lapideas scriptas digito Dei.] & [audiat vocem Dei viuentis.] & [prænit et me fecisse eos.] & [oblitus est Deus.] & [tactus dolore cordis intrinsecus.]

IO. DAMASCENVS] Quæcunque de Deo corporaliter dicuntur, symbolicè sunt dicta, habent autem altiore intelligentiã.] ORIGENES [Cũ deus ad inanimata loqui scribitur, nõ intelligendũ est quasi voce dicens, vel lingua loquens, vel in conspectum suum ad cælestia eos subleuatus locutus sit, sed occultæ suæ operationis virtute vertens, ut necessitas vel ratio proposuerit loqui dicitur.] AVGVSTINVS [Vbicunque sacra scriptura sparsim per diuinos libros motus in Deum animæ, seu humana membra describit, id est, caput, capillos, oculos, palpebram, nares, os, labia, &c. item motus animæ iram, furorem, obliuionem, &c. hæc & alia his similia non

N carna-

REGVLA
XLII.Exemplum
1. Petri 2.Testimoniũ
1. de uoc.
Gent. c. 11.REGVLA
XLIII.Exemplum
Gen. 3.
Deut. 9.
Deut. 5.
Gen. 6.
Psal. 10.
Gen. 6.
Testimoniũ
1. Orth. fid.
c. 14.
li. 1. in Iob.De Essentia
diuinitatis.

carnaliter iuxta historiã à recte intelligentibus sentienda sunt, sicut à Iudæis, & plerisque hæreticis carnaliter sapientibus, qui Deum corporeum, atque localem opinantur, sed spiritaliter omnia de Deo intelligenda, & confitenda sunt.]

REGVLA XLIII. **ALIQUOS** nominatim exprimens, cæteros tacitè excludit. *Exemplum* Vt [loquere filiis Israël] & [loquere Aarón, & filiis suis.] **ORIGENES** [sicut in his locis ubi dicitur loquere ad Aarón & alibi filios Aaron, & alibi loquere ad leuitas, & dices ad eos, certum est non subiacere reliquos filios Israel his legibus. Ita etiam quæ filii Israel iubentur, nec alienigenæ memoria vlla fit, non est putandum commune in his esse mandatum, nec communem fieri legem, ubi appellationis habetur exceptio.]

REGVLA XLV. **IDEM** vocabulum eodem in loco repetens variè usurpat. *Exemplum* Vt [in iudicium ego in hunc mundum veni, ut qui non vident videant, & qui vident cæci fiant] loquebatur enim cum cæco cui visum restituerat, quare primò corporeum visum, secundò spiritualem intelligebat, & [Non ne vos dicitis quod adhuc quatuor menses sunt, & messis venit? Ecce dico vobis leuate oculos vestros, & videte regiones, quia albæ sunt iam ad messes.] primo de terrena messe, secundo autem de cœlesti & spiritali loquebatur.

ORIGENES [Inuenimus in scripturis hanc esse consuetudinem, quod vnum vocabulum secundò in eodem loco positum diuersa significet.] Regula quidem ista videtur non differre ab octaua, discrimen tamen est in eo, quòd hæc de vocabuli significatione est, illa vero de sensus transitu. Hanc autem regulam negligendã non esse idem Origenes alio in loco diligenter nos monet inquiring. [Quocirca diligenter obseruandũ lectoribus sacrarum litterarum scripturas non omnino de iisdem rebus eandem vsurpare dictiones, idque par-
tim

tim ob homonymiam, partim ob tropologiam interdum etiã propter elocutionis cohærentiam exigentem vt alia in his, alia in illis dictione vtamur, hoc si accurate obseruemus, multis erroribus & prauis perceptionibus nos liberabimus.]

Has quidem regulas ex scripturarum locutione, & Patrum interpretatione excerpimus & breuissime perstrinximus, quarum notitiam magnum momentum habere putamus ad scripturam rectè interpretandam, nonnullas autem reticimus in regularum numero vix habendas, & ad hanc rem minus opportunas, quarum etiam notatio minutam nimis diligentiam requirebat. His verò, vt potè communibus, iam explicatis & constitutis, ad ea, quæ singularum Scripturæ particularum magis propria sunt consideranda, & regulis metienda nos iam (vt proposuimus) liberè conuertamus.

Ea omnia recensentur & confirmantur, quæcunque obseruanda iccirco dicebantur, quia in ea scripturæ particula inerant, quæ se ipsa interpretanda proponeretur. Cap. XV III.

EX ijs, quæ obseruanda esse paulò ante dicebantur in aliqua Scripturæ particula ad se ipsa interpretandum proposita, vnum profecto erat ipsa persona loquens, multum enim interest vtrum Deus, an homo tum fidelis, tum infidelis, vel etiam Diabolus ipse loquatur. Deus quidem verax, bonus, & dominus est, atque iccirco eius verba veritatem, charitatem, & imperium sonant, omnis autem homo mendax, & obliuiosus, Diabolus præterea in malo pertinax, Dei perduellis, atque hominum communis hostis, quos iccirco vel impietatis, vel contumeliæ vel saltem mendacij verba proferre verisimile est, vt exempli causa, [Dixit autem serpens ad mulierem nequaquam morte moriemini] & [Mitte

Persona loquens

Gen. 3.
Iob. 2.

manum tuam, & tange os eius & carnem, & tunc videbis quod in faciem benedicat tibi] & [ascendam super altitudinē nubium, similis ero altissimo.] Hæc quidem Diabolus. Pharaon autem. [Nescio Dominum, & Israel non dimittam.] & Rabfaces.] Nolite audire Ezechiam, qui vos decipit dicens Dominus liberabit nos] & Herodes de Christo. [Hic est Ioānes Baptista, ipse surrexit à mortuis, & ideo virtutes operātur in eo.] alij verò da eodē. [in Belzebub principe dæmoniorū eijcit dæmonia.] & rursū [Samaritanus es tu, & dæmonium habes] & [Testimoniū tuū nō est verū] Hinc autē fit vt multa in Scripturis falsa, & impia legantur, quæ notatione personæ loquentis à veris spiritus sancti sermonibus secernūtur atque iccirco AVGVSTINVS dicebat. [sicut in Evangelio quamvis vera sunt omnia, quæ dicta sunt, non tamen omnia, quæ dicta sunt vera esse creduntur, quoniam à Iudæis falsa & impia dicta esse verax Euangelij scriptura testatur, sic & in libro Iob, vbi multæ personæ locutæ narrantur, non solum quid dicatur, sed à quo etiam dicatur considerandū est.] Origenes verò non solum loquentes personas, sed illas præterea ad quas, & de quibus sermo habeatur obseruandas esse monebat, quæ tamen postrema personarum genera nos reticemus, vt potè quorum, vnum ad materiam, alterum ad intentionem pertineat, de quibus mox acturi sumus, dicebat itaque ORIGENES, [Qui vult intelligentiam, eorum, quæ in scriptis Prophetis scripta sunt, capere, eum oportet diligenter attendere, vel dicentium personas, vel ad quas, vel de quibus sermo fit personis.] Quæ omnia pariter complectens CHRYSOSTOMVS, ac tempus præterea adiungens, de quo nos etiam paulò post agemus, inquit [Age & solutionem adducamus, si prius, & qui, & ad quos, & quando hæc dixit ostēdamus, neq; enim eodē omnibus modo loquitur Deus, vt neque nos pueris & viris æquè, A quonam igitur, & quomodo, & ad quos dictum sit videamus.] THEODORETVS

quo-

Isa. 14.
Exod. 5

4. Reg. 18

Matth. 14

Luc. 11.

Io. 8.

Ibidem.

Ad Orosiū
contra Pri-
scill. c. 9In Epist. ad
Rom. cap. 2
lib. 2.In Epist. ad
Cor. ho. 34.

quoque ait, [Non solum igitur sermo ipse spoſtandus est, sed quæ etiam loquitur persona.] Secundum, quod diximus obseruandum, erat scribentis vel loquentis intentio, Scribentē dicimus spiritum sanctum, atquē eius scribam & calamum, (Scriptorem scilicet canonicum) vt enim (exempli causa) in tota epistola ad Romanos nisi Pauli Apostoli intentionem diligenter aduerterimus, nunquam eius sententiam, atquē verborum sensus percipere poterimus, quo scopo perspecto iustificationis, prædestinationis, ac cæterorum mysteriorum, quæ in ea Epistola delitescunt intelligentiam statim patefiet, quod obseruans CHRYSOSTOMVS in eadem epistola dicebat. [ista verò nisi rursus scopum Pauli, quem ille petit, obseruauerimus, nimirum quod infirmos ante iustam temporis maturitatem increpari non vult, indigna erunt ea cura, quæ Christianos deceat, verum, quemadmodum perpetuò inculco, oportet inquirere qua Sententia quæquē dicantur, de qua materia seu argumento agatur, quidquē corrigere instituat qui loquitur.] & alio in loco [Primum omnium oportebit Scopum Pauli considerare & consilium, mox quæſtionem soluere.] & rursū [Hoc in Paulo obseruandum est ubiquē, siue absolute aliquid dicat, siue aduersus aliquos opponatur.] tandem vero idipsum exemplo comprobans ait. [Ne que, ascendi Hierosolymam ad antecessores meos Apostolos Hæc verba si quis per se expendat, videntur spirare non vulgarem magniloquentiam, & arrogantiam plurimumquē abesse ab Apostolico Spiritu, Etenim quod ipse sibi suffragium fert, neque cum quoquam sententiam communicat, videtur esse fastus, videbam inquit hominem, qui sibi videbatur esse sapiens, sed maiorem illo spem habet incipiens, & væ his, qui prudentes sunt apud semetipsos & in oculis suis intelligentes, ac idem rursū, Ne sitis prudentes apud vosmetipsos, Itaque qui tam multa huiusmodi præcepta ab alijs audierat, quique eadem alijs præceperat, ipse hoc incidit, non dicam

Paulus,

Intētie scri-
bentis vel
loquentis
personæEp. ad Rom.
c. 14. ho. 25.In Primam
Cor. cap. 15.

1. Cor. 8.

In Ep. ad
Galat. cap. 1.

Paulus, sed homo quiuis? Verum hic sermo si per se nudus expendatur, offendere, mouereque potest auditorem. Cæterum si causam adiecerimus, ob quam hæc dicebat Apostolus, & applaudent, & admirabuntur omnes ita loquutum. Hoc igitur faciamus, non enim oportet verba nuda expendere alioqui multæ consequentur absurditates. Neque conuenit sermonem per se nudum examinare sed obseruare mentem scribentis. In humanis enim sermonibus, nisi hac ratione fuerimus vsi, expendentis quid seuserit is, qui loquitur, multas inducemus simultates, omnia subuertentur.] Id ipsum quoque monebat HILARIUS, dicens, [intelligentia enim dictorum, ex causis est assumenda dicendi, quia non sermoni res, sed rei est sermo subiectus.] Quibus subscribens AVGVSTINVS ait [Nemo ignorat quantum differat, quo loco, qua occasione aliquid dicatur, aut multa aliter dici, cum obiter ad aliquam rem alludimus, quàm ubi tota de re instituitur integra oratio.] Loquentem verò personam à scribente seiungimus, quoniam eadem scribente plures loquentes producuntur, vt in libro Iob, ab vno & eodem auctore conscripto, Deus, Diabolus, Iob, vxor, & amici eius colloquuntur, idem quoque in cæteris canonicis libris quandoque depræhenditur, atque iccirco singularum loquentium personarum intentio erit in primis cognoscenda, vt ipsarum sententiam pariter intelligamus, quæ vt ad finem semper dirigitur, ita ab eodem necessario metitur, quod quidem in humanis etiam tum scriptis tum colloquijs omnibus verissimum esse facile animaduertimus, atque id ipsum eadem testimonia, quæ paulò ante producta in scribentem personam accommodauimus, pariter confirmant. Tertio loco res & verba obseruanda diximus, subiecti enim ratio si diligenter habeatur, eius quoque tractatio clara fit, & dilucida. Quare in primis animaduertere oportebit quid nam sit illud, de quo sermo habeatur, & quibus idem sit verbis expressum. Quod quidem tum Orige-

nes

de Trin. li. 4

De Verbis
Dñi secundum
Matth.
cap. 11.

Res et verba.

nes in epistolam ad Romanos scribens, (vt vidimus) obseruabat, tum CYRILLVS ALEXANDRINVS nos admonebat inquiring. [Diligenter consideranda est res, propter quam, & de qua scribitur, sic enim absque errore sensum poterimus verum inuestigare.] & AVGVSTINVS. [Per id quod, multimodam rationem, idest multas significationes verba habent, faciunt quæstiones, idè si ad causam, de qua agitur, referantur, nulla erit quæstio, quia per ordinem res ipsæ se produunt.] Huc accedit ordo & series, tum rerum, tum verborum, ex ijs nanque rebus & verbis, quæ vel propositam scripturæ particulam proximè antecedunt, vel sequuntur, vel in ipsa sunt ordine disposita, eius quoque sensus confidenti patefiunt, quod breuiter indicans AVGVSTINVS dicebat [cum de sensu alicuius loci controuertitur expositio vera circumstantijs per contextum erit ostendenda.] & rursum, [solet circumstantia scripturæ illuminare sententiam, cum ea, quæ circumscripta sunt, præsentem quæstionem contingentia, diligenti discussione tractantur.] Postremo denique loco externæ circumstantiæ numerabantur, in quarum numero sunt tempus, locus, & alia eiusmodi externa, inter quæ præcipuum quidem est tempus, eius enim notatione neglecta, præterita, præsentia, & futura inter se pugnabunt, lex vetus à præceptis euangelicis dissentire videbitur, omnia denique in scripturis confusa, præpostera, & pugnantia apparebunt, ex quo, Distingue tempora & concordabunt scripturæ, factum est iam tritum sermone proverbium, atque iccirco CYRILLVS ALEXANDRINVS dicebat. [Necessarium igitur est ad intelligendas rectè scripturas tempora considerare in quibus dicta sunt, quæ scribuntur, sic enim facile poterimus errores euitare, præsertim in verbis Saluatoris.] & alio in loco varias rationes commemorans, quibus scripturæ interpretandæ sint, tempus in primis numerat dicens, [ante omnia quando locum aliquem scripturæ rectè intelligere volumus

lib. 2.
Thef. lib. 8.
cap. 2. & lib.
9. cap. 4.In q. Tit.
testam. q. 9.

Ordo & series

De verb. Do
mini secundum
Matth.
cap. 11.83. quæst.
quæst. 69.

Externæ circumstantiæ

Thef. lib. 2.
cap. 2Thef. lib. 2.
cap. 2.

De doct.
Christ. lib. 3

In Ioan.
Tom. 39.

lumus tria diligenter consideranda sunt, tempus quādo sumptum est, quod dicitur, Persona quæ dicit, vel per quam dicit, aut de qua dicitur, & res propter quam, aut de qua scribitur, sic enim absque errore sensum poterimus verum investigare.] **AUGUSTINVS** quoque circumstantiarum opportunum usum indicans ait. [Rarissime & difficillime inueniri potest ambiguitas in proprijs verbis, quantum ad libros diuinarum scripturarum spectat, quam non circumstantia ipsa sermonis, qua cognoscitur scriptorum intentio, aut interpretum collatio, aut præcedentis linguæ soluat inspectio.] **CHRYSOSTOMVS** autē & temporis & loci, & omnium denique externarum circumstantiarum ita meminit, vt aliquot etiam exempla ex scriptura protulerit, Quapropter integrum eius testimonium, quamuis longum, recitare operæ pretium duximus, inquit igitur. [Si ego testimonium perhibeo de me ipso Testimonium meum non est verum, alius est, qui testimonium perhibet de me, & scio quia verum est testimonium eius &c. Qui metalla fodere aggreditur, artis ignarus, auri venas non inuenit, sed confunditur, & laborem subit incassum, ita qui diuinarum scripturarum ordinem non intelligunt, qui earum proprietates, qui leges non disquirunt, sed omnia ad verborum sonum accipiunt, aurum terræ confundentes nunquam reconditum in his thesaurum assequuntur. Hoc mihi in mentem venit quoniam propositus nobis locus est, multi auri plenus, quod tamen non omnibus in promptu est, sed arcana quadam obscuritate obrutum. Quamobrem effodiendo, & diligenter purgando ad verum sensum perueniendum est. Quis enim non statim perturbaretur audiens Christum dicentem, Si ego testimonium perhibeo de me ipso, Testimonium meum non est verum? nam multis in locis de se ipso testimonium perhibentem videmus, si quidem Samaritanæ dixit. Ego sum Christus. & cæco. Qui loquitur tecum ipse est. & ludæis. Quomodo

VOS

vos dicitis quia blasphemus, quia dixi filius Dei sum? & alibi sæpenumero, si ergo hæc omnia mendacia sunt, quæ nobis salutis spes futura est? Vnde verum inueniemus, quando ipsa veritas dicit Testimonium meum non est verum? hoc autem non modo contrarium videtur, sed & aliud non minus. Nam, & alibi, si ego testimonium, inquit perhibeo de me Testimonium meum verum est. Vtrum horum vt verum recipiam, vtrum vt falsum reiiciam? Si verba ipsa simpliciter accipiantur, neque personam, neque causam perscrutabimur, si enim testimonium eius non est verum, neque hoc verum, vtrumquè ergo falsum. Quid sibi vult hic sermo? diligenter inuigilandum, vel potius diuina gratia opus est, ne nudis verbis insistamus. Ita hæretici in errorem incidunt neque sententiam neque audientis habitum inquirentes. Nisi enim tempora, locos, auditorem, & alia huiusmodi consideremus, multa sequentur absurda.] Potuissemus nos quoquè in singulis, quæ obseruanda diximus, non solum aliqua, sed plurima ex scriptura exempla clarissima proferre, quia tamen ea sunt cūiuis obuia, atque huiusmodi regulæ non solum à Catholicis facillè comprobantur, sed nec ab Hæreticis, aut ludæis, aut etiam ethnicis hominibus repudiari possunt, in ipsis confirmandis diutius immorari necessarium non duximus. Testimonia etiam Patrum producentes, vnam, duas, vel plures regulas simul complectentia illa quandoque adscripsimus, vt integra recitarem, quamuis singula singulis, & paria paribus nec semper, nec eodem ordine responderent, ex omnibus tamen illis, ea pariter omnia, quæcunque proposuimus, abundè confirmari non dubitamus.

O OBSCV-

Obscurum scripturae locum, ex alijs eiusdem locis posse collatione ipsa declarari ostenditur.

Cap. XIX.

PRÆTER hæc autem omnia, quæ in scriptura esse à nobis obseruanda hucusque admonuimus, vt se ipsa eadem ritè interpretaremur, illud quoque Patres animaduernerunt opportunum maxime esse ad eam commodè interpretandam, vt scilicet cum obscuro proposito loco clariora, aliunde collecta, conferantur, vix enim aliquid in scriptura semel dictum legitur, quæ vel idem sæpius varijs in locis repetit, vel de eodem varia exprimens, tum ei consentanea & consequentia asserit, tum contraria respuit, Quæ omnia diligens interpres studiosè notans, colligens, conferens, ex perspicuo obscurum intelliget, ex consequenti consentaneum sensum deliget, ex simili non abhorrens quippiam pronuntiabit, ex contrario denique excluso eidem repugnans concludet, atque iccirco dicebat ORIGENES. [Facilius in scripturis quod quæritur agnoscetur, si ex pluribus locis, quæ de eadem re scripta sunt, proferantur.] cum quo consentiens BASILIUS ait [familiaris est Domino, ea quæ alicubi strictim præcepta sunt, per ea, quæ in alijs locis dicta sunt manifestè tradere, ac declarare.] Quibus subscribens AVGVSTINVS inquit. [Inhærendum est his, quæ in scripturis sunt apertissima, vt ex his reuelentur obscura, aut si mens nondum est idonea, quæ possit ea, vel demonstrata cernere, vel abstrusa inuestigare, sine vlla hæsitacione credantur.] & rursus. [cum de sensu alicuius loci controuertitur expositio vera, vel circumstantijs per contextum, vel per clariorem, vel per contrarium locum erit ostendenda.] Plurima adhuc possent Patrum testimonia adscribi idipsum confirmantia, in quorum etiam monumentis exempla passim inueniuntur, eius-

In Num. ho
m. 4.

Lib. 1. de Ba
pt. cap. 1.

Lib. 3. de
pecc. mer. &
rem. cap. 4.

De verb. Do
mini secun-
dum Matt.
cap. 11.

eiusmodi scilicet Regula in Scriptura sacra se ipsa interpretanda frequentissime vtentium, quis enim Patrum commentaria (negligenter etiam) percurrens, non animaduertit eos scripturam explanantes, plura statim eiusdem loca proferre, ex quorum collatione propositi loci germanum sensum eruant, aperiant, & confirment? Quare iam erit nobis infructuoso labore supersedendum, neque in hoc demonstrando (noto scilicet & perspecto) diutius immorandum.

Responsiones ad Argumenta, quæ obijciuntur sententia Spiritum sanctum interpretationis esse auctorem asserenti.

Cap. XX.

HIS omnibus constitutis reliquum id vnum esse videtur, vt ad singula argumenta respondeamus, quæ hanc nostram sententiam quomodolibet oppugnare deprehenduntur, quamuis illam explicantes, atque eiusdem regulas & modos tradentes, facilem pariter & apertam viam ac rationem solerti Auditori monstrauerimus, qua ipse possit omnem obiectam argumentationem sigillatim diluere, ne tamen minus etiam perspicaci & erudito lectori operam nostram denegemus, qui certè vtriquè vel prodesse, vel laborem saltem leuare studemus, ad ea omnia singulatim respondimus, quæcunque ab aduersarijs oppositas sententias confirmantibus, & nostram hanc propositam confutantibus, paulò ante obijciuntur, nec tamen ea singula repetemus, sed (quod sufficit) vix indicata breuiter refellemus, In primis itaque scripturæ obscuros, & littera pugnantem locos ipsamet scriptura interpretari, & conciliari libenter concedimus, eiusmodi autem locos omnes hac ratione intelligi

Responsio
ad Argumē
ta quæ scri-
pturæ vim
cōfirmabāt.

& explicari posse negamus, atque iccirco Patres vel indefinè, vel dubitanter, vel moderatius temperantes illud asseruisse dicimus, vel si fortè generatim affirmarint, vsu ipso semper, & oratione aliquando, data occasione, id ipsum temperasse affirmamus. Solertiam quoque & linguarum peritiam, imò scientiarum omnium, atque ingenuarum artium cognitionem scripturarum interpretationi prodesse affirmamus, sufficere negamus, cum Spiritu sancto Auctore, non humani ingenij viribus sint diuinæ scripturæ exarata, nec linguarum vsu ac proprietatè vbiqùè seruent, vel Grammaticæ regulas semper obseruent (vt nos de Grammaticæ & linguarum vsu, Theologo opportuno, tractantes abundè ostendimus). Patrum autem commentaria & monumenta in Scripturarum interpretatione consulenda esse nos ipsi non solum diximus, sed etiam singula, quæ afferunt, commoda exposuimus, nec tamen Spiritum sanctum, Scripturæ ac interpretationis auctorem, iccirco exclusimus, à quo acceptæ interpretationes, quas veras esse oportet, cum Patrum consensu nunquam profectò pugnabunt, sed eidem optimè congruent, cum verum vero sit semper consonum. Quare neque Tridentini Concilij Decreto repugnabunt dicenti [Nemo suæ prudentiæ innixus contra vnanimem consensum Patrum ipsam Scripturam sacram interpretari audeat.] Vt enim dicebat Bernardus [Si quid dictum est post Patres, quod non fit contra Patres, nec Patribus arbitror, nec cuiquam displicere debere.] Id ipsum quoque, & liberius de ecclesia ipsa diximus, columna, & firmamento veritatis, Verbi Dei custode, indice, teste, ac Iudice, & à qua fidei dogmata seruantur, declarantur, diffiniuntur, ac traduntur, charitatis autem præcepta, officia, & opera certis legibus astricta proferuntur, atque optimis regulis metita incorruptè iudicantur. Quomodo verò ea fit vtendum in Scripturis diuinis Spiritu sancto interpretandis abundè præterea expli-

Responsio ad Argumēta, quæ ingenij vim & linguarum peritiam confirmabant.

Tit. de Grā. & ling. vsu

Responsio ad Argumēta, quæ Patrum monumenta consulenda esse confirmant

Scs. 4.

sup Missus est hom. 4.

Responsio ad Argumēta quæ, Ecclesiam consulenda esse confirmant

explicauimus, & quem sensum eadem Ecclesia teneat cumulatè alibi declarauimus. Quare si quis huiusmodi regulis rectè vtatur, & quæ diximus, temperamenta adhibeat, non propriæ prudentiæ innixus sacram scripturam ad suos sensus contorquebit, aut contra eum sensum, quem tenuit, & tenet sancta mater Ecclesia eandem interpretabitur (quod Concilium Tridentinum diligenter cauebat) sed Spiritu sancto fretus, & ab eo concitatus, Ecclesiam consulat, ne quid fortasse contra ipsius sensum incautus proferat, iam verò poterit, quiuis, (etiam minus perspicax) Auditor, facile intelligere ea omnia argumenta, quæcunque aliorum assertiones quomodolibet confirmabant, nostram nec conuellere, nec infirmare sententiam, Quicquid autem veri in illis inesse deprehendimus, id totum nos liberè ac libenter fassos concessisse, explicasse, temperatum accepisse, atque in rectum interpretis vsu contulisse, idem (ni fallimur) animaduertet. Qui pariter intelliget nullius esse ponderis argumenta illa, quæ à nobis superius allata, huiusmodi nostram sententiam vehementissime oppugnare videbantur. Cur enim mirum esse debet Doctores omnes scripturarum interpretes à Spiritu sancto concitari, & interpretationis dono ad Ecclesiæ fructum & commodum augeri, charismate scilicet ipsorum statui, ac ordini apprimè congruente & necessario? Quo carentes aliqui non vtiquè debeant, proprijs viribus nixi, nouas excogitare, & proferre interpretationes, sed ab alijs doctè, & piè traditas amplecti, custodire, & peruulgare diligenter curent. Quomodo autem Spiritus ipse sanctus in eiusmodi scripturarum interpretatione ab Angelo Satanæ, & prauo quouis spiritu discernatur, atque Ecclesiæ, & Patrum iudicio, & fidei, charitatisque regulis sine errore diiudicetur, iam abundè explicauimus, inde verò hæreticorum fraudes, mendacia & Spiritus sancti adulterinæ & ementitæ interpretationes apertissimè conuincuntur; ac certo iudicio

Tit. de sens. scrip. sac. c. 18.

Verba Concilij Tridentini

Scs. 4.

Responsio ad Argumēta c. 13. allata contra interpretationem ex Spiritu sancto.

iudicio explodentur, Nec tamen iccirco interpretes esse
 Prophetis & Apostolis pares, vel etiam superiores conclu-
 dendum erit. [Diuisiones enim gratiarum sunt, idem autem
 1. Cor. 12.] Spiritus.] vt dicebat Apostolus, qui varios hominum ordines
 diuersis Spiritus gratijs ac donis præditos enumerans, singulis
 etiam loca disparia assignat inquit. [Posuit Deus in Eccle-
 sia primùm Apostolos, secundò Prophetas, tertio Doctores
 deinde virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes,
 gubernationes, genera linguarum, interpretationes sermo-
 num] omnes itaque enumeratos hominum ordines, Spiri-
 tu sancto concitatos esse ipse quidem Paulus docet, Apосто-
 los tamen & Prophetas in altissimis gradibus collocat, inter-
 preti infimam sedem tribuit, qui donorum huiusmodi inæ-
 1. Cor. 12] qualitatem etiam indicans præterea admonebat. [Aemulami-
 ni autem Charismata meliora] non erunt igitur interpretes
 (quamuis diuino spiritu afflati) Apostolis, vel Prophetis pa-
 res; Nec etiam putandum est ipsos Prophetas & Apostolos,
 (vt obiiciebatur) nuda scripturæ verba ita protulisse vt ipso-
 rum sensus illi ignorarent, quod quidem Sibyllis accidisse
 nouimus, sed tum veros & germanos scripturarum sensus in-
 telligentia eosdem percepisse, tum plures, & præstantiores
 excogitasse, quam in alicuius interpretis mentem, ipsis non
 tradentibus, vnquam venerint, certò credendum est, Qui
 tamen plurimos, eosdemque grauissimos scripturarum sen-
 sus posteris profectò non denegarunt, sed docentes variè ex-
 plicarunt, quos quidem sensus in Ecclesiæ publicis monu-
 mentis, & Patrum commentarijs adhuc superstites tum a-
 gnoscimus, tum præ cæteris deligimus, & veneramur, eis-
 dem verò, quasi magnis & fulgentibus gemmis, interpre-
 tum scripta ornata illuminantur, quod fufius demonstraui-
 mus dum scripturæ sensus, & traditum Dei verbum tracta-
 remus, Multo verò minus Patrum commentaria scripturam
 (vt dicebatur) dignitate antecedent, vtpotè qua non sola
 verba,

Tit. de sens.
 sac. scriptu-
 rz 18.
 Tit. de Ver-
 bo Dei tra-
 di.

verba, sed sensus ipsi, verbis expressi & compressi, mirè con-
 tinentur. Quare tum singulas argumentationes iam cumu-
 latè dilutas putamus, quibus sententiam nostram conuelle-
 re aduersarij studebant, tum scrupulum omnem ex pij Au-
 ditoris animo euulsam omnino speramus. Quem etiam at-
 què etiam rogamus, vt quicquid in hac perobscura quæ-
 stione dilucidanda rectè excogitarum, explicatumuè
 fuisse ipsi videbitur, id omne auctori Deo tri-
 buat, cætera nostræ, non voluntati, sed im-
 becillitati ascribat, omnia autem Ec-
 clesiæ iudicio vnà nobiscum
 subijciat.

IVLII RVGERII
OPVSCVLVM
DE VNIVERSO
DEI VERBO

*In quo, An Deus verbum aliquod locutus sit, Atque illius
Verbi vsus cur sit nobis necessarius diligenter
explicatur, Cuius deinde vniuersi
definitio traditur.*

*Disparis quoque ipsius rationes, & modi accurata
disquisitione inuestigantur, Ex quibus
singula eius species facile
deprehenduntur.*

*A quo denique ipsum custodiat, Et vnde cer-
tum ac perspectum nobis ita reddatur, ve
germanum Dei verbum illud esse
non dubitemus, multa & sub-
tili disputatione inda-
gatur.*

INDEX CAPITVM
QVAE HOC OPVSCVLO
CONTINENTVR.



ARGUMENTA, quibus Philosophi probant Deum hominibus nihil reuelasse ad ipsorum salutem scitu necessarium, ad quod quidem non possit humani ingenij acies se ipsa inquirendo penetrare. Cap. 1.

Argumenta ex natura sumpta, quibus nonnulli per viri putant Philosophos cogi ad reuelationem diuinam concedendam. Cap. 2.

Argumentationes diluuntur, quibus reuelatio confirmatur, probaturque finem hominis supernaturalem & diuinam ipsam reuelationem, nulla prorsus naturali ratione demonstrari posse. Cap. 3.

Scriptura, & traditione diuina demonstrari (etiam apud infideles) quod Deus hominibus aliqua reuelauerit de aliorum sententia probatur. Cap. 4.

Responsiones ad argumenta ducta ex scriptura, & traditione diuina ad reuelationem demonstrandam. Cap. 5.

Diuinam Reuelationem nec naturali aliqua ratione, nec scripturae, vel traditionis argumento demonstrari posse conceditur, quam à Deo prodysse, & ad salutem no-

Stram esse necessariam, sola fide nos asserere concluditur. Cap. 6.

Responsiones ad argumenta eorum Philosophorum, qui, Diuinam Reuelationem oppugnantes, illam conuellere sibi persuadebant. Cap. 7.

Deum locutione reuelationem complexum esse, hanc autem Dei verbo contineri ostenditur, cuius vniuersi definitio traditur, & an Deum quisquam audierit explicatur. Cap. 8.

Ea singula per censentur, & explicantur, per qua Deum hominibus locutum fuisse accepimus. Cap. 9.

Illi omnes speciatim enumerantur per quos Deum homines allocutum esse accepimus. Cap. 10.

Queritur quomodo per ea & per eos locutus sit Deus, per qua & quos ipsum locutum diximus. Cap. 11.

Solutio quaestionis quomodo per Angelos locutus dicatur Deus. Cap. 12.

Quomodo tum per aerem, tum per res locutus sit Deus explicatur, & obiecta argumentationes diluuntur. Cap. 13.

Quomodo per Magos, Ariolos, Sibyllas, & Vates omnes locutus sit Deus explicatur. Cap. 14.

Quomodo per intellectus obiecta locutus sit Deus declaratur. Cap. 15.

Quomodo per canonicos, & sacros scriptores locutus sit Deus queritur & explicatur. Cap. 16.

Quomodo vniuersum Dei verbum, ab ipso quomodolibet prolata

prolatum, ad nos tandem peruenerit, & quibus hominibus locutum esse Deum dicendum sit. Cap. 17.

Quòd Verbum Dei varia subeat pericula atque iccirco custode egeat, qui illud fideliter asseruet, curetque diligenter ne pereat vel contaminetur. Cap. 18.

Quòd verbi Dei custos olim fuerit Synagoga, cui superstes Ecclesia in perpetua eiusdem Verbi, maiore iam vbertate affluentis, custodia sit ab ipso Christo posita. Cap. 19.

Quòd Scriptura sacra indicium ac Testimonium sit certissimum ad singula comprobanda, qua Dei verba esse dicuntur, ut ipsorum euidentia inde sit iccirco sumenda, de aliorum sententia asseritur & confirmatur, Idipsum verò ab Auctore confutatur. Cap. 20.

Quòd vniuersum Dei verbum sit sui, loquentisque Dei certus index, de aliorum sententia asseritur. Atque eiusmodi assertio oppugnatur. Cap. 21.

Quòd Ecclesiae iudicio, & testimonio certum nobis sit Deum illa reuelasse qua pro expresso Dei verbo habentur de aliorum sententia asseritur, & probatur. Cap. 22.

Argumenta quibus eiusmodi assertio premitur, & quòd Ecclesia non possit esse congruens & certus Verbi Dei index & index probatur. Cap. 23.

Quòd Deus ipse, ut est sui met Verbi Auctor, ita eiusdem quoque certissimus sit testis & Index concluditur. Cap. 24.

Illorum

Sententia illa declaratur, & eidem obiecta argumenta diluuntur, qua asserbatur ipsius Ecclesie iudicio ac testimonio certa nobis esse ipsa Dei expressa verba

Cap.

Quod miracula ipsa & Martyres verbo Dei possint esse testimonio asseritur, modusque explicatur. Cap. 26.

25.

Cap. 26.

ARGUMENTA QUIBUS PHILOSOPHI probant Deum hominibus nihil reuelasse ad ipsorum salutem sciri necessarium, ad quod quidem non possit humani ingenij actus se ipsa inquirendo penetrare.

Cap. 1.

Admirabilem quamdam rationis, & intelligentiæ vim in hominis natura contemplantes Philosophi, cum cæterarum rerum, tum Dei ipsius indagacionem omnem, inuentionemque eidem tribuere non sunt veriti, atquè iccirco vniuersam eiusmodi notitiam facilè sibi ipsis, quasi iure suo, illi arrogarunt. Qui quidem inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt, intellecta conspici, cum Apostolo, animaduertentes, nullam scientiam Philosophia ipsa præstabiliorem, Dei concessu, & munere mortalium generi dari vnquam posse putarunt, proptereaquè aliam cognitionem, veluti diuiniorum, inquirere superuacaneum, profiteri autem temerarium esse dixerunt. Cum enim ipsum ens (id omne scilicet quod est) intellectus nostri sit naturale, proprium, & adæquatum (vt dicunt) obiectum, illud verò vniuersum atquè singulas ipsius partes, accerrima rerum indagatrix Philosophia studio sè inquirat, subtiliter inueniat, & copiosè tractet, nihil profectò iam erit reliquum, quod ab ipso homine, eiusmodi scientia exulto, sciri cognoscique præterea possit. Quòd si quis huius vim argumenti declinare se putans dixerit, Id certè omne Philosophiam abundè contemplari, quodcumque comprehendi naturali ratione potest; Aliam tamen quamdam, huic multum disparem, cognoscendi rationem in homine præterea inueniri, eandemque esse diuinam, vt potè quæ Deo ipso auctore, atque humanam mentem mirè illustrante perficiatur, ea verò hominem altius iam extolli, & ad

Opinio Philo-
sophoru
quod nulla
sit Dei reue-
latio.

Rom. 1.

Cõfirmatio

Quoròdam
responsio.

Respon-
sionis oppu-
gnatio.

Aristoteles.

ad suprema euectum tum plura sibi occulta intelligere, tum etiam quicquid percipit melius cognitum, atque animo firmitus conceptum illud habere, quàm id omne habeat, quodcunque demonstratione conclusum Philosophia eundem docuerat. Eam quidem responzionem ipsi Philosophi (Peripatetici præsertim) aspernari videntur, atque dissimilem hanc, & diuinam cognoscendi rationem apertè negantes probare contendunt inanem prorsus & nullam esse huiusmodi cognitionem, vt potè quæ nec Deo, nec homini congruere vlla ratione possit. Omnis nanque cognitio nostra (vt ipsi aiunt) pendet à sensu, à quo traditas & impressas rerum imagines, mens ipsa contemplatur, hinc illæ peruulgatæ in Peripateticorum Scholis enunciationes, nihil esse in intellectu, quod prius non fuerit in sensu. Oportereque intelligentem (vt inquit ille) phantasmata speculari. Dei autem (primæ nimirum causæ) actio ipsa medijs secundis causis inferiora hæc (dicunt illi) semper attingit, Quare mentis nostræ à Deo immediatam illustrationem (quam nos Christiani interiorem Revelationem dicimus) & ipsam contemplatiuam sine sensu perfectionem, cum diuinæ actioni, tum nostræ susceptioni quam maximè repugnare ipsi concludunt, adduntque præterea Deum ipsum (siquidem eiusmodi notitiam nobis ille impertiretur) humanam profectò mentem eo dono augere iccirco dicendum esse, quia esset illud ad salutem nostram summopere necessarium. Dicitum autem istud improbabile esse ipsi affirmant, atque huiusmodi ratione demonstrant. Quæcunque cœli ambitu continentur, ea omnia (infima etiam ac vilissima) proprios, & præstitutos fines, solis vitæque naturæ viribus consequuntur, cæteris verò omnibus cum homo ipse naturæ præstantia, & mentis acutissime longè antecellat, cur est idipsum illi soli, quæso, denegatum? vt ipsi adiungenda iccirco fuerit Reuelatio, tanquam ad eiuſdem beatitudinem adipiscendam necessaria? Idemque alio argu-
mento

mento à nobis sumpto confirmant dicentes. An non homines antiquissimis temporibus sola in naturæ legem seruantes, & rationem ipsam ducem sequentes Deum piè, sanctèque colere, ac beati tandem effici potuerunt? Quod etiam ipse Paulus apud vos ò Christiani (dicunt illi) fateretur, Vt enim nos testimonijs etiam nostris conuincant, huius testem APOSTOLVM producant dicentem [Gentes, quæ legem non habent, naturaliter, quæ legis sunt, faciunt, eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis] Qui APOSTOLVS de ipsis etiam Philosophis scribebat [Vt sint inexcusabiles, quia cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt] Perinde ac si diceret potuisse quidem illos salutem consequi, si postquam Deum ratione cognouerunt, honorem quoque illi debitum deferre, atque immortales gratias agere non recusassent. Quid verò diceret præterea aliquis, Nonne (vt idem inquit Paulus) lat est ad salutem, quæ accessu ad Deum nobis comparamus, mentibus nostris infimum esse. Quòd ipse Deus est, & inquirentibus se remunerator sit? At istud ratione quidem, & argumentis, ex natura sumptis concludi commodè potest. Quorsum igitur reuelatio? quæ his rationibus oppugnata, & Philosophis ignota, à nobis quoque explodenda videri propterea possit.

Rom. 2.

Rom. 1.

Heb. 11.

Argumenta ex natura sumpta, quibus nonnulli pij viri putant Philosophos cogi ad Reuelationem diuinam concedendam. Cap. 11.

Hoc tamen asserentes Philosophi, hominis naturalem, & naturæ vi adipiscendum finem solum vtique cognouerunt, qui si eiusdem supernaturalem, atque diuino auxilio assequendum finem pariter cognouissent, Dei quoque
Q reue-

reuelationem esse homini, vel necessariam, vel saltem congruentem, non rationi (vt dicebant) repugnantem, facile credidissent. Quam quidem pij aliquot & docti viri pluribus exquisitisquè rationibus, ex natura sumptis, ita confirmarunt, vt verè etiam illam demonstrasse persuasissimum ipsi habeant. Sumunt verò isti in primis principium illud, certum scilicet exploratumque esse plurima sensum atque intelligentiam nostram effugere, idque cæteris omissis, in Dei cerè cognitione esse exploratissimum, cuius vix minimum quid, insigniores etiam Philosophi, ratione depræhendere potuerunt, vt suam ipsi ignorantiam fassi iccirco dixerint [Intellectus noster se habet ad ea quæ sunt manifestissima in natura, vt oculus vespertilionis ad lumen solis] cum igitur superfint plurima, quæ mentis nostræ aciem effugiant, quorum tamen desiderio, natura suadente, mirificè teneamur, necessarium profectò est naturalem hanc desiderij nostri expectationem expleri, & intelligibile omne, quod superest, & cuius veritatis capax mens nostra aliqua ratione esse potest, quandoque intelligi, ne vtriusque potentia, (quod natura ipsa non fert) vana efficiatur, Vtrumque verò præstare Reuelatio ipsa commode potest, vt propterea censenda sit necessaria. Id ipsumque ex eo etiam depræhendi facile potest, quòd ratio ipsa liquidò demonstrat, quàm sit moralis virtus hominum vitæ necessaria, & naturæ pariter congruens, in primis verò iustitia, Iustitiæ verò primaria pars Religio ipsa est, cuius exquisita notitia ex Reuelatione vtiq; pendet. Quam quidem Religionem in omnium animis insitam videmus, cum nulla sit natio, tam immanis & barbara, quæ non sit aliqua Religione obstricta, vt varia, & innumera superstitionum genera apertè testantur, Atque augures, Arioli, Somniorum interpretes, Sibyllæ, Oracula, Vates denique omnes, quos Gentes consulunt, non obscure indicant in earum animis innatam esse Religionem, opinionemque, quòd rerum fu-

turi

Primum Argumentum.

Arist. 2 Metaph. Plato in Parmenide.

Secundum Argumentum.

turi euentus sæpe hominibus præmonstrentur, Quare hoc quoque argumento, ex natura sumpto, aliquam esse hominū futuram vitam, Deumque ipsis multa reuelare confirmatur. Quod nos præterea docet ipsa Dei summa prouidentia, qua mundus administratur. Cum enim sapius perdit, ac flagitiosissimi homines diutissimè viuunt, rebusquè secundissimis fruuntur, contra autem viri iusti & omni virtutum genere præditi, ærumnosi ac miseri sæpissime conspiciuntur, & calamitate tandem oppressi, miserabiliter etiam emoriantur, vel cerè Deus erit vehementer accusandus, vel eiusdem prouidentia neganda, quorum vtrumque naturali etiam rationi maxime repugnat, vel denique (quod, vt est postremum, ita omnium verissimum videtur) futura vita erit asserenda, in qua bonorum & malorum conuersio fiat, ac paria paribus respondeant, posita autem futura hominum vita, consentaneum erit eiusdem quoque conditiones ab illis non ignorari, ad quos ipsa pertinet, hoc autem reuelatione sola fieri vtiq; necesse est. Idemquè eo quoque argumento confirmatur, quòd non solum hominis supremus finis supernaturalis est, sed media quoque primaria sunt diuina, & supernaturalia, vt Christi incarnatio, & merita, sacramenta, fides, spes, & charitas, quæ propterea sola vi rationis percipi non possunt, quam etiam effugiunt nonnulla, quæ hunc finem impediunt, vt est ipsum originale peccatum. Cum tamen oporteat hominem, agentem rationalem, & causam, quæ cognitione ac voluntate opus suum efficit, cum finis, tum etiam mediorum, atque impedimentorum notitiam habere, quam sola reuelatio exhibet, quæ propterea erit nobis simpliciter necessaria, in eiusmodi autem necessarijs, Deus ipse nunquam deest. Quare hanc quoque Reuelationem, ad salutem nostram (vt demonstratum est) summopere necessariam, nobis illum tribuisse fatendum est. His itaque rationibus, ex natura sumptis, putant isti se verè demonstrasse,

Q 2 necessa-

Terriū Argumentum.

Quartum Argumentum.

necessariam omnino esse ipsam Reuelationem, vt propterea ratione concludendum pariter sit Deum hominibus illam impertitum esse.

Argumentationes diluuntur, quibus Reuelatio confirmabatur, probaturque finem hominis supernaturalem & diuinam ipsam Reuelationem, nulla prorsus naturali ratione demonstrari posse. Cap. III.

Rationes autem istæ, ex natura sumptæ, ad ipsam diuinam reuelationem persuadendam, etsi ad fidei nostræ femina fouenda sint (vt aliàs declarabimus) admodum opportunæ, an tamen verè demonstrant (quod pij illi, ac eruditi viri profitebantur) cum omnibus non sit perspectum, nunc erit accuratè inspiciendum. Surgens itaque ad respondendum Peripateticus in primis philosophus, ad quem hoc maxime pertinet, ne suomet gladio conficiatur, facilè quidem concedet tum plurima esse, quæ hominis sensum, ac rationem effugiant, tum neminem posse ad naturæ arcana penetrare, nisi internuncio sensu ad ea deferatur, Deum quoque ipsum, mentesque omnes & substantias à corpore abstractas, ex sola actione, sensum attingente, à nobis percipi posse affirmabit, & quamuis hoc sensibili posito fundamento, possit quidem humana ratio argumentationum subsidijs fulta à terra altius se tollere, & scientiæ ædificium extruere, non tamen eò peruenire illi vnquam licere, vt Dei, atque illarum mentium essentiam ipsam intelligat. Quid enim mirum si superius ab inferiori non compræhendatur, & maius à minori non contineatur, nec homo ea omnia intelligat, quæ Deus ipse nouit? Quorundam vero hominum desiderium immoderatum, ac temerarium satiari non oportet.

Cōsuetatio.

Responsio
ad primum
Argumentū.

tere, nec etiam decere idem fatebitur. Quamuis non defuerint celebres Philosophi, qui, vt summam hominis felicitatem vsque ad diuinæ substantiæ notionem extollerent, ausi sint affirmare, Deum ipsum intellectui nostro, iam perfecto, & in actu (quod dicunt) constituto, ita se adiungere, vt illius assistens forma efficiatur, quod quidem, vt veritati fideique nostræ non congruit, ita propositæ quæstioni minime deseruit. Moralem quoque virtutem omnem dicit ille se libenter amplecti, in primis verò iustitiam, Religionem, atque pietatem, quæ quidem ab hominibus Deo ipsi maxime deberentur, etsi nulla esset ab eo immortalis vita illis impartienda, quis enim negaret Deum semper esse colendum, summisque honoribus afficiendum? à quo (vt inquit ille) [Cælum & natura pendet, & communicatum est omnibus esse & viuere, his quidem clarius, his verò obscurius.] vt propterea in omnium animis aliqua Religionis vestigia impressa cernamus. Quamuis nos Christiani aliam quoque huius causam afferre possimus, qui diuinis scripturis fidem adhibentes, nouimus Adam primum parentem à Deo sibi traditam Religionem posteris reliquisse, vt inde discamus Dei potius munere, & traditione quadam, quàm natura, fuisse Religionem hominibus impertitam; latissime etiam propagatam, atque in omnium animis ea ratione insitam, Dei quidem benignitate incorruptam, atque lege & euangelio auctam, Dæmonum autem malitia deprauatam. Quòd si omnium diuinationum genere vfos fuisse ethnicos legamus, illos errore potius lapsos, vel (quod verius est) dæmonum fraude delusos, quam natura ductos id fecisse putandum est, quos tamen de illis futuris solum vates ipsos consuluisse certum est, quæ ad hanc mortalem vitam pertinere existimabant. Quare nullam propterea huiusmodi reuelationem agnouerunt, quæ ad futuram vitam esset (vt asserbatur) necessaria. Prouidentiam quoque non negarunt illi, qui præclariis phi-

Simplicius
Themistius
Auerroes.

Ad secundū

Arist. 1. de
Cælo. 10. 100.

Ad Tertium.

lolo-

lofophati esse videntur, eaque vniuersis rebus humanis, vel etiam (vt nonnulli) singulis consuli sunt opinati, futuræ autem vitæ (quam ignorabant) prospici nunquam iidem putarunt, hominumquæ summam felicitatem, non in fortunæ bonis, sed in virtute, & in virtuti congruente actione ipsi collocarunt, atque improbos homines beatè viuere, vel honestè viuentes miseros esse vnquam posse iccirco negarunt, Virtutem quoque ipsam nullam mercedem desiderare sunt arbitrati, sed se ipsa, suaquæ actione contentam, bonis quidem externis vti quoad liceat, illis autem, si careat, non ægre ferre censuerunt, aperitè itaque ipsi pronunciarunt multò melius consultum esse probis viris, fortunæ bonis carentibus, quam improbis, illorum copia florentibus, perinde, ac si vni centum nummi, alteri vix vnus numeraretur, (quamuis cumulatè beatus is dicatur, qui bonis omnibus tum interioribus & proprijs, tum etiam externis affluat). His autem positis, in quo erit, quæso, Dei provideutia accusanda? an in eo fortasse, quòd in eundem omnia non semper conferat? Id verò cur debet? confert tamen quandoque, sed sapius multa quàm omnia, iusta igitur repræhensione caret. Nec ob eam causam futura vita, eiusque conditionum reuelatio necessariò erit asserenda (quamuis piè quidem, nec ineptè, fidelibus id hac ratione persuadeatur) quod cum demonstratum nondum fuerit, ad media & impedimenta iam non erit necessaria consecutione iccirco progrediendum, quæ tum rationi ipsi occulta sunt, tum etiam non sunt scitu simpliciter necessaria, sed posita & concessa (vt fide asserimus) æterna beatitudine, quæ quidem nunc in quæstione versatur, & fide potius est profitenda, quam ratione concludenda, vt mox demonstrabitur. Eamque (vt hoc quoque obiter dicamus) non attingit homo vt merus agens rationalis, (quod allata ratio indicabat, docebatquæ Pelagius) sed potius vt gratiæ Dei cooperator. Quare illud quoque argumentum dilutum

videtur,

videtur, quòd ex ipsis medijs, & impedimentis sumebatur. Vt autem obiectis rationibus cumulatius adhuc satisfaceret, posset ex redundantia quadam, nec forsan inscitè, illud quoque à respondente addi, quod dato etiam sed (vt dicitur) non concesso, futuram hominum vitam, finemquæ supernaturalem posse ratione demonstrari, ex hoc tamen solo (fide scilicet seclusa) rationis certa consecutione non concluderetur Reuelationem ipsam esse propterea necessariam. Quæ enim esset eiusmodi consequentia? & quo tandem medio nitetur? nullo profectò, quod ab infideli philosopho concedatur, vana igitur & futilis est omnis hæc obiecta consecutio. Idipsumquæ huiusmodi etiam argumento depræhenditur, Aut enim naturalis ratio hoc solum concludit, quòd aliquis sit hominis supernaturalis finis, quid autem sit & quomodo acquiratur prorsus ignorat, Idemquæ propterea homini per se occultum putat, Quare nec scitu necessarium esse illud existimabit, quod ne scibile quidem esse iudicauit. Aut ratione ipsa non solum cognoscimus finem supernaturalem esse, sed plenè etiam, & abundè intelligimus quid sit, & qua ratione, quibusue medijs commodè attingi possit, ex quo necessariò sequitur superuacaneam omnino esse ipsam Reuelationem. Aut (quòd postremum est respondentis per fugium) non quidem perfectè, sed aliqua tamen ex parte hæc omnia ratione percipimus, cum scilicet ea duce cognoscimus finem hominis supernaturalem esse vitam quandam immortalem, in Dei cognitione positam, quam homines ipsa contemplatione, & virtuti congruente actione consequantur, vt naturali beatitudine media, ad summam & futuram beatitudinem ipsi perueniant, æquissimum enim esse, vt inferior perfectio ad superiorem, imò supremam ducat. Hæc autem si ratio ipsa (vt ponitur) concluderet, tunc profectò putaret Philosophus id sibi satis superque esse ad supernaturalem finem adipiscendum, nec aliud præterea in hac mortali vita de futura

tura beatitudine sibi quærendum, aut scibile putandum esse, quare nec reuelatione aliqua se egere omnino sentiret, Inanis igitur (vt dicebamus) est consequentia ex supernaturali sine Reuelationem concludens, cum fide potius sit asserenda, quam (vt illi putabant) ratione demonstranda; Quo explicato ad id iam redeamus, vnde digressi sumus, vt scilicet directè probemus finem hominis supernaturalem nulla prorsus naturali ratione demonstrari posse, quod quidem hucusque oblique (vt dicitur) argumentationes nimirum diluentes, conclusimus. Si itaque supernaturalem hunc finem quis demonstraret, necesse profectò esset vt à priori, vel saltem à posteriori argumentando eum probaret, à priori quidem si demonstraret, ex per se causa concluderet. Naturale igitur principium esset per se causa rei supernaturalis, quod fieri omnino non potest & ex eo etiam illud sequeretur incommodum, quòd scilicet, huiusmodi naturale principium supernaturalem ipsum finem, cuius est per se causa, nobis largiri sua natura posset, quod quidem & rationi, & fidei maxime repugnat. à posteriori autem si dixeris huius demonstrationem esse, in alias statim incidet difficultates, Nulla etenim naturalis actio naturam ipsam transcendit, à qua necessariò pendet, cum formam sequatur, quare supernaturale aliquid ostendere, atque ad illius notitiam nos attollere non potest, cum causam solam indicet, cuius est effectus. At Deus dices, qui maxime supra naturam est, ratione ipsa est cognitus, atque eum non solum esse, sed à corpore quoque abstractum, æternum, simplicem, vnum, bonum, intelligentem, motus principium, ac rerum omnium causam esse docent, demonstrantque Philosophi. Quid igitur prohibet quæ supra naturam sunt, ipsumquè supernaturalem hominis finem ratione iuueffigare? fallax itaque erat argumentatio, qua oppositum paulò ante concludebatur. Ad quod breuiter respondemus, ex ipso motu, actione nimirum naturali,

Probatur finem hominis supernaturalem demonstrari non posse.

Obiectio.

Solutio.

argu-

argumentantes Philosophi nonnulli eius primum principium Deum asseruerunt, atque ex effectibus ad ipsas causas procedentes, ascendentesquè, primam tandem ac supremam causam, Deum scilicet, inuenerunt, diuersisque rationibus diuersa illius prædicata concluderunt, nec tamen naturam ipsam propterea transcenderunt, dum Deum illius auctorem, & rerum naturalium causam ratione intellexerunt. Deus enim, vt principium, à quo singula emanant, vt forma, in qua eminenter rerum omnium perfectiones congregantur, vt finis, quòd vniuersa feruntur, illis nominibus nuncupatur, estque rerum naturalium, quæ ad ipsam referuntur, (vt Philosophi loquuntur) correlatiuum quoddam, quare sub eadem rationem quodammodo cadit, & naturali iccirco ratione æquè cognosci potest. Id verò omne Paulus Apostolus vno nomine [quod notum est Dei] appellauit. Vt verò idem ipse Deus gratiæ auctor est, naturam omnino transcendit, rationem omnem superat, nec à priori, nec à posteriori naturali ratione demonstrari potest, idemque accidit in quacunque re supernaturali, de qua quidem erat quæstio, & nostra demonstratio concludebat. Eandem verò conclusionem olim Hilarius præclare explicabat dicens [Neque scientiam cælestium per semet humana imbecillitas consequetur, neque inuisibilem intelligentiam ipse sibi corporalium sensus assumet, non enim vel quod creatum in nobis, atque carnale est, vel quod in vsum vitæ nostræ ex Deo datum est, suomet iudicio naturam creatoris sui opusque discernet, Non subeunt ingenia nostra in cælestem scientiam, neque incomprehensibilem virtutem sensu aliquo infirmitas nostra concipiet] Huius itaque sententiæ fundamentis conuulsis, propugnaculisquè deiectis, concludendum profectò videtur, fieri omnino non posse, vt humana ratione demonstraretur, atque ex natura sùpto argumento cõvincatur Deum hominibus aliqua reuelasse, quæ sint ad ipsorum salutem scitu necessaria.

Rom. 1.

De Trinitate.
lib. 4.

R Scri-

Scriptura, & traditione diuina demonstrari (etiam apud infideles) quòd Deus hominibus aliqua reuelauerit, de aliorum sententia probatur.

Cap. IIII.

Alia opinio.

Obiectio.

DE hac propterea via declinantes aliqui, aliam longè diuersam ineunt, quam etiam firmissimis, vt ipsi putant, argumentis muniunt. Afferunt autem isti, scriptura sacra, diuinaque traditione satis superque demonstrari Deum ipsum plurima reuelasse, quæ quidem legentibus, atque audientibus maxime sunt obuia. Quorum profectò sententia videri potest alicui risu potius explodenda, quàm argumentatione aliqua refellenda, cum illa nimirum præ se ferat manifestam principij petitionem, vt potè quæ incognitū quoddam ex alio magis adhuc ignoto, & in quod idipsum includitur, demonstrare contendat, illud enim in quæstione versabatur, An Deus aliqua hominibus reuelauerit, isti verò sibi sumunt Deum ipsum locutum esse, atque illius instinctu & afflatu scripturas & traditiones confectas ad nos peruenisse, quod quidem non solum à proposita quæstione continetur, sed alterius præterea maximæ difficultatis exitum flagitat, eo enim constituto, de quo nunc dubitatur, An scilicet Deus aliqua reuelauerit, reliquum iam erit quærere, An scripturæ canonicæ & traditiones aliquæ sint Dei verba. Quæ quidem dubitatio perobscura admodum est, vt paulò post cognoscemus, Illi verò vtrumque ponunt, & pro certò habent, atque iccirco ad probandum an est, sumunt quòd sit, & quid sit. Ad hanc obiectionem ipsi statim respondent affirmantes nullam hic esse petitionem principij, id enim se nolle sumere, quod probandum esset, imò velle demonstratione concludere scripturas canonicas esse Dei verba, vt ex hoc inferant Deum locutum esse, à specie ad genus procedentes, perinde

Solutio.

perinde ac si quis probaret hominem esse, vt ex eo animal quoque esse demonstraret, Scripturas autem huiusmodi esse diuinitus inspiratas pluribus argumentis demonstrare illi contendunt. In primis autem antiquitatem ipsam scripturæ id apertè testari affirmant, quam quidem vniuersis hominum scriptis ac monumentis vetustiorē esse plurimis, certissimisque argumentis conuincunt illustres atque omnis antiquitatis peritissimi scriptores, Iosephus, Clemens Alexandrinus, Tatianus, atque Eusebius, qui præterea inductione probant omnem Græcorum Philosophiam ab Hebræis fluxisse. Præterea verò quidam indicat scripturarum mira consensus? nonne certissimum est id diuinitatis argumentum? Qui enim fieri posset tot scripturas diuersissimis temporibus, & ab innumeris ferè hominibus conscriptas, tanta inter se veritatis conspiratione consentire, vt ab vna mente, vnoque ore manasse dixeris, nisi Dei spiritus humana manu illas exarasset, qui quidem semper idem est, hominum verò multiplex, & inconstans? Vetustati & consensio- ni accedunt sapientissimæ & inexplicabiles sententiæ, ad quas nulla humani ingenij acies penetrare potest, & illæ quidem multiplices, vt non solum difficiles, & abditi sensus, sed plures etiam, & varij, sub iisdemmet verbis lateant, & obscuritate inuoluti conspiciantur, quod quidem mirum est dictu, atque hominum scriptis penitus insolitum, Deo tamen ipsi dictanti congruens, & scripturæ sacræ germanum, ac familiare, quæ propterea diuina est iudicanda. Ad cuius innumerabiles laudes, veluti cumulus accedit admirabilis quædam eloquentia, non quidem humana, & ex artificio nata, sed Rhetorum legibus soluta, atque ab oratoribus nec vsu, nec ratione cognita, quæ tamen occulta quadam, & maxima vi ita sensum mouet, mentem illustrat, totum denique hominem flectit, rapit, extra se ponit, vt diuinam illam esse facile sentias, Deinde verò tot de rebus maximis prædictio-

Primum Argumentum

De Antiquitate Iudaica
i. Aromat.
Oratione
cōtra gētes.
De præparatione
tionis Euāgelica li. 10.

Secundum Argumentum.

Tertium Argumentum.

Quartum Argumentum.

Quintum Argumentum.

nes, & Prophetiæ in ipsis scripturis leguntur, quæ certis euentibus sunt postea comprobatae, vt non obscure demonstrent Deum illarum auctorem fuisse, qui solus futuros rerum euentus, non necessarios, certò cognoscere, ac prædicere potest. Ad prophetias accedunt Miracula, naturam omnem transcendentia, atque Deum auctorem iccirco præferentia, qui solus omnia potest, & à quo naturæ ordo, eiusdemque conuersio pendet. his igitur signis, cum omnis, verbo vel scripto, fidelibus tradita doctrina sit comprobata, eam diuinam esse, quis vnquam mentis compos negare audebit? Præsertim cum Prophetia miraculo & miraculum vicissim Prophetiæ sit testimonio, sicut enim miraculum Prophetiæ veritatem demonstrat, ita rerum euentus, qui acciderunt, à Prophetis olim prædicti, miracula ipsa fuisse testantur, Vtriusque verò testes etiam locupletissimi sunt innumeri martyres, qui ætatem, sexum, & naturam ipsam constantia superantes, patrimonia, sanguinem, vitam denique profuderunt, in diuinam hanc doctrinam asserendam, & comprobendam. Quod quidem cum naturæ vires longè superet, imò repugnantem naturam prosternat, opus Dei esse, & diuinæ reuelationis grauissimum testimonium est iudicandum.

Conclusio. Quare tot ac tantis rationibus iam concludendum videtur scripturam sacram indubiè à Deo traditam esse, Vnde etiam apertè colligitur Deum hominibus aliqua reuelasse, quod quidem posita quæstio flagitabat.

*Responsiones ad argumenta ducta ex scriptura diuina,
ad Reuelationem demonstrandam.*

Cap. V.

SVnt quidem rationes istæ, quas paulò ante audiuius, magni apud nos fideles ponderis, atque illarum vis suo loco

loco sigillatim explicabitur, Certas tamen demonstrationes easdem esse, & responsionem omnem à contradicentibus ita auferre, vt profus illos conuincant, affirmare non audemus, præsertim cum, eo posito, fides nostra non confirmari, sed labefactari potius, vel etiam euerti videatur, quæ quidem eiusmodi est, vt demonstrari nulla ratione possit, vt potè quæ rerum sperandarum sit substantia, argumentum non apparentium, ea verò demonstrata, nec ipsorum fidelium, qui quidem eiusmodi potissimum demonstratione niterentur, aliquod esset meritum, nec infidelis, qui huic doctrinæ obsteret, atque ad huiusmodi argumenta responderet aliquis inueniretur. Cum tamen resistent innumeri respondeant quoque non pauci, neque his rationibus se persuaderi patiantur. Qui quidem in primis dicunt Platonem Aegyptiorum scripta ac monumenta commemorare, omni scriptura sacra vetustiora. Aristotelem verò asserere in infinita temporum varietate infinitos quoque, & innumerabiles, tum opinionum, tum aliarum rerum circuitus quosdam existimandos esse, quibus omnia mutuo ortu & casu sibi inuicem successerint, vt iam nihil omnino in caducis primum dici possit. Sed esto concedatur, inquiunt, hoc quoque, omnibus scilicet humanis scripturis antiquiorem illam esse, quæ sacra dicitur, Quid tum? an propterea diuina est iudicanda? vel potius inter humanas prima numeranda? Consensionem quoque raram admodum, ac difficilem esse illi concedunt, nec tamen humanis scriptis eam propterea aduersari, quibus si vera narrare, & complecti licet, sibi ipsis quoque consentire profectò licebit, cum verum vero sit omnino consonum Reconditos verò ac difficillimos sensus in Philosophorum scriptis pariter inueniri ijdem asserunt, quamuis Celsus, Porphyrius, Iulianus, atque innumeri alij (impij illi quidem) in Scriptura sacra nec consensionem nec sententiarum maiestatem agnoscant, Multiplices autem sub iisdem verbis literales

Responsio ad
argumeta.

Ad primū.

Ad secundū.

Ad tertium.

(vt

Sextum Ar-
gumentum.

Septimum
argumen-
tum.

(vt dicunt) sensus scripturæ huic, præter fideles, nemo concedit. Eloquentiam deniquè ab ipsa tantum abesse prædicant infideles, vt barbarismos etiam, ac solœcismos non paucos in illa facilè animaduertant, atque incredibilem infantiam eiusdem scriptoribus ascribant. Futurorum deinde contingentium nullam esse definitam veritatem Peripatetici ipsi asserunt, quare nequè certam ipsorum prædictionem aliquam concedunt. Qui verò vtrumque fatentur, addunt præterea (quod & illi non negant) futuros aliquos euentus posse casu potius quàm scientia prænunciari, obscuras multiplicisque scripturas, in varios rerum præteritos euentus posse à solerte interprete facilè accommodari, oraculis denique idem accidere. Miracula quoquè infideles ipsi negant, cum illorum oculis ea non subiiciantur, profitenturquè soli scriptorum narrationi, quæ & quanta sint illa exponenti, se fidem non adhibere, multa etiam mira ac portentosa à natura edi, ac procreari, cuius virium fines, etiam sapientes, quandoquè lateant, præstigijs deniquè multorum oculos illud iidem affirmant. Martyres verò illos, vehementer nimirum persuasos, nec vi, nec metu de sententia deijci potuisse dicunt, qua quidem ad immortalem vitam aspirantes, mortalem hanc eosdem facilè profudisse illi non mirantur, qui id ipsum Philosophis quibusdam pariter accidisse narrant, vt potè qui vana quadam opinione decepti se ipsos interemerint, nec inter ipsos Christianos defuisse commemorant hæreticos non paucos, qui de vita, quàm de sententia decedere maluerint, huiusmodi enim appetendæ mortis studium, vim quamdam esse tum rationis & contemplationis, tum etiam virtutis ac vitij, animique perturbationum, vt iccirco permulti patriæ, parentumquè pietate, aut filiorum charitate permoti certo vitæ periculo se exponant, mortemquè ipsam oppetant. Alij contra odio, ira, libidine, ebrietate, furore denique obcæcati vitam nihili ducant, & sine vlla spe ad interitum

interitum voluntarium ruant; Hæ igitur omnes sunt impiorum voces, quibus allatæ argumentationes diluuntur, & certas demonstrationes non esse conuincuntur, atque illi quidem impiè, sed vt diuino lumine, Dei iusto iudicio, destituti, non inscitè forrassè loquuntur. Quis enim Deo non suadente, ac mentem illustrante poterit scripturæ splendorem perspicere? ad eius multiplices, & abditos sensus penetrare? Eloquentiam, ne dum Rhetoricæ, sed Grammaticæ etiam repugnantem, agnoscere, eaque flecti ac permoueri? Prophetias certas, & euentu comprobatas credere? Martyres à pseudomartyribus secernere? Miracula deniquè ipsa quod Dei sint opera asserere? Quæ quidem omnis Israel, etiam inspectans, non agnouit, vt propterea ei diceret MOYSES, [Vos vidistis vniuersa, quæ fecit Dominus coràm vobis in terra Aegypti, Pharaoni, & omnibus seruis eius, vniuersaque terræ illius, tentationes magnas, quas viderunt oculi tui, signa illa portentaquè ingentia, & non dedit vobis Dominus cor intelligens, & oculos videntes, & aures, quæ possint audire] Deo igitur docente & illustrante, hæc omnia intelliguntur, quo præceptore si quis non vtitur, scripturæ præstantiam non agnoscit, Prophetiæ vaticinio non credit, Dei miracula à naturæ & hominum miraculis non seiungit, Martyrum deniquè constantiam, charitatem, pietatemquè stultitiam putat. Platonis tamen, quam illi adducebant, de Aegyptiorum historijs narratio, mera fabella est; Aristotelis verò circulus, quo eodem singula sapius reuoluuntur, mundi æternitatem ponit, quam nostri negant. Atque iccirco scripturæ antiquitas eiusmodi rationum vi labefactari nostris non videtur, quamuis illiusmet testimonio alij etiam libri videri forrassè possint ipsa Scriptura vetustiores olim extitisse, cum in eiusdem antiquissimo volumine scriptum sit [inde dicitur in libro bellorum Domini] vbi AVGVSTINVS [non dictum est in cuius Prophetæ, vel Patriarchæ sancto libro

Responsum
examen.

Dent. 29.

Num. 25.

Quest. super Num.
lib. 4.

bro, neque negandum est fuisse iam libros, siue Chaldaeorum, vnde egressus est Abraham, siue Aegyptiorum, vbi dixerat Moyſes omnem illorum sapientiam, siue cuiuscunque gentis alterius, in quorum libro aliquo potuit hoc esse scriptum.]

Diuinam Reuelationem nec naturali aliqua ratione, nec Scriptura argumento demonstrari posse conceditur, quam à Deo prodijſſe, & ad salutem nostram esse necessariam, sola fide nos asserere concluditur. Cap. VI.

His autem examinatis concedamus iam (etiam non petentibus) nec naturali ac humana ratione, nec scripturae praestantia demonstratum esse aliquid à Deo hominibus esse reuelatum, cui tamen enunciationi non demonstratae, nulla quidem euidencia coacti, sed diuino magisterio edocti, firmiter fide adhaereamus, est enim ipsa non solum credita, sed prima etiam, ad quam caeterae fidei propositiones, tanquam ad caput, reuoluuntur, adnunturque, vt ea conuulsa omnes ruant, neque enim fidei articulos vnquam profite-remur, neque scripturam sacram, aut traditionem aliquam Dei doctrinam ac verbum esse affirmaremus, nisi firmiter, & indubiè crederemus Deum hominibus aliqua reuelasse, & cum Daniele diceremus [Deus in caelo reuelas mysteria.] Quae quidem propositio, vt est vniuersae fidei ac doctrinae Christianae basis, ita erit nostrae institutae Methodi primum ac praecipuum fundamentum. Hanc verò, quam diximus, Reuelationem, non solum re ipsa à Deo prodijſſe, sed ad nostram quoque salutem summopere necessariam esse credendum est, cum illud ipsa nos doceat ad quod humana ratio & contemplatio penetrare non potest, siquidem super natura-

Auctoris
sententia.

Dan. 2:

Confirma-
tio.

ralem hominis finem id omne sit, qui solus naturalis finis, & quae ad ipsum referuntur, ratione inuestigari, cognoscique possunt, cum animae facultates vltra vniuersam naturam suavi minime progrediantur, finis enim, potentiae & actus mutuo se respiciunt, ac certa inter se proportione comparantur, vt sapienter admodum scriptum sit [oculus non vidit, nec au-
ris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quae praeparauit Deus diligentibus se] haec etenim, sicut naturam ipsam transcendant, ita mentis quoque vires excedunt, quae iccirco ad ea percipienda eget reuelatione, perinde atque voluntas ipsa ad eadem appetenda, ac persequenda diuina indiget gratia [vt omnis sufficientia nostra ex Deo sit] propterea ISAIAIS dicebat [oculus non vidit Deus absque te, quae praeparasti diligentibus te] & SAPIENTIA clamabat [Homo infirmus & exigui temporis, & minor ad intellectum iudicij, & legum, & si quis erit confumatus inter filios hominum, si ab illo fugerit sapientia tua, in nihilum computabitur] contra verò [Beatus homo, quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum] vt propterea Petro dictum sit [Beatus es Simon Bariona, quia caro, & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus, qui in coelis est] vtimur autem scripturae testimonio, fideles nimirum ipsos alloquentes, quos solos esse Theologiae idoneos Auditores posterius docebimus) cum igitur multa absconsa sint à sapientibus, quae reuelata sunt paruulis fidelibus ad ipsorum salutem necessaria, illa omnia prompto nos animo suscipientes, ac piè venerantes Deo gratias agamus, nec tamen piorum virorum argumenta spernamus, quibus idem ex redundantia quadam probare illi nitentur, sunt enim ea omnia piè & probabiliter exposita, atque apud perfectos fideles certissima, & mente clarius percepta, quam sint oratione expressa, ad imbecilles verò persuadendos ac confirmandos apprimè idonea, & accommodata, pijs quoque omnibus maximo sunt solatio, & oblectamen-

Cor. 22.

2. Cor. 3.
Isa. 64.

Sap. 9.

Psal. 93.

Matth. 16.

Tit. de Au-
ditor. Theo-
log.

to, tot enim clarissimis testimonijs Christianam Religionem redundantem potius, quam egentem quisquis animaduertit incredibili profectò letitia afficitur. Imo infideles ipsi hæc audientes, & animo contemplantes, non leuiter commouentur, permultique his suasionibus permoti ac diuino lumine illustrati veritatem agnouerunt, & fidem ipsam tandem professi sunt.

Responsiones ad argumenta eorum Philosophorum, qui diuinam Reuelationem oppugnantes illam conuellere sibi persuadebant. Cap. VII.

Responsio ad
argumenta
Philosopho-
rum.
Rom. I.

NVnc autem eas philosophorum quorundam fallaces, & captiosas argumentationes diluamus, quibus illi Reuelationem omnem, vt initio diximus, conuellere putabant; concedimus itaque entia omnia naturalia ratione duce inuestigari, & cognosci, Dei quoque nonnulla, vt Paulus affirmabat [à creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspici] atque ab illis Philosophis contemplari posse fate-mur, Quorum quidem scientiæ hoc totum est adæquatum, vt ipsi dicebant, obiectum, præter quod cætera omnia rationem ipsam transcendere, & philosophiæ finibus non comprehendi dicimus. Quod enim Deus ipse trinus sit, quod creator, quod gratiæ auctor, quod denique immortalis vitæ, æternæquæ gloriæ largitor ratione perscrutari nemo vtique potest. Naturalis nanque actio eò non perducit, sensus deficit, phantasia obiecto caret, mens verò vtriusque opera destituta subsidet, & rerum maiestate oppressa succumbit, supra naturam enim hæc omnia sunt, super naturalia autem agentia, actiones, & opera, supernaturalem pariter cognitionem necessariò flagitant, quam quidem homini Dei concessu, & munere tribui ignorant ipsi philosophi, vt potè qui
eam

eam solam, quæ à sensu pendet, scientiam agnoscant, præterquam nos fideles aliam diuinorem tum credimus, & profiteremur, tum Dei benignitate experimur. Ad illorum autem argumenta, quibus de sententia nos deicere ipsi putabant, faciliè respondemus. Quid enim mirum si Deus in intellectum nostrum immediatè agat, cum maior sit proportio inter vtrumquè à materia & corpore abstractum, quàm inter ipsum Deum, & coelum corporeum? Quod tamen immediatè à Deo moueri celebres etiam Philosophi asserere non sunt veriti, quorum tamen alij intellectum nostrum contemplatione perfectum, & in actu (vt dicunt) positum, cum Deo immediatè copulari, & ab eo, tanquam ab assistente forma, perfici affirmarunt. Alij verò, non obscurioris nominis Philosophi, intellectum agentem Deum putauerunt, & omnis nostræ intelligentiæ proximum illum auctorem agnouerunt, quem actione quidem corporea medijs semper secundis cauis, hæc inferiora attingere affirmabant, mentem autem nostram actione intellectuali immediatè ab eo moueri posse non negabant, quam etiam phantasmata non contemplantem, intelligere quis prohibet? etsi naturæ ordine quodam ita fortasse sit constitutum? quod enim supra naturam est, naturæ ordinem immutando perficit. Quamuis non desint etiam illustres Philosophi, qui asserant intellectum nostrum, in actu positum, & in summa naturali perfectione constitutum, Deum intueri, nec iam à phantasmatibus intelligendo pendere, idquè illi naturali ratione defendere modicus contendunt. Quod quidem nos supra naturam fieri affirmantes commodius, ac probabilius multò tueri poterimus, illud interim animaduertentes diuinam Reuelationem medijs etiam phantasmatibus in nobis sapissime fieri, vt posteriùs ostendemus. Profitemur etiam cognitionem huiusmodi à Deo nobis propterea esse reuelatam, quia saluti nostræ ipsa sit summopere necessaria. Quod quidem paulò ante abunde expli-

Themistius
Simplicius
Auerroes.

Alexander
Aphrodiseus.

Themistius
Simplicius
Auerroes.

cauimus. Ad id verò, quod eiusdem necessitati obijciēbatur, respondentes dicimus posse quidem infima quæquē ad suos naturales fines naturæ viribus aspirare, idemque homini pariter licere. Supernaturalem autem finem attingere naturæ opus non esse, ad quem cum homo solus inter mortalia & caduca omnia aspiret, solus quoque reuelatione indiget. Illud verò, quod addebatur, falsum omnino est, priscos scilicet homines naturæ legem diligenter obseruantes, potuisse æternam salutem sibi comparare, nisi fidem ipsam adiunxerint, [sine qua (vt Apostolus monet) impossibile est placere Deo] quamuis piè quidem credamus, & libentissime concedamus, homines naturæ leges non perfringentes, & recta ratione vtentes, reuelatione tandem illustratos à Deo fuisse, ac fidei dono auctos salutem ipsam accepisse, quod quidem singulari Dei benignitate acceptum referri debet, idquē sibi volunt Apostoli nobis obieciæ auctoritates, qui Philosophos quidem aliquam Dei notitiam habuisse testatur, quam nisi dæmonum cultu, aut nefarijs sceleribus commaculassent, sed, superstitione omni sublata, iustitiam coluissent, & Deo gratias egissent, quæ reliqua erant ad salutem ipsorum scitu necessaria Deo reuelante cognouissent. Illi verò contaminatæ superstitioni seruiētes, sibi ipsis omnia tribuentes, atquē in omni genere scelerum volutati, cognitionis, fidei, ac salutis aditum sibi ipsis præcluserunt, quod quidem, quæ immediatè sequuntur Apostoli verba, aperrè declarant. [Sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum, dicentes enim se esse sapientes stulti facti sunt, & mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentium, propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, in immunditiam, vt contumelia afficiant corpora sua in seme ipsis, qui commutauerunt veritatem Dei in mendacium.] Id ipsum verò docet explicans

Heb. 11.

Rom. 1.

A M L P O.

AMBROSIVS, siue Prosper dicebat. [Cum enim quidam non solum ad instituta vtilissimarum artium & doctrinas liberalium disciplinarum, sed etiam ad inquisitionem summi boni aciem mentis intenderint, & inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt intellecta conspexerint, non agentes gratias tamen Deo, nec confitentes illum sibi esse huius facultatis auctorem, sed dicentes se esse sapientes, hoc est non in Deo, sed in semetipsis gloriantes, quasi ad veritatis inspectionem suis studijs atque rationibus propinquassent, euanuerunt in cogitationibus suis, & quod illuminante Dei gratia inuenerant obcæcante superbia perdiderunt, relapsi à suprema luce ad tenebras suas, hoc est ab incommutabili, atquē æterno bono ad mutabilem, corruptibilemque naturam, cum ergo tales in amorem sui recidunt, & ita sibimet placent, vt totum quod in se laudabile iudicant, non ad dona Dei referant, sed sibi vendicent, & studio propriæ voluntatis ascribant, procul ab illa spiritali exultant voluntate, & nihil in se habent, quo ad vitam prouehantur æternam, incipientes in semetipsis etiam illa temporalia Dei dona corrumpere, & à bono eorum vsu in consuetudinem innumerabilium transire vitiorum] Gentes itaque absque lege [scripta legi ipsi consentaneas quidem actiones ratione suadete edere potuisse idem APOSTOLVS fatetur, perfectam tamen iustitiam absque fide consecutum aliquem esse sæpius negat dicens. [Iustus autem ex fide viuit] & [iustitia autem Dei per fidem Iesu Christi in omnes, & super omnes, qui credunt in eum] & rursus [iustificans eum, qui est ex fide Iesu Christi] & paulò post [Deus qui iustificat circumcisionem ex fide, & præputium per fidem] [qui palàm etiã affirmavit ad salutem ipsam esse necessarium credere Deum esse, & quod inquirentibus se, remunerator sit, an autem id solum sufficiat, non vtriquè expressit. Sed estò etiam quod satis illud esse tacitè forsan significarit, certè id non sola naturali ratione conclusum,

Lib. 1. de
Vo. Gen.
1. 4.

Rom. 1.

Rom. 3.

Rom. 3.

Heb. 11.

sum, sed diuino lumine cognitum salutem dare fatendum est, vt Deus scilicet non solum naturæ, sed etiam gratiæ auctor agnoscat, hoc enim ad fidem maximè pertinet, de qua **APOSTOLVS** loquebatur, vt eius verba non obscurè significant dicentis [sine fide autem impossibile est placere Deo quemquam; Credere enim oportet accedentem ad Deum quia est, & inquirentibus se remunerator sit] Dilutis itaque gentilium philosophorum argumentationibus, firma, ac rata erit sententia, quæ asserit Deum aliqua hominibus reuelasse, rationi quidem occulta, ad ipsorum tamen salutem scitu necessaria. Hoc verò fide cognito, & constituto, tanquam dicendorum basi posita. Quæ sit hæc Dei reuelatio, & quomodo hominibus impertita inquiramus.

Deum locutione Reuelationem complexum esse, hanc autem Dei verbo contineri ostenditur. cuius vniuersæ definitio traditur, & an Deum quisquam audierit explicatur. Cap. VIII.

Dan. 2.

DEus autem, in cœlo reuelans mysteria, cum absconderit ea sapientibus, & reuelauerit paruulis, locutione profectò aliqua id commodè præstitisse dicendus est, illum enim, etsi nullum habeat vocis instrumentum, vt potè qui ab omni corpore sit penitus abstractus, sapissimè tamen locutum esse nos Christiani non dubitamus, cum scripturæ palam testentur ipsum, tum spiritus eos, quos facit Angelos suos, sæpius allocutū, tum etiam cū Diabolo non semel sermocinatum, tum verò cum hominibus ipsis, mortali etiam corpore compactis, frequenter collocutum fuisse. omnem autem locutionem verbis effici, & contineri nominis, ac rei ipsius ratio apertè declarat, à qua quidem ratione diuinæ ipsæ scripturæ, ac tractatores omnes nunquam discedentes verbum

bum Dei constanter id omne vocarunt, quodcumque Deus locutus est. Certissimum præterea est eiusmodi verbum diuinum significatione sua omnem eam reuelationem completi, qua Deus homini occulta mysteria referat, ac patefacit, & quam esse nos paulò ante fide conclusimus, cuius vires, rationes, & modos plenè cognoscemus, si vniuersum illud Dei verbum examinabimus, quod ipse cum hominibus sermonem habens, protulit, cæteræ nanquæ diuinæ locutiones, quas supra commemorauimus, cum ad eam, quam instituimus Theologicam Methodum non pertineant, silentio erunt prætereundæ. Quoniam verò (vt mox sigillatim inquirentes cognoscemus) Deum ipsum hominibus variè locutum esse, accepimus, vt potè qui voce, litteris, rebus, visuius speciebus, somnijs, phantasmatis, atquè intellectualem motu homines erudierit, quæ quidem omnia Notæ quædam sunt, atque eo nomine ipsi diuino verbo utique congruunt. (nam res etiam ipsæ, vt paulò post fusè declarabimus, aliarum esse rerum notæ commodè possunt) verbum iccirco eiusmodi generatim definiendes dicemus. **VERBUM DEI** est nota seu suum diuinæ mentis, hominibus à Deo expressè commonstrata. Ad quam definitionem oculos adiiciens **ORIGENES** dicebat [& ideo siue hoc, siue illo, quo supra diximus, modo, cum voluntatem suam indicat, locutus esse dicitur Deus] In Gen. hom. 3. An autem loquentem Deum quisquam audierit, dubitare Dubitatio. Gen. 3. aliquis non inicitè posset, dicente quidem **ADAM** [Vocem tuam audiui in Paradiso, & timui] & alio in loco testante **SCRIPTURA** [totus autem mons Sinai fumabat, eò quòd Exod. 19. descendisset Dominus Deus super eum in igne & ascenderet fumus ex eo, quasi de fornace, eratque omnis mons terribilis, & sonitus buccinæ paulatim crescebat in maius, & prolixius tendebatur, Moyses loquebatur, & Deus respondebat ei.] Et rursus. [Vos vidistis quòd de cœlo locutus sum vobis] Exod. 20. quod quidem etiam huius sæculi Iudæi secundum litteram constan-

Ioan. 5. costanter credunt, CHRISTO tamen repugnante, & idipsum negante, vbi ait [Neque vocem eius vnquam audistis, neque speciem eius vidistis] cum quo nos (vt par est) consentientes respondemus, Deum quidem loquentem fuisse ab hominibus sapius auditum, propriam autem eius vocem ipsorum neminem vnquam sensisse, vt potè cuius nulla sit propria vox, quæ scilicet auribus, percipi possit, cum ipse sit summè spiritualis, atque ab omni corpore penitus abstractus, de quo nos admonens CYRILLVS ALEXANDRINVS, & quæstionem hanc doctè explicans inquit [Moyfes loquebatur, & Deus ei voce respondebat, attende diligentius, voce nanque, inquit, Deus respondebat, sed non addidit propria, sed simpliciter voce dixit, quæ verborum sono humano more miraculosè in audientium auribus insonabat, quid enim efficerè Deus non potest? Sed hæc quidem figuræ sunt, modo veritatem perspiciamus. Legimus igitur in sacratissimis Euangelijs dixisse Dominum, Pater clarifica filium tuum, & Patrem dixisse, & clarificaui, & iterum clarificabo, non fuisse autem Dei patris verè vocem Saluator ostendit dicens ad eos, qui aderant, non propter me vox ista facta est, sed propter vos, Vides quod factam esse vocem ait, non est enim congruum vt voce hac sonora, quæ ictu aeris fit, diuinam vti naturam putemus, etiam si ad vtilitatem nostram & per dispensationem humano more locutus esse dicatur. Hæc dicta à nobis sunt, vt verborum Saluatoris veritas appareat; quia nec vocem Patris vnquam audierunt, nec speciem eius homines viderunt] est igitur huiusmodi Dei vox, quam homines aliquando auribus accipiunt, Dei quidem iussu ad ipsorum fructum, & commodum facta, non tamen diuinæ naturæ propria. Multiplex autem cum sit Dei locutio, ipsiusque verbum, dicente APOSTOLO [Multifariam multisque modis olim Deus loquens Patribus in Prophetis, novissimè diebus istis locutus est nobis in filio] Quotuplex illud

In Ioan. li. 3. c. 3.

Heb. 1.

Iud fit distinctè cognoscemus, si quibus, quomodo, per quæ, & per quos, sit Deus homines allocutus, diligenti partitione collegerimus, atque singulas eiusmodi particulas accuratè examinauerimus.

Ea singula percensentur, & explicantur, per quæ Deum hominibus locutum fuisse accepimus.

Cap. IX.

IN primis quidem diuinæ Scripturæ testantur Deum ipsum sapius fuisse per vocem, & sonum homines allocutum, id enim & in Exodo legimus, (vt paulò ante dicebamus, & in GENESI scriptum est, [Vocauitquè Dominus Deus Adam & dixit ei, Vbi es? qui ait, vocem tuam audiui in Paradiso, & timui] & in LIBRIS REGVM, cum iam quartò Dei vocem Samuel audisset inquit, [loquere Domine, quia audit seruus tuus, & dixit Dominus ad Samuelem, Ecce ego facio verbum in Israel, quod quicumque audierit tinnient ambæ aures eius] atque ISAIAS dicebat, & audiui vocem Domini dicentis mihi quem mittam] Hoc itaque diuinæ locutionis genus est in scripturis frequentissimum, eiusmodi autem vocem Dei propriam esse non posse, sed eius iussu fieri iam conclusimus. Quomodo autem fiat hæc vox interroganti respondentes, tum ab Angelis, ab hominibus, & ab animalibus fieri ipsam posse dicimus (vt fusè declarabimus, cum per quos Deus locutus sit explicabimus) tum verò solo Dei omnipotentis iussu posse huiusmodi vocem in aere sine animato instrumento perinde formari, & effingi, atque ore ipso expressa pronunciat, non dubitamus, & formatam aliquando fuisse arbitramur, quod quidem Cyrillus etiam in eo, quod paulò ante produximus, ipsius testimonio asserere non obscurè videtur. Nec sola quidem voce sed

Per auditus obiecta.

Exod. 19. Gen. 3.

1. Reg. 3.

Isa. 6.

Quomodo fiat Dei vox.

In Io. li. 3. c. 3.

T quouis

quouis etiam sono Deus audientibus locutus est, vt cum sui præsentiam buccinæ sono indicabat dicente **SCRIPTURA** [totus autem mons Sinai fumabat, eò quòd descendisset Dominus Deus super eum in igne, & ascenderet fumus ex eo, quasi de fornace, eratque omnis mons terribilis, & sonitus buccinæ paulatim crescebat in maius, & prolixius tendebatur] Aliud verò genus locutionis est per visus obiecta, tum naturalia, tum artificiosa. Naturalium quidem exempla sunt in **IEREMIA** dicente, [& factum verbum Domini ad me dicens, Quid tu vides Ieremia? & dixi virgam vigilantem ego video, & dixit Dominus ad me, bene vidisti, quia vigilabo ego super verbo meo, vt faciam illud, & factum est verbum Domini secundo ad me dicens, Quid vides, & dixi ollam succensam ego video, & faciem eius à facie Aquilonis, & dixit Dominus ad me, ab Aquilone pandam omne malum super omnes habitatores terræ] & in **DANIELE** [Leuavi oculos meos & vidi, & ecce vir vnus vestitus lineis, & reies eius accincti auro obrizo, & corpus eius quasi Chrysolithus, & facies eius velut species fulguris, & oculi eius vt lampas ardens, & brachia eius, & quæ deorsum sunt vsque ad pedes, quasi species æris candentis, & vox sermonum eius, vt vox multitudinis, vidi autem ego Daniel solus, porro viri, qui erant mecum non viderunt, sed terror nimius irruit super eos, & fugerunt in absconditum; ego autem relictus solus vidi visionem grandem hanc] huius quoque generis locutio putanda est visio illa [Dominus autem præcedebat eos ad ostendendam viam in columna nubis, & per noctem in columna ignis, vt dux esset itineris vtroque tempore] Similiter quoque in nouo testamento, [Ecce stella, quam viderunt in Oriente antecedebat eos, vsque dum veniens staret supra vbi erat puer. Videntes autem stellam gauisi sunt gaudio magno valde, & intrantes domum inuenerunt puerum cum Maria matre eius] illius nanque stellæ cursu, quasi voce, Christi

Exod. 19.

Per visus obiecta.

Jer. 1.

Dan. 10.

Exod. 13.?

Matth. 2.

Christi incunabula Magis Deus indicauit. Per artificiosa autem visus obiecta locutus est Deus, cum legis præcepta lapideis tabellis inscripsit, dicente **SCRIPTURA** [Deditque Dominus Moyfi, completis huiuscemodi sermonibus in Monte Sinai, duas Tabulas testimonij lapideas scriptas digito Dei] Et rursus coràm Baltasare Rege per litteras loquebatur; narrante **DANIELE**. [In eadem hora apparuerunt digiti, quasi manus hominis scribentis contra candelabrum in superficie parietis Aulæ Regiæ, & Rex aspiciebat articulos manus scribentis] Quam scripturam Dei iussu exaratam esse ipsemet **DANIEL**, illam interpretatus, palàm testatur dicens [Porro Deum, qui habet statum tuum in manu sua, & omnes vias tuas, non glorificasti, iccirco ab eo missus est articulus manus, qui scripsit hoc, quod exaratum est.] Nec per sola quidem huiusmodi externa signa, sed per res etiam ipsas Deum locutum frequenter fuisse accepimus, in **GENESI** enim scriptum est, [Remansit autem solus Noè, & qui cum eo erant in arca] Quod interpretatus **PETRVS APOSTOLVS**, & ad rem significatam illud transferebat ait [Quando expectabant Dei patientiã in diebus Noè, cum fabricaretur Arca, in qua pauci, idest octo animæ saluæ factæ sunt per aquam, quod & vos nunc similis formæ saluos facit Baptisma.] Et rursus in eodem libro legimus. [Peperitque Agar Abrahæ filium, qui vocauit nomen eius Israel.] Et paulò post. [Vocauitque Abraham nomen filij sui, quem genuit ei Sara Isaac.] Quæ ad alia, veluti illis significata, transferens **APOSTOLVS PAVLVS** ad Galatas scribens inquit. [Scriptum est enim quod Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla, & vnum de libera per repromissionem, quæ quidem sunt per allegoriam dicta, Hæc enim sunt duo testamenta, vnum quidem a Monte Sina in seruitutem generans, quæ est Agar &c.] Et **CHRISTVS** ipse dicebat. [Sicut Moyfes exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium

Exod. 21.

Dan. 5.

Ibidem

Per Res.

Gen. 6.

1. Pet. 2.

Gen. 16.

Gen. 21.

Gal. 4.

Ioan. 3.

Matth. 12. hominis] Et rursus, [Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus, ita erit filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus] Sunt autem huiusmodi exempla in scriptura ferè innumera, & cuius facile obuia, vt iccirco non sint à nobis sigillatim recensenda sed potius PAVLI vnica, & vniuersali enunciatione generatim complectenda dicentis [Omnia in figura contingebant illis, scripta sunt autem ad correptionem nostram] Id autem non solum in veteri testamento obseruatur, sed in nouo etiam non obscure depræhenditur, eiusmodi nanque verba fuerunt ipsa Christi miracula, de quibus AVGVSTINVS dicebat. [Interrogemus ipsa miracula quid nobis loquantur de Christo, habent enim, si intelligantur, linguam suam, nam quia ipse Christus verbum Dei est, etiam factum verbi Verbum nobis est] Quòd si quis præterea in his, quæ diximus, confirmandis aliquot Patrum testimonia fortasse desideret, audiat is GREGORIVM dicentem [Aliquando res gesta in facto causa damnationis est, in scripto autem prophetia virtutis] Et rursus. [Dominus & redemptor noster per Euangelium suum aliquando verbis, aliquando rebus loquitur, aliquando autem hoc verbis, quod rebus] Et alio in loco. [In scriptura enim sacra iusti viri nõ solum quod dicunt Prophetia est, sed etiam plerunque quod agunt] Et [ipsa enim antiquorum Patrum gesta nobis prophetia sunt, qui dum aliud agunt, & aliud innuunt, occulta nobis, quasi per operis linguam, produnt] AVGVSTINVS etiam dicebat. [Vnde credendum est illos homines, qui Prophetis temporibus digni auctoritate fuisse commemorantur, omnia quæ scripta sunt de illis propheticè gessisse, atque dixisse, nec minus propheticè eis accidisse, quæcunque sic acciderunt, vt eodem prophetico spiritu memoriæ, litterisque mandanda iudicarentur] Præterea verò legimus Deum externis hominum sensibus prætermisissis per interiorum sensuum obiecta

eosdem fuisse sapius allocutum, quod obseruans GREGORIVS Magnus ait. [Aliquando imaginibus cordi oculis extensis per Angelos loquitur Deus] Ne autem externorum sensilium species hanc Dei interiorum locutionem suo impulsu impedirent, ac perturbarent, soluti ac liberi profectò esse tunc temporis non debebant externi ipsi sensus, sed aut somni vinculo constrictos, aut ecstasi & raptu, quasi prostratos, illos iacere oportebat, huius verò locutionis vtrumque genus simul complectens DOMINVS dicebat [Si quis fuerit inter vos Propheta Domini, in visione apparebo ei, vel per somnium] Quorum alterum (nempe per somnium) olim accidit ipsi Iacob. de quo scriptum est. [Vidit què in somnis scalam stantem super terram, & acumen illius tangens cœlum, angelos quoque Dei ascendentes, & descendentes per eam, & Dominum innixum scalæ, dicentem sibi. Ego sum Dominus Deus Abraham Patris tui, & Deus Isaac, terram, in qua dormis, tibi dabo, & semini tuo] Id ipsum contigit Patriarchæ IOSEPH. quod ipse recitans dicebat. [Audite somnium meum, quod vidi, putabam nos ligare manipulos in agro, & quasi consurgere manipulum meum, & stare, vestrosque manipulos circumstantes adorare manipulū meum] Et rursus [Vidi per somnium quasi solē, & lunam, & stellas undecim adorare me.] Idem accidit Pharaoni, de quo SCRIPTURA narrat. [Post duos annos vidit Pharaosomnium, putabat se stare super fluuium, de quo ascendebant septem boues pulchræ, & crassæ nimis, & pascebantur in locis palustribus, aliæ quoque septem emergebant de fluuiio fœdæ, confectæ què macie, & pascebantur in ipsa amnis ripa, in locis virentibus, deuorauerunt què eas, quarum mira species, & habitudo corporum erat, expergefactus què Pharaosomnium, septem spicæ, pullulabant in culmo vno plenæ, atquè formosæ, aliæ quoque totidem spicæ tenues, & percussæ vredine oriebantur, deuo-

deuorantes omnem priorum pulchritudinem.] Daniel quoque & alij prophetæ tum eiusmodi somnia, tum verò interiorum visionem raptu quodam sæpius experti sunt, atque IOANNES APOSTOLVS cum esset in Patmo Insula, & interiorum huiusmodi locutionem, visionemquè vigilans sensisset, dicebat. [tui in spiritu in Dominica die, & audiui post me vocem magnam, tanquam tubæ dicentis, Quod vides scribæ in libro, & mitte septem Ecclesijs.] Et de Petro scriptum est, [Ascendit Petrus in superiora, vt oraret circa horam sextam, & cum esuriret voluit gustare, parantibus autem illis cecidit super eum mentis excessus, & vidit cœlum apertum, & descendens vas quoddam, velut linteum magnum, quatuor inijs submitti de cœlo in terram, in quo erant omnia quadrupedia &c.] De Paulo similiter, [Visio per noctem Paulo ostensa est, Vir Macedo quidam erat stans, & deprecans eum, & dicens, transiens in Macedoniam adiuua nos, vt autem visum vidit, statim quæsiuimus proficisci in Macedoniam, certi facti quòd vocasset nos Deus Euangelizare eis.] Denique his omnibus tum externis, tum interioribus sensibus, atque ipsorum obiectis prætermiſſis, per intellectus solius obiecta locutum fuisse Deum accepimus, quod eidem PAVLO, vehementi raptu commoto, aliquando accidisse ipsemet testatur dicens, [Scio hominem in Christo ante annos quatuordecim, (siue in corpore nescio, siue extra corpus nescio, Deus scit) quoniam raptus est in Paradisum, & audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui] Idipsum quoque & assiduè in Christi, nondum passi, anima factum fuisse putandum est, vt potè quæ spiritum haberet in se manentem, nec ab ipsa vnquam discedentem. Nec solum quidem per singula ea, quæ recensuimus, separatim locutus est Deus, sed per plura coniunctim sermonem quandoque apud homines idem habuit, cuius locutionis exemplum proferens B. GREGORIVS ait, Aliquando per Ange-

Apo. 1.

Act. 10.

Act. 2.

Per obiecta intellectus.

2. Cor. 12.

Per plura coniunctim.

Mor. li. 28. c. 12.

los verbis simul & rebus loquitur Deus, cum quibusdam motibus insinuat hoc, quod sermonibus narrat, Neque enim Adam post culpam in diuinitatis substantia videre Deum potuit, sed increpationis verba per Angelum audiuit, de quo scriptum est, cum audisset vocem Domini Dei deambulantis in Paradiso ad auram post meridiem abscondit se inter ligna Paradisi, Quid est enim quòd post peccatum hominis in Paradiso Dominus iam non stat, sed deambulat, nisi quòd irruente culpa se à corde hominis motum demonstrat? Quid est quòd ad auram post meridiem, nisi quòd lux feruentior veritatis absceſſerat, & peccatricem animam culpæ suæ frigora constringebant? Increpauit ergo Adam deambulans, vt cæcis mentibus nequitiam suam non solum sermonibus, sed etiam rebus aperiret, quatenus peccator homo & per verba quod fecerat, audiret, & per deambulationem amisso æternitatis statu, mutabilitatis suæ inconstantiam cerneret, & per auram, feruore charitatis expulso, torporem suum animaduerteret, & per declinationem solis cognosceret quòd ad tenebras propinquaret] atque iccirco alio loco dicebat [Dominus & redemptor noster per Euangelium suum aliquando verbis, aliquando rebus loquitur, aliquando autem hoc verbis, quod rebus] Quod quidem postremum paritionis membrum exemplo mulieris & ficus, ex eodem Euangelio sumpto, statim confirmabat. Tot autem sunt, per quæ Deum hominibus locutum fuisse accepimus, nec etiam per plura loquentem illum à nobis percipi conijcere, vel suspicari facile possumus, Quicquid enim ad nos perlatum sentimus, ac percipimus, id omne vel per externa sensilia, vel per phantasmata, vel saltem per intellectus obiecta ad nos peruenire, & in notitiam nostram penetrare vtique oportet.

Gen. 3.

Hom. in e.
13. Euang.
sec. Lucam.

Illi omnes speciatim enumerantur, per quos Deus homines allocutum esse accepimus.

Cap. X.

Singulis itaque enumeratis, ac perspectis, per quæ Deum locutum fuisse nouimus, eos pariter recenseamus, per quos sermonem apud homines eundem habuisse accepimus, cum per plures, ac diuersos quasi internuncios locutum ipsum fuisse omninò credamus. Quem quidem per Angelos frequentissimè locutum esse scripturæ ipsæ testantur, in quibus scriptum est. [Cumque inuenisset eum Angelus Domini iuxta fontem aquæ in solitudine, quæ est in via Sur; in deserto, dixit ad illam, Agar ancilla Sarai, vnde venis?] & alio in loco. [Ascenditque Angelus Domini de Galgalis ad locum flentium, & ait, eduxi vos de Aegypto, & introduxi in terram, pro qua iuravi patribus vestris] Et rursum [Dixitque Angelus Domini ad Habacuch, Fer prandium, quod habes, in Babylonem Danieli, qui est in lacu leonum] Didebat quoque ZACHARIAS [Dixit ad me Angelus Domini] Idem dixerunt cæteri Prophetæ, & in nouo pariter testamento, Deum per Angelos locutum esse Zachariæ, Mariæ, Pastoribus, Petro Apostolo, & Ioanni, alijsque compluribus frequentissimè legimus, de Ioanne quidem scriptum est [Significauit Deus quæ opottet fieri citò loquens per Angelum suum seruo suo Ioanni] Præterea verò, & per Dæmonas (malos scilicet Angelos) locutum Deum aliquando fuisse, possit quispiam non inscitè dicere, medijs tamen ipsis beatis Angelis, cum scriptum sit, Samuelem, vel eius imaginem à Pythonissa excitatam Sauli dixisse. [Quid interrogas me, cum Dominus recesserit à te, & transferit ad æmuum tuum? faciet enim tibi Dominus sicut locutus est in manu mea, & scindet Regnum de manu tua, & dabit illud proximo tuo Dauid,

Per Angelos.

Gen. 16.

Iud 2.

Dan. 14.

Zac. 2.

Apoc. 19.

Per Dæmonas.

1. Reg. 28.

uid, quia non obedisti voci Domini, nec fecisti iram furoris eius in Amalech, iccirco quod pateris fecit tibi Dominus hodie & dabit Dominus etiam Israel tecum in manu Philistim.] Hanc autem diuinationem dæmoni ascribi posse, atque per Angelos à Deo illi fuisse impertitam quandoque coniecit AVGVSTINVS dicens. [Si autem mouet, quomodo à malo ligno spiritu vera Sauli prædicta sunt, potest & illud videri mirum, quòd dæmones agnouerunt Christum, quem Iudæi non agnoscebant. Cum enim vult Deus etiam infirmos spiritus aliqua vera cognoscere temporalia dumtaxat, ad istam mortalitatem pertinentia, facile est, nec incongruum, ut omnipotens, & iustus ad eorum poenam, quibus ista prædicuntur, ut malum quod imminet antequam veniat patiantur, occulto apparatu videlicet mysteriorum suorum, talibus spiritibus aliquid diuinationis impertiat, ut quod audiunt ab Angelis prænuncient hominibus.] Hæc autem locutio ei similis videtur, quæ per homines fit recitantes ea, quæ ab Angelis Dei audiuerunt. Non per solos enim Angelos, sed per Prophetas quoque olim locutum esse Deum PAVLVS APOSTOLVS testatur dicens [Multifariam, multisquè modis olim Deus loquens Patribus in Prophetis] Quod comprobans PETRVS dicebat [Non enim voluntate humana allata est aliquando Prophetia, sed Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines] Atque iccirco in Symbolo Nicæno prædicat ECCLESIA, [Qui locutus est per Prophetas] In quos multi enumerantur, eorum verò plurimos breuiter percentes CLEMENS ALEXANDRINVS dicebat. [Apud Hebræos autem Dei virtute, & inspiratione ante legem quidem Adam, & in muliere, & in animantium nominatione futura prædixit, & Noè, qui prædicauit pænitentiam Abraham, Isaac, & Iacob, qui apertè non pauca ex futuris, & ijs, quæ iam instabant, præsignificabant, cum lege autem Moses, & Aaron, post quos prophetauere Iesus filius Naur, Samuel,

Ad Simplificianum.

Per Prophetas.

Heb. 11.

2. Pet. 1.

Symb. Nic.

Strom. li. 1.

V Gad,

Gad, Achias, Ameas, Iehu, Helias, Micheas, Abdiu, Elifeus, Abdadone, Amos, Isaias, Osee, Ionas, Ioel, Ieremias, Sophonias, Buzi, Ezechiel, Vrias, Abacum, Naum, Daniel, Mifael, qui præerat rationibus, Aggeus, Zacharias, & qui erat ex duodecim Angelus, sunt autem omnes Prophetæ xxxv. ex mulieribus autem (nam hæ quoque prophetabant) Sarra, & Rebecca, & Maria, Debbora, & Olda. Deinde circa eadem tempora prophetauit Ioannes vsque ad baptismum salutarem. Post Christi autem ortum Anna, & Simeon, Zacharias enim pater Ioannis ante filium quoque in Euangelij dicitur prophetasse] Idem verò Deus etiam per sacerdotes populò loquebatur, erat enim Sacerdos quasi Angelus Dei apud ipsiū populum, cum de eo scriptum sit. [Labia enim sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum est] Atque iccirco in Ephod, quod ipse gestabat, scriptum erat, doctrina, & veritas, & ab eo Dei Responsa Populus accipiebat, quod cum fecisset Rex Saul SCRIPTURA dicit. [Consultitque Dominum, & non respondit ei, neque per somnia, neque per sacerdotes, neque per Prophetas] Per Caiphā autem summum sacerdotem de Christi morte locutus est Deus, scriptum est enim. [Vnus autem ex ipsis Caiphā nomine, cum esset Pontifex anni illius, dixit eis, vos nescitis quicquam, nec cogitatis, quia expedit nobis vt vnus moriatur homo pro Populo, & non tota gens pereat. Hoc autem a semetipso nō dixit, sed, cum esset Pontifex illius anni, Prophetauit, quod Iesus moriturus erat pro gente, & non tantum pro gente, sed vt filios Dei, qui erant dispersi congregaret in vnum.] locutus denique Deus est per vnigenitum filium suum Christum Iesum, siue in filio vt PAVLVS APOSTOLVS dicebat. [No- uissimè diebus istis locutus est nobis in filio.] Cuius quidem filij verba recitantes Matthæus, Marcus, Lucas, & Ioannes Euangeliorum librum conscripserunt. Idem quoque Deus trans-

Per Sacer-
dotes.

Malach. 2.

1. Reg. 23.

Io. 1. 1.

Per filium.
Heb. 1.

translato sacerdotio, locutus est per Apostolos, quos cū elegisset CHRISTVS iisdem statim dixit. [Cum autē tradēt vos nolite cogitare quomodo, aut quid loquimini, dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini, non enim vos estis qui loquimini sed spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis.] De quibus etiā scriptū est. [Et apparuerunt illis dispersitæ linguæ eā quā ignis, seditque supra singulos eorū, & repleti sunt omnes Spiritu sancto, & cæperūt loqui varijs linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis.] Et de Petro Apostolo legimus. [Tūc repletus Spiritu sãcto Petrus dixit ad eos, Principes populi, & seniores &c.] Et IVDAS APOSTOLVS de iisdem dicebat, [Vos autē charissimi memores estote verborum, quæ prædicta sunt ab Apostolis Domini nostri Iesu Christi] locutus est etiam Deus per discipulos, & sanctas mulieres, vt enim narrat SCRIPTURA. [Erant omnes pariter in eodem loco] Et [repleti sunt omnes Spiritu sancto, & cæperunt loqui varijs linguis, prout Spiritus, sanctus dabat eloqui illis.] Qui Spiritus sanctus alijs postea Sanctis viris fuit pariter impertitus, inter quos de Stephano scriptum est. [Surrexerunt autem quidam de Synagoga, quæ appellatur libertinorum, & Cyrenensium, & Alexandrinorum, & eorum, qui erant à Cilicia, & Asia disputantes cū Stephano, & non poterant resistere sapientiæ, & spiritui, qui loquebatur] Qui spiritus locutus est præterea per ipsam Ecclesiam, qua in vnum locum coacta, & decernente, de ipsius decreto scriptum est. [Visum est Spiritui sancto, & nobis] & de eadem Ecclesia dicebat Dominus per ISAIAM [Spiritus meus, qui est in te, non recedet de ore tuo, & de ore feminis tui, & de ore feminis feminis tui à modo, & vsque in sempiternum.] De qua etiam vniuersa quis vnquam mētis compos illud negare poterit, quod ipsius membris, Prophetis, Apostolis, Discipulis, & sanctis viris, speciatim tributum concesserit? Imò quod etiam alijs, tum fidelibus, & probis, tum infidelibus, & prauis homini-

Per Aposto-
los
Mat. 10.

Act. 2.

Act. 4.

Iudæ. 2.

Per discipu-
los & san-
ctos.

Act. 2.

Ibidem.

Act. 6.

Per Ecclesiã

Act. 15.

Isai. 59.

Per Doctores, & scripturæ interpretes.

1. Cor. 12.

Tit. de scriptu. obscur. atque eiusdem interpretatione. Per malos; Matth. 7.

Hom. de habenda cura salutis proxime.

In Num. Hom. 14.

In Matth. c. 7.

2. Reg. 16.

Ibidem.

Per Magos, Ariolos, & Infideles.

bus ascribendum esse cognouerit? ut nos quidem mox cognoscemus, locutus est enim, & loquitur Deus per ipsos Ecclesiae Doctores, & scripturæ interpretes, cum interpretatio sermonum sit Spiritus sancti Charisma, & [Nemo possit (ut monebat PAULVS) dicere Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto.] Atque omnis recta, & ritè peracta scripturarum interpretatio, à Spiritu sancto pendeat, ac per ipsum efficiatur, (ut nos de scripturæ interpretatione agètes cumulatè demonstrauimus). Per malos autem homines loqui Deum SEPTVRA testatur dicens. [Multi dicent mihi in illa die Domine Domine nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis, quia nūquam noui vos, discedite à me qui operamini iniquitatem] Exemplo fit Lamech pater Noè, de quo CHRYSOSTOMVS ait. [Lamech, qui fuit pater Noè, non erat gratus Deo; Nam si fuisset probatus apud Deum, dictum non esset, Noè solum perfectum inuentum in generatione sua, neque nos transiisse mus iusti Patrem in commemorandis hominibus, si iustus fuisset. Quid igitur ille? Imposuit nomen puero, quòd præcipuam futurarum rerum haberet historiam, eratquè appellatio iusti prophetia, significabat enim nomen eius futurum diluuium, nomen eius hebraica lingua Noè, quod interpretatū est quies] Atquè iccirco dicebat ORIGENES. Nemo extollatur etiam si prophetet, etiam si præscientiam mereatur] Et HIERONYMVS. [Prophetare & virtutes facere, & dæmonia eicere, interdum non eius meriti est, qui operatur.] In eodem etiam genere erat (quamuis non propheta) Semei filius Gera, qui maledicens Regi David dicebat [Egredere egredere vir sanguinum, & vir Belial.] De ipso enim testatur DAVID. [Dominus præcepit ei, ut maledicerat David] locutus etiam est ipse Deus per Magos, Ariolos, & infideles homines (ut exempli causa) per Baalam Ariolum, qui cum Israelitico populo

pulo præter omnium expectationem benedixisset, & Balac cum eo de eiusmodi benedictione conquereretur, se excusans respondet [Nunquid loqui potero aliud, nisi quod Deus posuerit in ore meo.] Ipse enim imperas DEVS dixerat [Nolite ire cum eis, nequè maledicas populo, quia benedictus est.] Per Caipham quoque infidelem, in Christum asperè inuentum, cui etiam necem is machinabatur, Deus prophetauit cum ille dixit. [Vos nescitis quicquam, nec cogitatis, quia expedit nobis, ut vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat] Atque iccirco EVANGELISTA lectorem admonuit inueniens. [Hoc autem à semetipso non dixit, sed cum esset Põtifex anni illius prophetauit] Per Pilatum quoque incredulum, & in Christum mortis sententiam ferentem cruci Deus inscripsit [Iesus Nazarenus Rex Iudæorum] Atquè per Sibyllas diuino furore incitatas, futura plurima, etiam de Christo prædicta sunt, quæ adhuc in ipsis Sibyllinis carminibus leguntur, atque à Patribus agnoscuntur, & piè interpretata Christianam causam, etiam apud infideles, confirmant. Quod de omnibus infidelibus generatim testatus HIERONYMVS dixit [De hoc inquam Helu & suis similibus, & in principio libri huius diximus, quòd prophetiæ mysterio vsi sint, etiam qui exorbitauerant à vera religione. Quia & illis Deus dedit verbum suum, ut mysteria futura pronunciatent hominibus, vbi maximè fides, & admiratio gentilium pendet, ut qui nostris nolunt credere Prophetis, credant saltem diuinis, & vatibus suis] Atquè id ipsum plurimis testimonijs cõprobans THEODORETVS de Balaã ait. [Nec tamen ignorandum est aliquibus placuisse nihil illum prædixisse de Salvatore nostro, qui debuerunt intelligere, ipsi quoque Nabuchodonosor (licet impijssimo) aduentum Dei, ac Saluatoris nostri reuelatum esse. Videbat lapidem excisum sine manibus, qui percussit imaginem, & contriuit aurum, argentum, æs, ferrum, ac testam, ortusquè creuit in montem

Num. 22.

Ibidem. Io. 11.

Ibidem.

Io. 19. Per Sibyllas

In Iob. c. 32

Quæst. in li. Num.

montem magnū, & tegebat vniuersam terram. Qui igitur per illum ista prædixit, per hunc etiam salutem orbis prænu-
ciavit, vt & apud gentes huiusmodi prænu-
ciationes cōseruari tur. Huic autem prædictioni testimonium adfert rerum ipsarū
exitus. Nā qui ortus est ex Iuda non tantū duces Moab, sed &
filios Seth omnes paut, filij autē Seth omnes homines, Noë
si quidē oriundus est ex Seth. Ex Noë verò vniuersa hominū
natura. Prædixit itaq̃ Macedonū victoriam aduersus Per-
sas. Egredientur enim, ait, de manu Cethim, & affligent As-
sur, & profligabunt Hebræos. Alexander quidem deleuit Re-
gnū Persarum, Antiochus autem dimicans contra Iudæos
cum Metropolim cepit, tum diuinum templum desertum
reddidit. Igitur prædictiones huiusmodi non erant fallaces
diuinationes, sed à virtute sanctissimi spiritus procedebant.
Qui enim mandauit Asinæ vt præter naturam humana voce
loqueretur, is hunc in modum per linguam vasis futura præ-
dixit: Erat enim ait Spiritus Dei in illo. Idem contigit ini-
quo Sauli, vnde præter rem inopinatum factum est prouer-
bium, Nonne etiam Saul inter prophetas? Locutum autem
Deum esse non solum per viuos homines, verum etiam per
mortuos dicere possumus, vt enim Samuelem prætereamus
à Pythonissa suscitatum, cum Saul colloquentem (de eo e-
nim multi dubitant, an ipsemet fuerit Samuel, aut Spiritus
eius vel potius dæmon aliquis) certè in libris Machabæorum
legimus Oniam sacerdotem, & Ieremiam Prophetam olim
vita sanctos huiusmodi sermonem cum Iuda Machabæo ha-
buisse [Erat autem huiusmodi visus, Oniam, qui fuerat sum-
mus sacerdos, virum bonum, & benignum, verecundum vi-
su, modestum moribus, & eloquio decorum, & qui à puero
in virtutibus exercitatus sit, manus præeudentem orare pro
omni populo Iudæorum. Post hoc apparuisse alium virum
ætate, & gloria mirabilem, & magni decòris habitudine cir-
ca illum. Respondentem verò Oniam dixisse. Hic est fratrum
amator,

Per mor-
tuos.

2. Matth. 15.

amator & Populi Israel, Hic est, qui multum orat pro Po-
pulo, & vniuersa sancta Ciuitate, Ieremias Propheta Dei,
extendisse autem Ieremiam dexteram, & dedisse Iudæ gla-
dium aureum dicentem. Accipe sanctum gladium munus à
Deo, in quo deicies aduersarios Populi mei Israel.] An au-
tem illi à mortuis excitati, vel ipsorum simulacra, vel etiam
eorumdem spiritus eiusmodi verba protulerint, nostra nunc
non interest, quamuis enim per Spiritus vel per spectra, &
simulacra illi locuti essent, per ipsos tamen Deum fuisse cum
Iuda collocutum (secundum scilicet scripturæ morem) dicen-
dum erit. Imo etiam per bruta animalia quandoquē locutum
fuisse Deum legimus dicēte SCRIPTURA de Asina Balaam.
[Aperuitquē Dominus os Asinæ, & locuta est, quid feci ti-
bi? Quid percutis me ecce iam tertio?] Tandem verò etiam
per ipsa inanima eundem locutum esse, Patres obseruarunt,
vt (exempli causa) per aerem ipsum diuino iussu commotū,
cum scilicet vocem factam, vel auditam esse scriptura com-
memorat, nulla Angeli, vel alterius loquentis mentione fa-
cta, vt [Vox facta est de coelis, tu es filius meus dilectus, in te
complacui] Et rursus [Venit vox de nube dicens. Hic est fi-
lius meus charissimus, audite illum] Huiusmodi autem locu-
tionem mox plenè explicabimus, & Patrum testimonijs con-
firmabimus, cum Deus quomodo locutus sit declarabimus,
huius autem quæsitæ enodatio momentum maximum afferre
videtur ad ea plenè intelligēda, quæ hucusque diximus, dum
per quæ, & per quos locutus Deus sit exposuimus, quare
summa in ipsam diligentia erit à nobis conferenda.

Per bruta.

Num. 22.

Per inani-
ma.

Mat. 12.

Mar. 9.

*Quæritur quomodo per ea, & per eos locutus sit Deus, per
qua, & quos ipsum locutum diximus. Cap. XI.*

DEum quidem per Angelum in primis & frequenter al-
locutum fuisse homines scriptura narrat, quomodo autē
id fa-
Dubitatio
de Deo per
Angelū lo-
quente.

id factum sit, non est omnibus utique notum, præsertim cum de eo variè opinandi aliquam præbere occasionem **SCRIPTURA** ipsa videatur, in qua legitur: [Et ecce Angelus Domini de cælo clamauit dicens, Abraham, Abraham, qui respondit, adsum, dixitque ei, non extendas manum tuam supra puerum, neque facias illi quicquam, nunc cognoui quòd timeas Dominum, & non pepercisti vnigenito filio tuo propter me] Qui [propter me] dicit, se Deum utique profiteretur, eundem tamen Angelum scriptura vocauerat. **SIMILITER** quoque paulò ante quædam Dei locutio cum Abraham huiusmodi narrabatur. [Apparuit autem ei Dominus in conualle Mambre sedenti in ostio tabernaculi sui, in ipso seruore diei, cumque eleuasset oculos apparuerunt ei tres viri stantes propè eum, quos cum vidisset, cucurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi sui, & adorauit in terram, & dixit, Domine, si inueni gratiam in oculis tuis &c.] In qua quidem visione, & locutione nunc Deus, nunc Angeli, de eodem indiscriminatim dicuntur. Et rursum. [Ascenditque Angelus Domini de Galgalis ad locum stentium, & ait, eduxi vos de Aegypto, & introduxi in terram, quam iuravi Patribus vestris, & pollicitus sum, vt non facerem irritum pactum meum vobiscum in sempiternum.] Quo quidem in loco Angelum quidem Domini locutum esse narratur, Verba autem ipsa non Angelo, sed ipsi Deo congruere depræhenduntur, Deus enim ipse eduxit illos ex Aegypto, & in promissa regione col locauit, ipse promisit, ipse iurauit, ipse fidem, & iusiurandum seruauit, non autem Angelus ille qui loquebatur, in quem tamen verba hæc, prolata, ratione aliqua videntur nec sariò accommodanda. Et alio in loco idem dicitur Angelus & Deus cum Gedeone locutus, de eo enim scriptum est. [Apparuit ei Angelus Domini, & ait] respondente autem Gedeone, & vocante illum Dominum, de eodem Angelo scribitur. [Respexitque ad eum Dominus & ait] Et paulò post de eodem,

[Cui

[Cui dixit Angelus Domini] Tandem verò simul & Angelum, & Dominum eundem vocat **SCRIPTURA** dicens. [Videntque Gedeon quòd esset Angelus Domini ait. Heu mi Domine Deus, quia vidi Angelum Domini facie ad faciem: Dixitque ei Dominus; Pax tecum, ne timeas, non morieris.] Inquirendum itaque videtur quomodo idem tum Angelus tum Deus loquens dici possit, & quæ locutionis eius ratio nominatim dicatur, quod etià quæri posset de illo, qui ex Rubo; & ex nube cum Moyse loquebatur, eundem enim tum Deum, tum Angelum fuisse Patres variè affirmarunt. Id ipsumque in scripturis frequentissimè obseruarunt. Quæri etiam de locutione per Angelos illud debet. An per ipsos intus in hominibus existentes, vel per eosdem exterius nunciantes loquatur Deus, Cuius præterea vocibus hominum aures sapius personasse, nullius Angeli, vel hominis loquentis mentione facta, in scripturis legitur, ex quibus sumpta exempla aliquot paulò ante recitabamus, cum tamen Deum ipsum à corpore omnino abstractum, eiusmodi voces misisse, nec verisimile videatur, nec quomodo id factum sit conijcere quispiam facillè possit. Modum autem interroganti reticere, nec Doctoris dignitatem decet, nec Auditoris commodo satisfacit. Ad hæc verò per res Deum quidem loqui dictum est, omne autem verbum signum esse utique oportet, vt scilicet sit nota eorum, quæ intus in mente latent. Quomodo autem res ipsæ aliarum rerum signa, & nota esse possint, non equidem est facile perspicere, Nec minus etiam latet, Quomodo per Magos, Ariolos, Vates, Sibyllas, & cuiusvis generis infideles homines, vel etiam per fideles ipsos flagitiosos loquatur Deus, id enim, nec Spiritus sancti dignitati, nec eiusmodi hominum conditioni congruere posse videtur. Illud denique dubitatione non caret, An Deus per solam (vt dicunt) assistentiam aliquando loquatur, siue Dei verbum illud dicendum sit, cui Deus solum assiterit, non autem

Ibidem.

Ibidem.

An Angeli loquentes sint in nobis.

Dubitatio de voce facta.

Dubitatio de locutione per Res.

Dubitatio de locutione per infideles, & malos homines.

An Deus per solam assistentiam loquatur.

X

ipsum

ipsum dictauerit. Sunt enim Theologi plurimi, qui existiment Lucam, & nonnullos alios canonicos scriptores ita scripsisse, vt illis scribentibus Deus verè nihil reuelauerit, sed solum asriterit, non patiens illos falsi aliquid aut indecentis scribere. Hoc autem an, & quomodo factum sit, inquirendum etiam videtur, vt his omnibus constitutis, ac propositis nodis Dei auxilio solutis, plenè tandem cognoscamus modos omnes, quibus locutus sit Deus, quem multifariam, multisquè modis locutum fuisse testabatur Apostolus.

Heb. 1.

Solutio questionis quomodo per Angelos locutus dicatur Deus. Cap. XII.

VT autem ad ea singula, quæ in dubium vocata sunt, ordine respondeamus, locutionem eam, quæ facta per Angelos dicitur, in primis explicabimus. Deum itaque per Angelos allocutum sæpius fuisse homines certissimum est, cum scilicet de Raphaelè Tobiam, Gabriele B. Virginem alloquente, & Angelo Christum (vt scribitur) confortante faciat non obscuram, vel dubiam scriptura mentionem, An autem semper Angelus, vel quandoque Deus ipse fuerit, qui loquens Angelus, vel etiam Deus dicitur, dubitationis occasionem accipere ex recitatis Scripturæ testimonijs non inscitè quispiam posset, cuius dubitationem augere variè scribentes Patres facillè poterunt. **AVGUSTINVS** enim semper Angelum fuisse illum, qui loqueretur nos apertè monebat inquiring. [Quando Deum antiquis apparuisse, vel locutum esse legimus, debemus intelligere Angelum fuisse à Deo missum, qui per Angelos sæpius apparuit, & locutus est, quod multis testimonijs scripturæ declaratur.] & rursus **IDEM** comprobans, & modum præterea explicans ait. [Nam Deum nemo vidit vnquam. Ipse ergo venit, & narrauit quicquid

De Trinitate
celi. 3.In Euangelium Ioannis
tra. 3. de
cap. 2.

quid vidit. Quid vidit Moyses? Moyses vidit nubem, vidit Angelum, vidit ignem, omnis illa creatura Typum Domini sui gerebat, non ipsius Domini præsentiam exhibebat. Namquè habes in lege, & loquebatur Moyses cum Domino, è contra, & in incontra, sicut amicus cum amico suo. Si quæris ipsam scripturam, inuenies Moysen dicentem, si inueni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi te ipsum manifestè, vt videam te, & parum est, quia dixit, responsum accepit, non potes videre faciem meam, loquebatur ergo, fratres charissimi, cum Moysè Angelus portans Typum Domini.] **IUSTINVS** autem Martyr cum Triphone Iudæo disputans demonstrare conatur, non solum Angelos Dei iussu fuisse homines allocutos, sed ipsum quoque Deum, (Trinitatis scilicet secundam personam) cum iisdem hominibus locutum esse, idquè præcipuè concludit, ex Genesi, vbi scribitur visum fuisse Deum ab Abraham ad Illicem Mambre, Quem Deum natura fuisse, officio autem Angelum ipse asserit, ac denique ita scribit [Rursus ego. Quòd si ex Scripturis, inquam, non possem vobis planum facere vnum ex tribus illis, & Deum esse, & Angelum vocari, ex eo quòd nunciet, vt ante dixi, quibus velit sua Deus vniuersi effector, hunc qui in terra figura viri eodem modo, quo duo Angeli, qui cum eo venerant, Abrahamo apparuit, qui etiam ante orbem conditum Deus est, hunc ipsum intelligere vobis consentaneum esset, quemadmodum vestri omnes intelligunt.] Quod comprobans **HILARIUS** ait. [Loquendum ergo non aliter de Deo est, quàm vt ipse ad intelligentiam nostram de se locutus est, Angelus Dei est, qui in igne de Rubo apparuit, & de Rubo in igne Deus loquitur. Habes dispensationem in Angelo, quia in Angelo officium est, non natura, habes in naturæ nomine Deum, quia Angelus Dei Deus est, sed fortè non verus est, Numquid non verè est Deus Abrahamæ, & Deus Isaac, & Deus Iacob? Horum enim Angelus

Gen. 13.
Dialog. cū
Triphone
aduersus Iu-
dæos.De Trinitate
teli. 5.

de Rubo loquens Deus in æternum est, & ne adoptiui nominis furtiuam subintroducens occasionem, loquitur ad Moysen Deus ille, qui est. Ita enim scriptum est, dixit autem Dominus ad Moysen. Ego sum qui sum, & dixit, sic dicet filijs Israel, Qui est, misit me ad vos, captus ab Angelo Dei sermo est, vt sacramentum intelligatur humanæ salutis in filio, Idem Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob est, vt ei naturæ suæ nomen sit.] Videntur itaque Patres isti apertè pugnare cum Augustino dicente Angelum quidem naturam fuisse loquentem illum, qui tamen Dei Typum generer, quasi dicas personam Dei loquens ipse iustineret, contra enim naturam Deum eundem fuisse, non Angelum, Hilarius, & Iustinus palàm affirmabant. His autem Patribus inter se, vt videtur, pugnantibus iudicium nostrum interponere nos temerarium ducimus, sed eosdem potius inter se conciliandos (si fieri posset) putamus, quod etiam tentabimus. Iustini enim, & Hilarij sententia, si præcisè intelligatur, vt verba scilicet ipsa sonare videntur, non solum cum cæteris Ecclesiæ Doctoribus, sed cum Euangelio, & Christo ipso pugnare (ni fallimur) depræhenderetur, dicente nimirum illo. [Neque vocem eius vnquam audistis, neque speciem eius vidistis] Quare necessario dicendum videtur verè Angeli, non Dei, tum speciem, tum vocem fuisse, quas Abraham, & Moyses, & Gedeon oculis, & auribus perceperunt. Quomodo autem vel eius, qui natura sit Deus, non Angelus cum Iustino, & Hilario illas verè dicere, vel Angelicæ potius naturæ, quàm diuinæ cum Augustino easdem affirmare possimus, mox (Deo ipso iuuante) explicabimus. Dicimus igitur Deum ipsum in huiusmodi tum sermonibus, tum visionibus, visum quidem, & auditum semper per Angelum fuisse, id tamen bifariam factum esse, vel enim & species, & vox Angeli, veluti Angeli (Dei scilicet Nunci) hominum sensibus est ostensa, qui eiusmodi Angelos à Deo missos intelligebant, atque

eorum

eorum verba Dei iussu ad ipsos perlata esse sibi persuadebāt, tunc autem Angeli illi orationem suam ita temperabant, vt serui, & ministri Dei loquentes ipsi agnoscerentur, nec vllam suspicandi occasionem darent, quòd natura Deus ipse esset, qui loqueretur, (quod quidem est in scripturis frequentissimum) vel etiam aliquando (vt paulò ante obijciebatur) perindè sese ostentabant Angeli, & loquebantur, ac si Deus ipse esset, qui præsens loqueretur, atquè de hac postrema locutione est omnis controuersia, cum scilicet loquentes ipsi ea, quæ sunt Dei, non Angelorum, sibi ipsis tribuant, & arrogant, Id autem piè, & sanctè fieri quomodo potuerit nos explicantes affirmamus id ipsum rationè tum Dei intus loquentis, tum Angeli foràs proferentis, factum ritè fuisse, si enim ad Deum, ministri instrumenta interiori motu primò mouentem, & verba ipsa suggerentem, oculos adijciamus, non erat profectò natura Angelus, sed natura Deus ille, qui loquebatur, Angelus autem is erat, qui à Deo concitatus solo obsequio eadem verba pronuntiabat. Hoc autem Iustinum, & Hilarium piè sensisse putamus, eandem enim sententiam tacitè comprobans, & doctè explicans HERONYMVS ait. [Quòd autem ait lex ordinata per Angelos, hoc vult intelligi, quòd in omni veteri testamento, vbi Angelus primùm visus refertur, & postea quasi Deus loquens inducitur, Angelus quidem verè ex ministris pluribus quicumquè sit visus, sed in illo Mediator loquatur, qui dicat, Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob. Nec mirum si Deus loquatur in Angelis, cum etiam per Angelos, qui in hominibus sunt, loquatur Deus in Prophetis dicente Aggeo. & ait Angelus, qui loquebatur in me, ac deinceps inferente. Hæc dicit Dominus omnipotens, Neque enim Angelus, qui esse dictus fuerat in Propheta, ex sua persona audebat loqui, Hæc dicit Dominus omnipotens] Atquè id ipsum clarius etiam explanans GREGORIUS dicebat [Hinc est quòd Angelus

In Epist. ad Galat. ca. 3.

Præfar. in Iob. cap. 1.

Questionis
solutio. de
Auctoris
sententia.

Ioan. 5.

gelus, qui Moyſi apparuiſſe deſcribitur, modò Angelus, modò Dominus memoratur, Angelus videlicet propter hoc, quòd exterius loquendo ſeruiebat. Dominus autem dicitur, quia interius præſidens loquendi efficaciam miniſtrabat, cum ergo loquens ab interiori regitur, & per obſequium Angelus, & per inſpirationem Dominus nominatur.] Et alio in loco [Nec mirum, quòd illic ipſi, qui ſuſcepti ſunt, modò Angeli, modò Dominus vocantur, quia Angelorum vocabulo exprimentur, qui exterius miniſtrabant, & appellatione Domini oftenditur, qui eis interius præerat, vt per hoc præſidentis imperium, & per illud clareſceret officium miniſtrantium.] Rurſus verò ſi ad Angelum, foràs verba proferentem cum Auguſtino reſpiciamus, eundem etiam illamet verba rectè proferre potuiſſe vtique dicemus, non quidem vt Angelum, ſed vt perſonam alienam (Dei ſcilicet) ſuſtinentem, quòd Auguſtinus Typum Domini gerere dicebat, atque iccirco ipſi Angelo, quæ Deo congruebant hac ratione tribuere non dubitabat, nec ab Angelo (externo ſcilicet loquente) oculos vnquam ille deiiciens, non Deum ipſum, ſed natura Angelum tunc loqui affirmabat, à quo diſſentire Iuſtinus, & Hilarius iccirco videbantur, quia ad intus loquentem ipſi è contrario oculos adijcientes (vt potè ſermonis auctorem) cui etiam verba illa, & facta ex propria natura, non aliena perſona congruebant, non Angelum, ſed natura Deum, tunc loqui aſſerebant, vt Hieronymus, & Gregorius exponebant. Ad diuerſa itaque reſpiciètes ipſi Patres variè quoquè ſenſerunt, atque hac (ni fallimur) ratione vtramque ipſorum ſententiã, & piè tueri, & abſque erroris periculo amplecti quilibet fidelis ſuo iudicio liberè poterit. Quòd ſi quis verbis ipſis plus æquo tribuens Patres iſtos diſſentire, & alteram eorum ſententiã falſam eſſe mordicus contenderit, nos certè comites, & diſſenſionis fautores is auctor nunquam habebit, vt potè qui Dei pacis, non diſſenſionis filios, nos eſſe liberè profiteamur.

Mor. li. 28.
cap. 2.

reamur. Ex huius autem dubitationis, & nodi ſolutione notum, & perſpectum magna ex parte eſſe putamus, quomodo per Angelos ſit Deus homines allocutus. Illud tamen præterea obſeruantes (de quo ſcilicet ſecundo loco dubitabatur) quòd aliquando quidem per Angelos extra homines poſitos locutus eſt Deus, aliquando autem per eoſdem in ipſis hominibus intus exiſtètes, illius exempla ſint, Raphael Tobiam alloquens, deducens, ac reducens, & Gabriel B. Virginem ſalutans. Huius teſtis ſit Zacharias dicens. [Et dixit ad me Angelus, qui loquebatur in me.] Quæ verba explanans GREGORIUS ait. [Dum ad ſe quidem, ſed in ſe tamen, qui Angelum dixit, liquidò oſtendit, quòd is, qui ad ipſum verba faceret, per corpoream ſpeciem extra non eſſet. Vnde & paulò poſt ſubdidit. & ecce Angelus, qui loquebatur in me, egrediebatur.] Neque dici poteſt, (vt aliquis fortasſe ſuſpicaretur) Angelum hunc in Zacharia loquentè fuiſſe Deum (filium ſcilicet) quem ſcripturæ Angelum quandoquè vocant, Quæ enim ſtatim ſequuntur verba creaturam eum fuiſſe apertè oſtendunt, Sunt verò hæc. [Et alius Angelus egrediebatur in occurſum eius, & dixit ad eum, loquere ad puerum iſtum dicens, abſque muro habitabitur Hieruſalem.]

Reſponſio
ad ſecundũ
obiectum.

Zach. 1:

Mor. li. 28.
cap. 2:

Obiectio.

Ibidem.

Quomodo tum per aerem, tum per res locutus ſit Deus explicatur, & obiecta argumentationes diſſoluntur. Cap. XIII.

E Vndem verò Deum, miſſa quidem voce, nulla autem hominis, vel Angeli mentione facta, cum locutum legamus, conijcere vtique poſſumus Deum, qui huiusmodi animatis inſtrumentis vti frequentiffimè ſolet, nõ ſolùm abſque ipſis voces eas mittere potuiſſe (vtrumque enim is poterat) verùm etiam miſiſſe, cuius iuſſis, vt omnia parent, ita etiam

Quomodo
per aerem.

etiam aerem obtemperasse credere facile possumus, perinde atque eo imperante ventos exortos mare agitasse, & eosdem quiescentes tranquillum illud reddidisse legimus. Dicimus itaque Dei voluntate, & imperio aerem ipsum perinde agitarum, & conformatum tunc fuisse, atque humana voluntate idem ore expressus in varias voces formari solet. Hoc autem sentientem, & docentem Cyrillum Alexandrinum paulò ante audiuius, cum de huiusmodi per aerem locutione mentionem fecimus, nunc verò idipsum affirmantem **ORIGENEM** pariter audiamus. [Si vox humana aer ictus, idest lingua percussus dicitur, potest & vox Dei dici aer ictus, vel vi, vel voluntate diuina, & inde est, quòd si quando vox diuinitu. datur, non ad omnium aures, sed ad quorum intus est auditus allabitur; vt agnoscas sonitum non linguæ pulsu redditum, alioquin fieret communis auditus, sed superni nutus moderamine gubernatum. Huiusmodi autem aeris commotio, & vocis conformatio, quamuis solo Dei iussu fieri potuerit, medijs tamen Angelis eandem factam esse licet etiam suspicari, quod quidem sensit **B. GREGORIUS** dicens. [Verbis nanque per Angelum loquitur Deus, cum nil in imagine ostenditur, sed supernæ verba locutionis audiuntur, sicut dicente Domino. Pater clarifica filium tuum, vt & filius tuus clarificet te, protinus respondetur, Clarificaui, & iterum clarificabo, neque enim Deus, qui sine tempore vi impulsionis intimè clamat, in tempore per suam substantiam illam vocem edidit, quam circumscriptam tempore per humana verba distinxit, sed nimirum de cœlestibus loquens, verba sua, quæ ab hominibus audiri voluit, rationali creatura administrante formauit.] Cum igitur huiusmodi voces tum solo Dei imperio, tum per medias, & administras creaturas fieri potuerint, & vtraque sententia patronos habeat, eam sibi quisque deligat, quam magis ipse probauerit. Quomodo autem per res ipsas locutus sit Deus, interroganti (de quo etiã dubi-

Super Gen.
hom. 3.

Mor. li. 28.
cap. 2.

Quomodo
per Res.

dubitabatur) respondemus in primis mirum esse non debere Deum rebus ipsis, quasi signis ac verbis, vt ad alias res significandas, & commonstrandas, cum homines etiam characterè, emblemate, igne, fumo, alijsquè consimilibus rebus, tanquam signis, ad res alias similitudine vel pacto indicandas frequentissimè vrantur. Quare idipsum tum rectius, tum liberius Deum ipsum, rerum auctorem, præstare non mirum, sed æquissimum, & maxime congruens videri debet, cum etiam naturæ non repugnet, vt idem diuersa ratione tum res, tum signum appelletur, & sit; Deinde verò animaduertimus Deum variè per res locutum fuisse, vt potè qui analogia quadam, tum litteralem, tum allegoricum, tum etiam anagogicum sensum per res ipsas nobis commonstrauerit. litteralem quidem sensum is indicauit, cum miraculis doctrinam, personam, aut aliam veritatem confirmauit, huiusmodi enim miracula adhibens Deus, ita homines alloquitur. Quodcunque vobis meo iussu ad credendum, & cognoscendum propositum est, vt verum esse non dubitetis, & à me prodijisse noscatis, id omne miraculo, quasi teste producto, confirmo. **Miraculum** enim, naturam superans, omnipotentem Deum sui effectorem esse opere ipso testatur, Dei autem bonitas, & veritas eundem falso testimonium dare omnino prohibet. Quare miraculum ad aliquod confirmandum adhibitum, suamet vi, & natura, quasi voce, illud testatur, atque opere, quasi litterali, manifesto, & cuius obuiò sensu significans, idipsum confirmat, vt (exempli causa.) [Hæc igitur dicit Dominus. In hoc scies quòd sim Dominus. Ecce percutiam virga, quæ in manu mea est, aquam fluminis, & vertetur in sanguinem] & rursus [Dixitquè Gedeon ad Dominum, si saluum facis per manum meam Israel, sicut locutus es, ponam hoc vellus in area, si ros in solo vellere fuerit, & in omni terra siccitas, sciam quòd per manum meam, sicut locutus es, liberabis Israel, factumque est ita, & de nocte

Exod. 7.

Iud. 6.

Y confur-

confulgens expreffo vellere concham rore impleuit. Dixit-
què rurfus ad Dominum, ne irafcat furor tuus contra me,
fi adhuc femel tentauero, fignum quærens in vellere. oro vt
solum vellus ficcum fit, & omnis terra madens. fecitquè Do-
minus nocte illa vt postulauerat, & fuit ficcitas in folo velle-
re, & ros in omni terra] Allegoricum quoque fensum rebus
1. Cor. 10. ipsis Deus commonftrauit dicente SCRIPTURA. [Omnia in
figura contingebant illis, fcripta funt autè ad correptionē no-
ftram] Quo fundamento nixi Chriftus, Apoftoli, ac Theo-
logi omnes, veteris teftamenti hiftorias ad Chrifti, & Eccle-
fiæ myfteria allegorico fensu tranftulerunt, vt exempli caufa,
Io. 10. ferpentis exaltationem ad Crucem, Ionam, à pifce voratum,
ad fepulturam allegorico fensu tranferens CHRISTVS di-
cebat [Sicut Moyfes exaltauit ferpentem in deferto, ita exal-
tari oportet filium hominis.] Et [Sicut enim fuit Ionas in
Matth. 2. ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus, fic erit filius ho-
Matth. 12. minis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus.] Et
Gal. 4. APOSTOLVS fimiliter de filijs Abrahæ dicebat. [Scriptum
eft enim quòd Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla,
& vnum de libera, fed qui de ancilla fecundum carmen na-
tus eft, qui autem de libera per repromiffionem, quæ qui-
dem funt per allegoriam dicta, hæc enim funt duo teftamen-
ta, vnum quidem à Monte Sinai in feruitutem generans, quæ
eft Agar &c.] Allegoriam fcilicet appellans, non tranftata vo-
cabuli proprietate fignificationem, fed rei ad rem fignifica-
tione translationem, Quod animaduertens, ac pulchri è expli-
cans GREGORIUS PRIMVS ait. [Quia fi cæco, fi longè à
Prol. 1. Cant. Deo pofito fermo diuinus voce propria, ac voce diuina lo-
queretur, non caperet, per quædam anigmata mifericordi-
ter monet, & reuocat, & per res notas latenter ei amorem
zerum non notarum infinuat, per hoc enim, quod non horret
cognitum, intelligit quiddam incognitum, Rebus notis alle-
goriæ conficiuntur, & in fententias diuinas vertuntur, vt dum

reco-

recognoscimus fensu exteriora, intellectu perueniamus ad
interiora.] Huiusmodi autem funt omnes Prophetici fensus
factis præmonftrati, ut de ipsis agentes aliàs declarauimus.
Tertiò, & vltimò fecundum anagogicum fensum eft Deus
ipfe per res etiam locutus. Huiusmodi verò funt ipfa sacra-
menta, quæ (vt Auguftinus dicebat) funt res, & figna, res
fcilicet fensibus obuiæ, figna autem eorum, quæ non cernun-
tur, fed animas fidelium ad æternam beatitudinem ducunt,
quæ quidem omnia tum fideles piè credunt, tum Theologi
ipfi opportunis locis explicant, ac docent.

Tit. de fens.
fcript. sacr.

*Quomodo per Magos, Ariolos, Sibyllas, & Vates
omnes locutus fit Deus explicatur.
Cap. XIII.*

PER Magos autem, Ariolos, Vates, & Sibyllas quomodo
locutus fit Deus interroganti respondemus ipfum verba
quidem illis fæpius dictaffe, atque eadem per ipforum ora
pronunciaffe, verborum autem intelligentiam, & fensum il-
lis (vt potè infidelibus) non tradidiffe, qui propterea non
funt inter prophetas numerandi, ifti enim cum effent intelli-
gentes, meritò etiam videntes dicebantur, illi verò cæci funt,
& duces cæcorum, voluit tamen Deus per ipforū etiam ora,
à quorum cordibus is longè aberat, myfteria aliquot profer-
re, & Gentibus quomodolibet reuelare, quod obferuans
ORIGENES de Balaam Ariolo ait. [Dicitur enim ad eum, In Num.
verbum, quòdcunquè dederò in ore tuo, hoc loqueris; fi hom. 14.
dignus fuiffet Balaam, verbum fuum, Deus non in ore eius,
fed in corde pofuiffet, nunc autem quoniam in corde eius
defiderium mercedis erat, & cupiditas pecuniæ, verbum Dei
non in corde, fed in ore eius ponitur, agebatur enim mira, &
magna difpenfatione, vt quoniam Prophetarum verba, quæ

Y 2 intra

intra aulam continebantur Israeliticam, ad Gentes peruenire non poterant, per Balaam, cui fides ab vniuersis Gentibus habebatur, innotescerent etiam nationibus secreta de Christo mysteria, & thesaurum magnum proferret ad Gentes, nō tam corde, & sensu, quàm ore, & sermone portatum.] & de Caipha **CYRILLVS ALEXANDRINVS** dicebat [In propositione Caiphæ, superius posita, duplex cōtinetur sensus, vnus ipsius Caiphæ, qui modò explicatus est, expedire scilicet Christum mori per manus Iudæorum, ne tota ipsorum gens à Romanis pereat, & hic falsus est, & impius, atquè ex praua Caiphæ intentione emanans, nanquè ab ipso Caipha, non à Spiritu sancto processit, qui non potest adstipulari mendacio. Huius autem sententiæ oppositum res ipsa (vt iam dictū est) satis superquè comprobauit, Alter verò erat eiusdem propositionis sensus à Spiritu sancto intentus, expedire, scilicet, vnum Christum mori pro populo totius mundi saluando, vt non tota gens humani generis pereat interitu aternæ mortis, & hunc nequè intellexit Caiphas, nequè intendit, suam tamen propositionem ita protulit, vt possit & hunc Spiritus sancti sensum aptè, atquè accommodatè designare, & huiusmodi expressio propositionis, atque depromptio, quæ etiam sententiæ veritatis explicandæ erat adaptata, non erat ab ipso Caipha, sed à Spiritu sancto, qui cor eius contaminatum non tetigit, (nam paruum omninò erat, nequè Spiritus sancti sententiam capiebat) sed lingua eius vsus est ad ea verba proferenda, quæ mortem Christi significarent toti mundo profuturam. Tanta siquidē est Spiritus sancti potentia, quòd à mala mente prophetica, & admirationis plena elicere potuit] De quo pariter **CHRYSOSTOMVS** ait. [Cum esset Pontifex anni illius prophetauit. Vides quanta sit Pontificalis potestatis virtus? Cum enim Pontifex esset, licet indignus, prophetauit, nescius tamen quid diceret, & os tantum gratia, non autem icelestum cor attigit. Multi præterea alij futura prædi-

In Euāg. Io.
li. 8. cap. 3.

In Io. hom.
64.

prædixerunt indigni, Nabuchodonozor, Pharao, Balaam, & omnium causa manifesta. Quod autem dicit hoc est. Vos sedetis adhuc, pigrius rem intuemini, & nescitis vnus hominis salutem pro communi contemnendam. Vide quanta spiritus potentia? à mala mente verba prophetica, & admirationis plena elicere potuit.] Cum quibus consentiens **HERONYMVS** inquit. [Nam & Saul, & Balaam, & Caiphas prophetauerunt, nescientes quid dicerent, & Pharao, & Nabuchodonozor somnijs futura cognoscūt.] Atquè his omnibus subscribens **AVGVSTINVS** ait. [Quorum responsionem nō solū propterea Domino tribuerūt Marcus, & Lucas quòd ipse dixisset, quia veritas est, qui etiam per malos, atquè nescientes sæpè loquitur, occulto quodam instinctu mentem hominis mouens, non sanctitatis illius merito, sed iure propriæ potestatis.] Quòd verò Prophetæ (vt diximus) ea omnia intellexerint, quæ ipsi prædixerunt, si quis testimonio aliquo confirmari desideret, is **HERONYMVM** nunc audiatur dicentem. [Nequè verò, vt Montanus cum insanis fœminis somniat, Prophetæ in ecstasi sunt locuti, vt nescirent quid loquerentur, & cum alios erudirent, ipsi ignorarent quid dicerent; de quibus Apostolus ait. Nescientes quæ loquantur, nequè de quibus affirmant, sed iuxta Salomonem, qui loquitur in prouerbijis. Sapiens intelligit quæ profert de ore suo, & in labijs suis portabit scientiam, etiam ipsi sciebant quid dicerent. si enim sapientes erant Prophetæ, quod negare non possumus, & Moyses omni eruditus sapientia loquebatur ad Dominum, & Dominus respondebat ei, & de Daniele ad Principem Tyri dicitur. Nunquid sapientior es Daniele? & Dauid sapiens erat, qui gloriabatur in Psalmo. Incerta, & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi. Quomodo sapientes Prophetæ instar brutorum animantium, quid dicerent ignorabant? Legimus & alio Apostoli loco, Spiritus Prophetarum prophetis subiecti sunt, vt in sua habeant pote-

In Matth.
cap. 7.

De cōsensu
Euāgelista-
rum lib. 2.

Quòd Pro-
phetæ à se-
ipsis prædi-
cta intelle-
xerint.
In Isa. c. 1.

potestate, quando taceant, quando loquantur, quod si cui videtur infirmū, illud eiusdem Apostoli audiat. Prophetæ duō, aut tres loquantur, & alij diiudicent, si autem alij fuerit reuelatum sedenti, prior taceat. Qua possunt ratione reticere, cum in dictione sit spiritus, qui loquitur per Prophetas, vel tacere, vel dicere, si ergo intelligebant, quæ dicebant, cuncta sapientiæ, rationisque sunt plena. Nec aer voce pulsatus ad aures eorum perueniebat, sed Deus loquebatur in animo Prophetarum iuxta illud, quod alius Propheta dicit. Angelus qui loquebatur in me, &, clamantes in cordibus nostris Abba Pater, &. audiā quid loquatur in me Dominus Deus.] Idipsum quoque testatus antea fuerat ATHANASIVS iniquitatem decidatis, qui asserebant nesciuisse Prophetas, verbique ministros, quid facerent, aut de quibus rennunciarent.] Cum quo optimè consentiens GREGORIUS inquit. Cum enim aliquid ostenditur, vel auditur, si intellectus non tribuitur, prophetia minime est, Vidit nanque Pharaō per somnium, quæ erant Aegypto ventura, sed quia nequirit intelligere quod vidit, Propheta non fuit, sic aspexit Balthasar Rex articulum manus scribentis in pariete, sed Propheta non fuit, quia intellectum rei, quam viderat, non accepit. Ut igitur Beatus Iob prophetiæ spiritum se habere testetur, non solum vidisse se, & audisse, sed etiam intellexisse omnia asserit. De quo intellectu, quia non extollitur subiuncta eius verba testantur.] Plures adhuc testes à nobis productos, idipsum confirmantes, poterit quilibet (si libuerit) in ea tractatione inuenire, quam de Prophetia conscripsimus, in qua etiam singula discrimina tradidimus, & accuratè explicauimus, quæ inter Prophetas, & prophanos Vates tum in diuinis scripturis, tum in sanctis Patribus tradita, vel indicata obseruauimus.

Quo-

Cōtra Arianos ser. 4.

Mor. li. ii.

Tit. de Prophetia.

Quomodo per intellectus obiecta locutus sit Deus
declaratur. Cap. XV.

Quomodo autem per intellectus obiecta loquatur Deus interroganti respondemus bifariam id fieri; vel enim per eas, quas vocant intelligibiles species, siue rerum notiones, & formas in passiuo intellectu ab ipso nimirum Deo (veluti primo agente, & mouente, atque humano intellectu; singulari quodam priuilegio tunc temporis mirè coniuncto) in actu quomodolibet posito, cuius interiorē hunc motum inspirationem, & afflatum Patres nuncuparunt, quod genus locutionis recensens ORIGENES ait [Tu autem mihi videris non admodum obseruasse multifariam, multisquē modis Deum olim locutum esse Patribus in Prophetis, non solum in omnibus, sed etiam in singulis, si autem obseruaueris inuenies iisdem sanctis & diuina fuisse somnia, & apparitiones angelicas, & inspirationes.] Cuius inspirationis exemplum producit ex Iacob Prophetia [Quod autem etiam ex inspiratione prophetet (Iacob scilicet) ex his perspicuum, vocauit Iacob filios suos, & dixit, congregemini, vt annunciem vobis quid efficietur vobis in nouissimis diebus, Cogimini, & audite filij Iacob, audite Israel Patrem vestrum, Ruben primogenitus meus, tu es virtus mea, & initium filiorum meorum, durus ad ferendum, vt valde arrogans fuisti iniuriosus, tanquam aqua non efferuecas. Ascendisti enim cubile patris tui, tunc polluisti stratum, quod ascendisti. Similiter & ad reliquos benedictiones, dictæ sunt Prophetiæ ex inspiratione. Quod pariter ipse affirmat de Daniele inquit. [Non est ergo mirum Danielem quidem aliquando ex inspiratione esse locutum ad seniores.] Per quam inspirationem, & interiorē mentis illustrationē allocutus fuit Deus ipsum etiam Dauidem, de quo scriptum est. [Directus est Spiritus Domini in Dauid] Et de eodem Christus dicebat. [Dauid

Per species intelligibiles.

Ep. ad Africanum.

Ibidem.

Ibidem.

1. Reg. 16.

in

Math. 2. 2.
Psal. 84. in spiritu vocat eum Dominū.] Atquē de seipso inquit Dauid. [Audiam quid loquatur in me Dominus Deus meus.] Quam inspirationem inter diuinæ locutionis genera enumerans GREGORIVS NAZIANZENSIS ait [Siue diurnum quoddam esset hoc spectrum solis optimis, & sanctissimis viris conspicabile, & siue minime fallax noctis visio, siue mentis impressio quædam, & informatio] & de eadem GREGORIVS ROMANVS fortasse dixit [Itaque scriptores sacri eloquij, quia repleti Spiritu sancto super se trahuntur, quasi extra semetipsos fiunt, & sic Dei sententias, quasi de labijs proferunt. Vnde & B. Iob sancto spiritu afflatus potuit sua gesta (quæ erant videlicet supernæ aspirationis dona) quasi non sua scribere, quia eo alterius erant, quæ loquebatur, quo homo loquebatur, quæ Dei sunt, & eo alter, quæ erant illius, loquebatur, quo Spiritus sanctus loquebatur, quæ hominis sunt.] Præter hunc autem communem afflatum, quo plures sancti viri intus concitati sæpius fuerunt, sciendum est Deum ipsum per suammet essentiam fuisse homines quandoquē allocutum, eorum mentem mirè illustrando, & præstantissimo, ac diuino obiecto eandem perficiendo, cuius quidem locutionis participem semper fuisse Christi animam omnes pij, & catholici viri fatentur, & ad eandem raptu euectum aliquando fuisse Paulum Apostolum multi suspicantur, & palam etiam affirmant, cū ille se raptum fuisse in Paradisum, & audiuisse arcana, quæ nō licet homini loqui, apertè prædicet.

*Quomodo per Canonicos, & sacros scriptores locutus sit Deus queritur, & explicatur.
Cap. XVI.*

His autem explicatis existit hoc loco quæstio subdificilis, quæ quidem silentio præteriri non potest. In dubiū enim

enim vocatur, Quomodo locutus sit Deus per ipsos Canonicos, & sacros scriptores (eos scilicet, qui canonicos libros exararunt) cum alij afferant Deum reuelantem huiusmodi scripturas semper dictasse, scriptores dictatas excepisse, & veluti animata instrumenta easdem conscripisse, alij è contrario id quidem sæpius factum esse concedant, constanter autem, & perpetuò accidisse negent, cum aliqui nimirum scriptores canonici, vel relata (vt Lucas, & Marcus) vel visa (vt Apostoli) narrent potius, quàm à Deo sibi ipsis intus reuelata conscribant, inter quos LVCAS quidem EVANGELISTA scribens hac præfatione est vsus. [Quoniam quidem multi conati sunt ordinare narrationem, quæ in nobis completæ sunt, rerum, sicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipsi viderunt, & ministri fuerunt sermonis, visum est & mihi, asscuto omnia à principio, diligenter ex ordine tibi scribere optime Theophile, vt cognoscas eorum verborum, de quibus eruditus es, veritatem] Ex quibus verbis apertè vtique deprehenditur ipsum Lucam eam conscripisse, ac recitasse narrationem, quam quidem ab illorum ore, qui gesta præsentis inspexerant, idem relata excepit, non autem à Deo sibi reuelatam proferebat. Præterea verò IESVS filius Syrach, qui ecclesiasticum librum conscripsit, in eiusdem libri proemio hanc sibi parabat excusationem [Hortor itaque venire vos cum benivolentia, & attentiore studio lectionem facere, & veniam habere in illis, in quibus videmur sequētes imaginem sapientiæ, & deficere in verborum compositione] Et post pauca [Itaque bonum, & necessarium putavi, & ipse se aliquam addere diligentiam, & laborem interpretandi librum istum, & multa vigilia attuli doctrinam in spatio temporis ad illa, quæ ad finem ducūt librum istum dare] Et quisquis fuit libri secundi MACHABÆORVM SCRIPTOR ait [Et nobis quidem ipsis, qui hoc opus breuiandi causa suscepimus, non facilem laborem, imò verò negotium plenum

Z
vigilia-

Melchior
Can. li. 2. de
loc. Theol.
cap. 18.

Luc. 1.

Ecc. 1.

Ibidem.

2. Mach. 2.

vigilatum, & sudoris assumpsimus] Quorum quidem testimonia apertè ostendere videntur huiusmodi scriptores humanis adiumentis potius, quàm diuino afflatu vsos fuisse in canonicis libris conscribendis, Dei nanquè instinctu concitati scriptores ita reuelata dictabant, vt de scripto recitare viderentur, quod de Ieremia BARVCH ipsius scriba testabatur dicens [Ex ore suo loquebatur, quasi legens, ad me omnes sermones istos, & ego scribebam in volumine atramento] Quapropter multi sunt, qui asserant Spiritum sanctum nonnullis sacris scriptoribus ita quidem assistisse, & præsto fuisse, vt errare ipsos non permiserit, nec tamen ipsis ea dictasse, quæ iidem scribentes, & canonicos libros edentes exararunt. Nos itaque ad propositam quæstionem, quam hoc loco dissimulare non potuimus, breuiter respondentes illud PETRI dictum memoria in primis repetimus. [Non enim voluntate humana allata est aliquando Prophetia, sed Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines] Quod si inspirati, non propria voluntate ducti (vt scriptura testatur) locuti sunt illi, non solum quidem assistente Spiritu sancto, ne errarent, sed eodem etiam inspirante scripturas ipsi exararunt, imò & loquente, vt iccirco PAVLVVS Corinthijs scribens diceret [An experimentum quaritis eius, qui loquitur in me Christus?] Spiritus sanctus enim ea sola assistentia, qua errorem cauet, non utique inspirat, & loquitur, sed perindè ac nutrix infantem puerum ad gradiendum inuitans, illum stantem intuetur, allicit, vocat, & ne cadat, manus ipsa tendens diligenter præcauet, nec tamen porrecta dextera eum ducit, & ad se ipsum trahit, sed potius pedibus gradientem illum, & in amplexum ruentem excipit; ita quoque ipse Spiritus sanctus, cum solum scriptori assistit præsens ille ad scribentem respicit, lapsus cauet, & conceptos sensus excipit, non immisos profert, nec docet, nec ducit, vel afflatu concitans mouet, quæ omnia idem inspirans, & reuelans præstat,

&

Ier. 36.

Responso.

Pet. 1.

2. Cor. 13.

& veluti auctor peragit, atque iccirco de se ipso DAVID prædicabat [Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis] Psal. 44. Quod testimonium in omnes canonicos scriptores tacitè accommodans GREGORIUS MAGNVS inquit [Cum ergo rem cognoscimus, eiusque auctorem Spiritum sanctum tenemus, qui scriptorem quærimus, quid aliud agimus, nisi legentes litteras de calamo perscrutamur?] IDEM verò palam asserit Spiritum sanctum librorum canonicorum auctorem, eos dictasse, & eorundem inspiratorem, vt ipse dicit, fuisse, qui de Iob suamet acta, sibi (vt decet) nota, scribente ait. [Sed quis hæc scripserit valde superuacue quæritur, cum tamen auctor libri Spiritus sanctus fideliter credatur, ipse igitur hæc scripsit, qui & illius operis inspirator extitit, & per scribentis vocem imitanda ad nos eius facta transmisit] Quare ipse Gregorius asserit Spiritum sanctum fuisse libri Iob auctorem, & operis, ac narrationis inspiratorem, atque ea omnia scribenda dictasse, quæ eodem libro continentur, quibus tamen ipse Iob interfuerat antequam scriberet, quem quidem eadem scripsisse, quamuis certò non asserat, non tamen eo in loco negat, sed suspicatur potius idem Gregorius, vt iccirco sentire faciliè depræhendatur librum canonicum à scriptore, visa etiam, vel audita narrante, conscriptum, Spiritui sancto auctori inspiranti, & dictanti semper esse tribuendum, quod nos quoque fatemur, liberè affirmantes Deum ipsum per canonicos scriptores, actu scribentes, ita locutum semper fuisse, vt non solum assistit, verum etiam inspirauerit, reuelauerit, & scribenda dictauerit. Quod animaduertens AVGVSTINVS in ipso etiam Luca Euangelista historiam, sibi cognitam, Spiritu sancto suggerente ab eodem conscriptam esse nominatim affirmat dicens. [Huius leprosi etiam Lucas meminuit, non sanè hoc ordine, sed vt solent prætermissa recordari, vel posterius facta præoccupari, sicut diuinitus suggererantur, quæ antea cognita, postea recordando scriberent]

Præf. in lib.
Iob. cap. 1.

Ibidem.

De consen.
su Euang.
lib. 12.

Dubitatio. Sed interrogans quispiam dicet, cur Deus scriptori relata recitanti, vel ea, quibus ipsemet interfuit, narranti, eadem illi notissima reuelat, & dicitur? Videtur enim hoc valde superuacuum, atque diuina prouidentia, & sapientia indignū. Huic breuiter respondentes dicimus in interrogatione esse fallaciam, quam non animaduertentes aliqui in errorem (ni fallimur) lapsi sunt, atque iccirco attentum hic Auditorem desideramus. Non enim quæ scriptori erant visu, auditu, vel etiam reuelatione antea cognita, & explorata, illi deinde, eadem scribenti, inspiratione iterum reuelari nos dicimus, sed quæ ipsi scriptori Deus vel per hominem, vel per Angelum, vel per se ipsum quomodolibet olim reuelauerat, & locutus fuerat, per eummet deinde scribentem ipsum Deum inspirando, & dictando eadem cæteris legentibus, & audientibus reuelare asserimus. Quare primò quidem ipsi scriptori, secundò autem per ipsum cæteris reuelasse, & locutum esse Deum dicimus. Inter hæc autem multum profectò interest, quorum discrimen inde à perspicaci viro facilè deprehenditur, quòd (exempli causa) quæ Deus per somnium, & visionem Danieli, per interiorē inspirationem Dauidi, per visam, & audita Iob, & Lucæ Apostolo eadem nobis etiam per illos Prophetas, & Apostolos, vt per quos, & per scripturas, vt per quæ, locutus est ipse Deus. Hæc autem locutionis varia vtique sunt genera, cum nec iisdem, nec per eosdem, nec per eadem, nec eodem modo in illis loquatur Deus, quamuis eadem sint illa, quæ diuersè dicuntur. Non erit itaque posterior hæc superuacanea repetitio, sed noua, dispar, & utilis locutio, ac reuelatio, cuius iccirco auctorem Deum, non sola (vt dicebatur) assistentia, sed interiori afflatu, & vera reuelatione verba ab ipsis canonicis scriptoribus exarata dictasse credimus. Ad illa verò, quæ ex scripturis testimonia nobis obijciebantur, respondentes dicimus, quamuis Lucæ Euangelistæ multa iam pridem Deus per Apostolos narrantes reuelasset,

uelasset, vt ille in sua Euangelij præfatione testatur, eundem tamen Deum per ipsum Lucam, diuino, dum scriberet, afflatu concitatum, cæteris fidelibus per scripturam locutum esse, & eadem illis reuelasse, studium etiam, quod contulisse, & laborem, quem pertulisse, tum Iesus filius Syrach, tum secundi libri Machabæorum scriptor in canonicis libris conscribendis palam profitentur, huic diuino afflatui, quo libri illi dictati sunt, non repugnare dicimus. Quamuis enim Spiritus sanctus canonicos scriptores omnes afflatu suo concitarit, non æquè tamen illorum mentibus sensus, & verba instillauit, sed plurimis quidem tum sensus, tum verba fudit, vt Ieremiæ, quem ita prophetasse narrat Baruch, vt de scripto legere videretur, in aliquorum autem mentes solos sensus immisisse, filij Syrach, & libri Machabæorum scriptoris exempla, nobis obiecta, non obscurè declarant, illis enim non solum sensus, sed etiam verba ex eodem Spiritus sancti fonte haurientibus, nullo vtique studio opus fuisset, quod in conscribendos libros ipsi conferrent, quos tamen sudorē, laborem, & vigilias de seipsis prædicantes, imò & suis lucubrationibus diligentem excusationem parantes audiuius. Dauidi quoque psalmorum plurimorum solos sensus Spiritum sanctum instillasse Patres non pauci affirmarunt, in quorum sententiam nos discessimus, dum Psalmis obiectas calumnias propulsaremus. Verba itaque si quando canonici scriptores aliqui, diligenter conquisita, scribendo delegerunt, eorum delectui astirit Spiritus sanctus, vt quæ non proferebat immissa, concepta exciperet, & idonea, aptaque probaret, cui minus commoda verba repudianti, & quasi renuenti, vt scribentes satisfacerent, summam iccirco diligentiam in ipsa elocutione adhibebant, quam tandem, vt potè congruentem, intus annuens Spiritus sanctus probabat. Dilutis itaque obiectis argumentationibus ad illud pariter responsum putamus, quod proposita quæstio postulabat, diximus enim
Deum

Tit. de lib.
Canonicis.
cap. 22.

Deum per Canonicos scriptores ita semper locutum fuisse, velle assistens, & eosdem inspirans per ipsos cæteris vera reuelatione scripturas, vel earum sensus dictando locutus sit. His autem constitutis reliquum illud esse videtur, vt Auditoris commoditati consulentes varios locutionum modos à nobis hucusque inuestigatos, nunc partitione distributos sub vno aspectu, dispari tamen ordine, ponamus. Quapropter tabellam eam hic adscripsimus, quæ omnes eiusmodi modos complectens, singulos ordine iam inuentis, non adhuc inueniendis, congruente, facilè demonstret.

Tabella.

Quomodo vniuersum Dei verbum, ab ipso quomodolibet prolatum, ad nos tandem peruenerit, & quibus hominibus locutum esse Deum dicendum sit. Cap. XVII.

HAec autem omnia, quæcunque recensuimus, locutionum genera, valde quidem disparia, & varijs, ac diffimilibus rationibus à Deo profecta, cum sint ad posteros ita delata, vt ad nos etiam peruenerint, qui iccirco eadem obseruare, colligere, & nunc percensere, atque certis exemplis confirmare potuimus, etsi Deum ipsum loquentem, atque tot dispares eius sermones, dum habebantur, nec audiuerimus, nec aliquo exteriori, vel interiori sensu (adhuc nimirum nascituri) perceperimus, quæri propterea non incitè potest. Quomodo ea omnia verba sint obseruata, & posteris tradita, quæcunque olim à Deo quomodolibet prolata fuerunt. Ad quam interrogationem respondentes dicimus bifariam id factum esse, scriptura, scilicet, & traditione, omnia nanque verba, quibus Deus ipse homines est allocutus, & quæ ad eorum salutem, & commodum seruanda idem decreuit, vel scriptis, vel verbis sine scripto per Prophetas, Apo-

Apostolos, & Euangelistas ille complexus est, Atque scripturam quidem pij omnes viri, imò & Hæretici (præter admodum paucos) facilè agnoscunt, agnoueruntquè semper, vt potè membranarum diligenter, & tuto seruata, publica Ecclesiarum lectione decantata, ad Dogmata confirmanda, & hæreses conuellendas, veluti certissimum testem, assidue productam, atque Ecclesiæ iudicio, & decreto sæpius comprobata, & eiusdem auctoritate, tanquam diuinam, ad lectionem, ac eruditionem omnibus propositam. Quare in ea testimonijs, vel rationibus demonstranda non immorabimur, sed infructuoso labore superfedentes dicemus in ipsa legi plurima Dei verba, per sermonem, litteras, res, somnia, spectra, phantasmata, & intellectus obiecta olim ab ipso Deo per Angelos, homines, aerem, bruta, & filium eius vnigenitum hominibus pronunciata, Quorum etiam singulorum exempla aliquot ex eadem scriptura nos paulò ante protulimus, cum varias diuinæ locutionis species enumerarem. Quæ autem sint omnia hæc Dei scripta verba, & quibus libris ea contineantur nos fusè, & cumulatè (ni fallimur) demonstrauimus, cum de libris canonicis ageremus. Tit. de lib. Canonicis. Primo itaque propositæ partitionis membro omnium consensione posito, & constituto, ad alterum iam liberè descendamus, Quod quidem traditione (verbis scilicet sine scripto) seruari diximus, multa autem Dei verba sine scripto fuisse tradita facile demonstratur. Cum Moysen, à quo capisse, quam habemus, scripturam multi arbitrantur, & Iob etiam ipsum (si eius narrationem ab eodem conscriptam esse dicas) Patriarchæ omnes vsque ad primū Adam ætate antecesserint. Quod si Enoch aliqua Dei verba scripsisse Iudæ Apostoli testimonio affirmaueris, ipsum quoque septimum ab Adam fuisse fateberis, quare illa omnia sine scripto Deum tradidisse necessariò dices, quæcūque cum Adam, cæterisque ipso Enoch natu maioribus Deum locutum fuisse credimus, atque illa præterea

Hæb. 1. præterea, quæ post Enoch ipsi Noè, Abraham, atquè illorum posteris vsque ad Iob, & Moysen dixit Deus, quem etiam nouissimè locutum nobis in filio scimus, scripsisse autem in ipso, & per ipsum non legimus. Hæc autem Euangelica Dei verba per filium sine scripto tradita, in Ecclesia seruari nemo est, qui ambigat, præsertim verò cum **FILIVS** ipse in cœlum ascensurus de suis verbis discipulos monuerit. [Euntes prædicare Euangelium omni creaturæ] **PAVLVM** quoque scribentem legimus [Fratres stete, & tenete traditiones, quas didicistis siue per sermonem, siue per Epistolam nostram] Possimus quidem plura his consimilia testimonia ex scriptura ad idem ostendendum proferre, sed iam recitata abundè illud demonstrare arbitramur. Aliquos tamen ex antiquis Patribus id ipsum asserentibus veluti testes adhuc producemus.

Lib. 3. c. 3. Dicebat itaque **IRAENEVS** [Quid autem, si neque Apostoli scripturas reliquissent nobis, non oportebat ordinem sequi traditionis, quam tradiderunt, quibus committebant Ecclesias? cui ordinationi assentiunt multæ gentes, Barbarorum, eorum qui in Christum credunt sine caractere, vel atramento scriptam habentes per spiritum in cordibus suis salutem, & veterem traditionem diligenter custodientes] Et paulò post] Hanc fidem qui sine litteris crediderunt, quantum ad sermonem nostrum barbari sunt, quantum autem ad sententiam, & consuetudinem, & conuersationem propter fidem, perquam sapientissimi sunt, & placent Deo] Id ipsum comprobans **TERTVLLIANVS**, & vtrumque Dei membrum indicans ait [Quid autem prædicauerit, id est quid illis Christus reuelauerit, & hic præscribam non aliter probari debere, nisi per easdem Ecclesias, quas ipsi Apostoli condiderunt, ipsi eis prædicando tam viua (quod aiunt) voce, quam per epistolas postea. **BASILIVS** similiter. [Iam verò etiam de Spiritu sancto communes nostras sententias, quales sint expendamus, tum eas, quæ ex scripturis de ipso nobis collectæ sunt,

sunt,

sunt, tum quas ex non scripta Patrum traditione, quasi per manus suscepimus.] **CHRYSOSTOMVS** [Sed multa etiam sine litteris tradiderunt (scilicet Apostoli) eadem verò fide digna sunt, tam illa, quam ista] **LEO** primus.] Dubitandum non est, dilectissimi, omnem obseruantiam christianam eruditionis esse diuinæ, & quicquid ab Ecclesia in consuetudinem est deuotionis receptum, de traditione Apostolica, & de sancti Spiritus prodire doctrina, qui nunc quoque cordibus fidelium suis præsidet institutis, vt ea omnes & obedienter custodiant, & sapienter intelligant] **VINCENTIVS** **LIRENENSIS** [Diximus in superioribus hanc fuisse semper, & esse hodieque catholicorum consuetudinem, vt fidem veram duobus ijs modis approbent. Primo diuini canonis auctoritate, deinde Ecclesiæ catholicæ traditione.] Sed quispiam fortasse dicet, concedo equidem traditum aliquando sine scripto fuisse aliquod Dei verbum, id ipsum tamen postea litteris consignatum suspicor, sicut enim in testamento veteri plurima, verbis antea tradita, postea scriptis mandata fuisse scimus, quæ nunc in eadem scriptura legimus, atque Christi sermones sine scripto habiti ab ipsis tandem Euangelistis vnà cum eiusdem actis fuerunt litteris consignati, imò & Apostolorum præcepta, decreta, monita, & acta fuit Lucas scriptura persecutus, Ita quoque conijcere facile possumus ea omnia Dei verba, quæcunque olim erant sine scripto quomodolibet tradita, fuisse postea, occasione paulatim data, scriptis diligenter mandata. Vt iam sola scriptura sit superstes relicta, qua omnia Dei verba contineantur, & compræhensa seruentur. Hoc quidem in errore plurimi versantur hæretici, vt iccirco ad huiusmodi interrogationem diligenter respondere operæpretium videatur, quod nos facturos omninò speramus, & petenti recipimus, commodiorem tamen locum expectamus, vt potè qui de verbo Dei tradito, integram disputationem mox instituemus, & (ni fallimur) absol-

A a uemus,

In Ep. 2. ad Theff. homil. 3.

De ieiunio Pent. ser. 2.

De proph. vocum Nouit.

Dubitatio.

Responsio.

nemus, in qua illud quoque Patrum testimonijs, & rationibus concludemus, atque exemplis euincentes statuimus, singula Dei verba non fuisse scripta, Quorum aliqua sola traditione custodiuntur, quod quidem erat alterum partitionis nostrae membrum, de quo ille dubitabat, quamuis etiam plerumque eademque scripta, verba non minus ipsa traditione, quam scriptura seruentur, demonstrantur, & pro certis Dei verbis à fidelibus habeantur, vt in eadem tractatione pariter ostendimus, atque vnà docebimus omne traditum Dei verbum semper esse æquè ac scriptum venerandum, & à pijs viris amplectendum, quos quidem omnino speramus vltro nobis concessuros, vt allatæ interrogationis responsionem in opportunum illud tempus differamus, ceteros autem etiam atque etiam rogamus, ne moræ impatientes nos vrgeant, ac importunè cogant, vt institutum consilium abijcientes ordinem peruertamus, & traditi verbi indiuiduam tractationem, quasi diuulsis membris, distrahamus, quin potius verbi Dei partitionem nostram, quam agrè suscipiunt, tantisper saltem patienter sustineant, donec eam firmissimè demonstrare nobis liceat, id enim paulò post (Deo iuuante) præstabimus. Quod hoc in loco sola Concilij Tridentini auctoritate firmamus dicentis. [Perspiciensque hanc veritatem, & disciplinam contineri in libris scriptis, & sine scripto traditionibus, quæ ipsius Christi ore ab Apostolis acceptæ, aut ab ipsis Apostolis Spiritu sancto dictante, quasi per manus traditæ ad nos, vsque peruenerunt, traditiones ipsas tum ad fidem tum ad mores pertinentes, tanquam vel ore tenus à Christo, vel à Spiritu sancto dictatas, & continua successione in Ecclesia catholica conseruatas, pari pietatis affectu suscipit, ac veneratur. Si quis autem traditiones prædictas sciens, & prudens contempserit, Anathema sit] Nunc autem postremam huius disputationis partem absoluentes, in qua quærebatur, quibusnam hominibus locutus sit Deus (hoc enim solum iam est

Quibus hominibus Deus sit locutus.

propo-

propositæ quæstionis reliquum) breuiter respondemus; primò quidem locutum fuisse Deum omnium primis parentibus, cum scriptum sit [Vocauitque Dominus Deus Adam, & dixit ei vbi es? Qui ait vocem tuam audiui in Paradiso, & timui] Et de Eua pariter dicatur [Mulieri quoque dixit multiplicabo ærumnas, & conceptus tuos, in dolore paries filios, & sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui] Deinde verò eorum filijs locutum ipsum esse dicimus, vt Caim, cui dictum est. [Et ait Dominus ad Caim, vbi est Abel frater tuus?] Atque ipsorum etiam posteris, nec solis quidem sanctis, & illi gratis, vt Noè, Abraham, & cæteris Patriarchis omnibus, sed impijs etiam, & ipsi infensis, vt Pharaoni per somnia, per Ioseph, & Moysem, Regibus quoque Nabuchodonosor, & Balthasar, per somnia, visiones, litteras, & Danielelem, quorum exempla iam pridem adduximus, & ipsi Balaam Ariolo, de quo scriptum est [Dixitque Deus ad Balaam noli ire cum eis, neque maledicas Populo, quia benedictus est] Vniuerso quoque populo Israelitico, cui dixit [Vos vidistis quod de coelo locutus sum vobis] & apud quem filius, in terris visus, & cum hominibus conuersatus, plures, & frequentes sermones habuit, vt Euangeliorum liber sapius, & fusè narrat. Gentibus præterea per Sibyllas, & Vates aliquando locutus est idem Deus, vt paulò ante demonstrabamus. Qui tandem omnes homines allocutus est per ipsos Apostolos, quibus iusserat. [Euntes in vniuersum mundum prædicate Euangelium omni creaturæ] Et quos eidem obtemperasse tum ipsorum acta, & posteriorum historiæ testantur, tum Dauid in Spiritu præuiderat dicens [In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum] Quare ad omnium nationum, barbararum etiam & immanium, aures verbum Dei peruenisse dicendum est. Beati tamen qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.

Gen. 3.

Gen. 3.

Gen. 4.

Num. 22.

Exod. 20.

Baruch 3.

Marc. 16.

Psal. 18.

*Quòd verbum Dei varia subeat pericula, atque iccirco
custodè egeat, qui illud fideliter asseruet, curèq;
diligenter ne pereat vel contamineur.*

Cap. X. CIII.

HOC ipsum autem Dei verbum, tum litteris consignatū, tum voce, sine scripto, traditum, cum temporum, & regionum incōmodis, atque hominum etiam iniurijs (hostium quidem violentiæ, Domesticorum autem dolo, ac negligentia) subiectum sit, ne iccirco intercidat, immutetur, contamineur, aut saltem obscuretur, in magno utique periculo semper fuisse fatendum est. Vt enim eluuiōnes, exustionesquē terrarum silentio prætereamus, sola certæ temporis longinquitatē membranulæ quidem ipsæ variè corroduuntur, & lacerantur, traditiones autem citius quoque, & facilius dilabuntur, ac pereunt, ut potè quæ, in ore & auribus vigentes, in lubrico magis versentur, & paulatim obscuratæ tum ægrè retineantur, tum facilè frequenti transitu immutentur. Hostiles deinde & bellicæ direptiones, vastationes, & flammæ monumenta ipsa consumunt, ac delent. Quo incommodo cum olim affectæ fuerint. Diuinæ ipsæ scripturæ, Esdræ Prophetam à Deo excitatum fuisse accepimus, qui easdem piè, sanctequè in antiquum statum restitueret. Adhæc verò eadem sacra volumina posterioribus temporibus hæreticorum, iudæorum, & perditorum, vel etiam negligentium hominum, non solum incuria, sed impia præterea fraude, ac malitia mendis, & mendacijs variè fuisse contaminata, decurtata, oppugnata, ac suppressa, contra verò adulterinos libros Prophetis, & Apostolis falsò incriptos fuisse, atque e mentita Dei verba pro sacris, & diuinis supposita tum maiorum traditione accepimus, tum experientia ipsa didicimus. Beatus certè **HIERONYMVS** de hæreticis scripturas cor-

rum-

rumpentibus dicebat. [Hæretici quicquid contrarium suo dogmati viderunt, eraserunt.] Atque de iisdem multò antea **CLEMENS ALEXANDRINVS** dixerat [Quamquam & hi, qui hæreses sectantur, audeant uti prophetis scripturis, tamen primùm neque omnibus vtuntur, deinde neque integris] De Iudæis autem **TERTULLIANVS** scribit [Legimus scripturam omnem ædificationi habilem diuinitus inspirari, à Iudæis postea iam videri propterea reiectam, sicut cætera ferè, quæ Christum sonant] Quos non pauca diuina verba suppressisse palàm testatur **ORIGENES** inquires. [Ex ijs, quæ Presbyterorum, & Magistratum, & Iudicum continebant vituperationem, quæcunque potuerunt, sustulerunt eorū sapientes à cognitione Populi] Pseudopphetas quoque ex iisdem Iudæis fuisse plurimos scripturæ ipsæ testantur, qui quidem Dei verba impudenter sunt ementiti, de ipsis verò dicebat **IEREMIAS** [Falsò Prophetæ vaticinantur in nomine meo, non misi eos, & non præcepi eis, neque locutus sum ad eos, visionem mendacem, & fraudulentiam, & seductionem cordis sui prophetant vobis.] Et rursum [Non mittebam Prophetas, & ipsi currebant, non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant] **EZECHIEL** quoque ait. [Vident vana, & diuinant mendacium, dicentes ait Dominus, cum Dominus non miserit eos] [Qui iccirco per eundem **EZECHIELEM** illis ira minabatur. [Væ Prophetis insipientibus, qui sequuntur spiritum suum, & nihil vident.] Inter quos Pseudopphetas scriptura nominatim commemorat Semeiam Nehelamitem, Sedeciam filium Maasæ, Achab filium Coliæ, Sedeciam filium Canaana. Nec solum quidem in Synagoga plures eiusmodi homines olim fuerunt, qui Dei verba ementirentur, sed in Ecclesia quoque illis similes non defuturos tum **CHRISTVS** ipse prædixit inquires. [Surgent enim Pseudochristi, & Pseudopphetæ, & dabunt signa magna, & prodigia, ita ut in errore inducantur (si fieri poterit) etiam electi, ecce

Procem. in Ep. ad Tit.

Li. 7. strom.

Lib. de habitu mult.

Ep. ad Iul. Afr.

Ier. 14.

Ier. 23.

Ezech. 13.

Ibidem.

Matth. 24.

ecce prædixi vobis] Tum Apostoli admonuerunt dicente PETRO [Fuerunt verò & Pseudoprophetæ in Populo, & in vobis, tum verò erunt magistri mendaces, qui introducent sceleratas perditionis] Tum etiã consequentia tempora apertè id ipsum indicarunt, ea propter dicebat APOSTOLVS PAVLVS [Non sumus sicut plurimi adulterantes verbum Dei, sed ex sinceritate sicut ex Deo coràm Deo in Christo loquimur] Ecclesia autem librum Enoch mendis contaminatum, duodecim Patriarcharum testamentum, Euangelium Nazareorum, Nicodemo, Petro, Bartholomeo, Thomæ, Philippo, & Matthiæ inscripta Euangelia, Petri Apocalypsim, Pastoris librum, Barnabæ Epistolam, Acta Pauli, Ioannis, Andree, & similia, veluti adulterina, repudiavit, atque inter Apocrypha nominatim retulit, Canonicas autem scripturas peruulgavit, comprobavit, atque illis obiectas calumnias ab eisde propulsavit (vt postèrius nos opportuno loco fusè declarabimus). Ipsa quoque Dei verba voce, sine scripto, tradita, tũ à Cabalisticis, & Thalmudisticis Iudæis; tũ verò ab hæreticis Christianis silentio dissimulata, calūnijs obscurata, immutata, fictis & cōmētitijs fabulis, ac mēdacijs aspersa, varièq; corrupta reclamātes Patres palàm indicarūt, atq; mendacij, & falsi crimine conuicta Catholica Ecclesia dānavit, eiusmodi verò fuerūt vana, & impia Valentini, Marcionis, Basilidis, Montani, & Manetis commenta, portētaquè, totius Ecclesiæ sententia iamdiũ condemnata, & explosa, quibus cæterisq; Hæreticorũ, ac Iudæorum mendacijs repugnātes Apostolicæ traditiones, quamuis ab impijs hominibus palàm, & assiduis calumnijs petitæ, paululum obscuratæ viderentur, à Catholicis tamen viris testimonijs clarissimis confirmatæ, & illustratæ, vt publicè editæ, expositæquè omnibus paterent, paulatim fuerunt earum plurimæ Decreto Ecclesiæ litteris consignatæ, vt paulò post de ipsis agentes demonstrabimus. Præter calumniam autem, fraudem, & dolum, quem impij, ac perditii homines adhibuerunt

Tit. de libris Canonicis.

Tit. de Verbo Dei tradito.

buerunt, vt Dei verba obscurarent, corrumpèrent, ac ementirentur, incuriam quoquè, ac negligentiam plurimorum diuini Verbi tum traditi, tum scripti integritati, ac tutæ conseruationi obesse potuisse opinari, & affirmare facillè possumus obfuisse verò non solum suspicari, sed credere etiam debemus, si Athanasio fidem adhibeamus, qui de Diuinis scriptis, ac verbis olim ammissis sermonem habens dicebat. [Itaque hæc omnia per impiorum Iudæorum amentiam, & incuriam interijisse manifestum est.] Vt igitur ex temporis faucibus, belli vi, atque hominum insidijs, & negligentia ereptum Dei verbum seruetur, custode vtique egebat auctoritate, ac fide prædito. Quis verò is fuerit à Deo præ cæteris ad eiusmodi custodiam delectus, mox inquirentes cognoscemus.

Synop. fac. script.

Quòd verbi Dei custos olim fuerit Synagoga, cui superstes Ecclesia in perpetua eiusdem verbi, maiore iam vbertate affluens, custodia sit ab ipso Christo posita. Cap. XIX.

DEus itaque verbi sui diuturnitati, & incolumitati prospiciens, atq; hominũ saluti cōsulens, qui vel diuinis verbis carere, vel supposita, & adulterina venerari, germana verò repudiare facillè potuissent, verbũ ipsum custodia muniendum censuit, vt scilicet illud in tuto (quantum eiusdem natura ferebat) collocaretur, eum verò custodem præ cæteris deligendum esse vtiquè intelligebat, quem fidelium ducem, magistrum, & Iudicem ipse constituerat, eo nanque neminem, vel magis spectatæ fidei, vel maioris inter homines auctoritatis, vel etiam ad diuturnitatẽ memoriæ æquè stabilem esse optimè sciebat. Fuerat autem olim ipsa Synagoga à Deo electa, quæ Hebræos ad Diuinum cultum deduceret, fide, & scientia erudiret, moribus instrueret, legibus contineret, iudicia denique

que inter ipsos, atque in Pseudoprophetas publicè exerceret. Quare tunc eadem visa Deo pariter fuit apta, nataquè ad ipsius verbum custodiendum, & conseruandum, cui iccirco fuerunt (vt inquit Paulus) credita eloquia Dei, vt quidem illa piè, & cautè serualet, charo in primis Populo peruulgaret, calumnias omnes ab ipsis propulfaret, & quæ cuius ætati, ac ordini congruerent legenda proponeret, contrà verò Dei ementita verba à veris, & germanis secerneret, repudiaret, eorumquè lectione, & vsu fidelibus interdiceret, nec sola equidem verba, sed illorum præterea abditos sensus eidem per Moysem Deus ipse tradidit, quod inter cæteros palàm testatur

HILARIUS dicens [Moyfes, quamuis veteris testamenti verba in litteris condidisset, tamen separatim quædam ex occultis legis secretiora mysteria septuaginta senioribus, qui Doctores deinceps manerent, intimauerat, cuius doctrinæ etiam Dominus in Euangelijis meminit dicens, super Cathedram Moyfi sederunt scitibæ, & Pharisæi, omnia ergo quæcunque dixerint vobis, facite, secundum verò facta, eorum nolite facere. Doctrina ergo horum in posterum, quæ ab ipso scriptore legis accepta, in hoc seniorum & numero, & officio conseruata est &c.] Postquam verò æternum ipsum Verbū homines allocutum familiares cum illis sermones habuit, Ecclesiamque, vt apud Lucam Paulus Apostolus dicebat, acquisiuit sanguine suo, tunc Deus Synagogam perduellionis ream aspernatus, ac respuens, quæcunque illi erant ab ipso concessa priuilegia, ea omnia ad Ecclesiam statim transtulisse, & cumulatius auxisse certissimum est, atque omnibus exploratum, vt iccirco Propheticos quoque libros, & sermones, Synagogæ olim concreditos, in ipsam Ecclesiam contulerit, & perpetuò custodiendos eidem tradiderit. Quibus etiam verba ea adiunxit, quæ nouissimè (vt Paulus scribit) locutus fuerat in filio, atque Apostolicos præterea sermones addidit, vt eiusmodi cumulo aucta, diuina verba in Ecclesia sanctè, perpetuòquè serua-

In Pl. 2.

A& 20.

Heb. 1.

seruaentur. Quod quidem ipse olim prædixerat, cum per **ISAIAM** Ecclesiæ dicebat. [Spiritus meus qui est in te, & verba mea, quæ posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore seminis tui, & de ore seminis seminis tui à modo, & vsque in sempiternum] Hoc enim ad Ecclesiam pertinere sancti Patres, eorum verborum interpretes palàm tradiderunt, Quod vaticinium expletum esse nos ipsi sentimus, atque **IRENEVS** id ipsum apertè testatur inquiring. [Non oportet adhuc quærere apud alios veritatem, quam facile est ab ecclesia sumere, cum Apostoli, quasi in depositorium diues, plenissimè in eam contulerint omnia, quæ sunt veritatis, vti omnis, quicumque vellet, sumat ex ea potum vitæ.] Idemque de tradito verbo in Ecclesia custodito paulò ante dixerat. [Cum autem ad eam iterum Traditionem, quæ est ab Apostolis, quæ per successiones presbyterorum in Ecclesijs custoditur, prouocamus eos.] **ATQVE** de eadem custodia alio in loco inquit. [Agnitio vera est Apostolorum doctrina, & antiquus Ecclesiæ status in vniuerso mundo, & caractere corporis Christi secundum successiones Episcoporum, quibus illi eam, quæ in vnoquoque loco est, Ecclesiam tradiderunt, quæ peruenit vsque ad nos custodita sine fictione, scripturarum traditione plenissima, neque ablationem recipiens, lectio sine falsatione.] Cui subscribens **TERTULLIANVS**, totam Apostolicam doctrinam in Ecclesiam Romanam cumulatè collatam fuisse prædicat dicens. [Si autem Italiæ adiaces, habes Romam, Vnde nobis quoque auctoritas præstò est, felix Ecclesia, cui totam doctrinam Apostoli cum sanguine suo profuderunt.] Quam quidem doctrinam (Diuinum scilicet verbum, atque eiusdem germanam intelligentiam) Ecclesiam diligenter asseruasse, & tamquam depositum sanctè custodisse testatur **VINCENTIUS LINERENSIS** cum ait [Christi verò Ecclesia, sedula, & cauta depositotum apud se Dogmatum custos, nihil in his vnquam permutat, nihil minuit, nihil addit,

Ira. 59

Lib. 3. ca. 4

Lib. 3. ca. 2.

Lib. 4. cap. 63.

De præscrip. aduers. Hær.

Aduers. p. vocum nouit.

Bb

non

1. Tim. 3.

1. Tim. 6.

Ila. 1.

Osee 2.
Matrh 16.
Ioan. 8.

Eph. 2.

Eph. 5.

Apo. 21.

Osee 2.
Matrh 28.
Io. 14.

Conclusio.

non amputat necessaria, non apponit superflua, non ammittit sua, non vsurpat aliena, sed omni industria hoc vnum studet, vt vetera fideliter, sapienterque tractando, si qua illa sunt antiquitus informata, & inchoata, accuret, & poliat, si qua iam expressa, & enucleata consolidet, firmet, si qua iam confirmata, & definita custodiat.] Iure itaque Apostolos eandem Ecclesiam vocabat columnam, & firmamentum veritatis, atque Timotheum monebat, vt Diuinum verbum depositum custodiret. Iure quoque ipsa Ecclesia, Christi sponsa, fidelium mater, & magistra, Doctrinæ, ac morum legitimus iudex, verbi Dei est pariter effecta custos. Cui præterea optimi etiam custodis, notæ, & conditiones omnes congruere deprehenduntur. Eum enim fidelem, constantem, inuictum, sanctum, & perpetuum esse maximè profectò decet, Ecclesiam autem tum fidelem in primis scripturæ prædicant, cum de illa ISAIA S prædixerit. [Post hæc vocaberis Ciuitas iusti, vrbs fidelis.] Et apud OSEE illi dicat Dominus [Sponsabo te mihi in fide] Tum verò constantem eam esse oportet, quam supra Petram Christus ipse ædificauit, eademque inuicta pariter erit cum aduersus eam nec etiam inferi portæ, teste Christo, præualere possint, ipsam præterea æquè sanctam esse, quis inficiari poterit? cuius summus angularis lapis ille sit [In quo omnis ædificatio constructa crescit in templū sanctum in Domino] [Et de qua dixerit idem APOSTOLVS [Christus dilexit Ecclesiam, & se ipsum tradidit pro ea, vt illam sanctificaret] Vt iccirco de ipsa scriptum meritò sit. [Hæc est illa Ciuitas sancta, Hierusalem noua descendens de cælo.] Tandem verò perpetuam illam fateri compellimur, cui Dominus dixit [Sponsabo te mihi in sempiternum] Eidemque promisit apud illam se futurum vsque ad consumationem seculi, & Paraclitum daturum; qui cum ea maneat in æternum. Cum itaque in Ecclesia optimi custodis, & conseruatoris insignitæ notæ omnes appareant, hoc quoque argumento verbi custodiam illi à Deo

Deo assignatam esse fidenter concludamus. Quo constituto erit iam à nobis diligenter inuestigandum, Quodnam sit certissimum inditium, ac testimonium ad singula Dei verba indicanda, & comprobanda, non minus enim difficilis, & obscura, quàm utilis, & necessaria quæstio hæc putanda est, vt ipsam tractantes mox cognoscemus.

Quòd Scriptura Sacra inditium, ac Testimonium sit certissimum ad singula comprobanda, quæ Dei verba esse dicuntur, vt ipsorum certitudo inde sit iccirco sumenda de aliorum sententia asseritur, et confirmatur, Id ipsum verò ab Auctore confutatur, & quibus confirmabatur, argumenta diluuntur. Cap. XX.

INquirentibus itaque nobis quomodo certum sit Deum illa omnia, ac singula reuelasse, quæ pro expresso ipsius verbo fideles habent, statim obuij fiunt respondentes aliqui, scripturam Diuinam huius euentiæ certissimum indicem, & locupletissimum testem esse, isti enim ipsius Scripturæ Diuinæ præstantiam animo contemplantes tantam in ea vim esse existimarunt, vt non solum ea omnia, quæ à Deo reuelata sunt, ab ipsa doceri, & confirmari dixerint, sed se ipsa quoque euentem ac certam illam reddi palàm affirmarint, perindè atquè sol cuncta sua luce illustrans, suomet fulgore ipse etiam conspicitur, & in scientijs ipsa *αξιόματα*, quibus cætera omnia demonstrantur, sunt ipsa per se in primis manifesta. Temerarium itaque iidem putant, vel scripturæ euentiam quærere, vel præter eius testimonium quippiam aliud ad reuelata ipsa comprobanda flagitare, cum illa nimirum probari aliundè

Aliorum opinio.

Confirmatio.
Arg. 1.

non possit, ad ipsam verò quæstiones omnes reuoluantur, veluti ad primum scilicet principium, atque reuelatorum omnium certissimum, ac locupletissimum testem. De quo DOMINVS dicebat [Scrutamini scripturas, quoniam ipsæ testimonium perhibent de me]. Et PETRVS [Habemus firmiter propheticum sermonem.] IOANNES verò [Hæc autem scripta sunt, ut credatis, quia Iesus Christus est filius Dei.] Perinde ac si dicerent, in Scripturæ dicto esse acquiescendum, cuius testimonium ad fidem faciendam omnino sufficiat. Nephias igitur erit querere, cur scripturæ sit, tanquam Dei verbo, fides adhibenda. Quod quidem præterea confirmari hoc etiam argumento posset. Scripturæ veritas, si aliunde probanda esset, aut ratione, & sensu demonstraretur, aut relatione aliqua confirmaretur, primum quidem fieri non potest, tum quia sensum, & rationem omnem ipsa scriptura transcendit, utpotè quæ diuinitus sit inspirata, tum quia esse aliquid à Deo reuelatum eiusmodi argumento probari, ac evidens reddi non posse paulò ante demonstrauius. Reuelatione autem si esset Scriptura comprobanda, cum ipsamet sit Reuelatio, illa similiter, qua niteretur, Reuelatio alterius esset reuelationis testimonio confirmanda, & hæc rursus egeret alia, cum nulla sit dispar ipsarum ratio, quare in infinitum progrediendum esset, in prima igitur potius sistendum erit, atque Scripturæ Reuelatio ex se ipsa sola sumenda, & pro certa (ut dicebatur) habenda. Quod HILARIVS etiam palam testari videtur inquit. [Nemini autem dubium esse oportet ad diuinarum rerum cognitionem, diuinis utendum esse doctrinis, neque enim scientiam caelestium per semet humana imbecillitas consequetur, neque inuisibilium intelligentiam ipse sibi corporalium sensus assumet; Non enim vel id, quod creatum in nobis atque carnale est, vel id, quod in usum vitæ nostræ ex Deo datum est, suomet iudicio naturam creatoris sui opusquè discerneret; Non subeunt ingenia nostra in caelestem

scien-

Arg. 2.
Ioan. 5.
2. Pet. 1.
Ioan. 20.

Arg. 3.

De Trin. li.
4.

scientiã, neque incomprehensibilem virtutem sensu aliquo infirmitas nostra concipiet, ipsi de se Deo credendum est, & ijs, quæ cognitioni nostræ de se tribuit obsequendum. Aut enim more gentilium denegandus, si testimonia eius improbantur, aut si, ut est, Deus creditur, non potest aliter de Deo, quam ut ipse est de se testatus, intelligi.] Huius quidem sententiæ auctores, quamuis iustam admodum causam suscepisse videantur, eamque, specioso Diuinæ Scripturæ nomine protecti, defendant, in maximo tamen errore versari deprehenduntur, si illud præsertim animaduertamus, quod posita hac Scripturæ per se ipsam euidencia, sequatur eam ab omnibus pro verbo Dei necessariò suscipi, Quod autem Dei verbum esse quis persuasum habeat quomodo negliget? Deum mentiri quis rationis compos vnquam putabit? hoc ne Gentes quidem dicere audent, omnes igitur Dei verbo fidem adhibebunt, Scripturam ipsam venerabuntur, & fideles denique erunt, (si tamen hæc fides dicenda sit, quæ necessaria rationis consecutione conclusa euidens fuerit) Cur ergo tot infideles homines conspiciuntur, atque innumeri omnibus ferè seculis extiterunt? Cur Ethnici totam Scripturam rejiciunt? Iudæi nouum testamentum, Manichæi vetus non suscipiunt? Alij ex nouo non pauca, ex veteri multa ressecanda, quamplura etiam vtrique addenda putant? Inter catholicos verò cur de non nullis Scripturis diu ac sæpius fuit controuersia? quam denique, non Scripturæ testimonio sed traditione & Ecclesiæ iudicio sedatam, ac direptam nouimus? Sol quidem ab omnibus aspicitur, & *ἀξιώματα* nemo negat, de Scripturis autem cum variæ sint sententiæ, erit quoque diuersa illarum ratio, & nulla in ipsis per se certitudo. Adhæc si verbū Dei Scriptura Sacra diiudicaretur, quomodo Patriarchæ, Prophetæ, & Apostoli Deo ipsis loquenti absque scriptura credidissent? Et alijs eadem tradidissent, quæ tamen Dei verba esse Scripturæ testimonio non comprobassent? Illis præterea prædicantibus, &

Confutatio.

Responso
at obiecta
argumenta
vna cō
futatione.
Ad. 1.

Chri-

Christo ipsi cur quisquam credit, teste non adhibita scriptura? cum barbaris nationibus quomodo actum est, apud quas non solum prædicasse Apostolos, sed fidem quoque, ac religionem longè, latèque propagatam cernimus? cum tamen apud ipsas nulla tunc Scriptura, nec aliquis scribendi usus extiterit, vt complures, tum sacri, tum prophani Scriptores testantur, sed in solis tabulis cordis carnalibus Dei verbum impressum illi susceperint, eique firmissimè absque Scripturæ præsidio adhæserint. Quod IRENEVS illis temporibus proximis his verbis refert. [Quid autem si neque Apostoli quidem Scripturas reliquissent nobis, nonne oportebat ordinem sequi traditionis, quam tradiderunt ijs, quibus committebant Ecclesias? Cui ordinationi assentiunt multæ gentes Barbarorum eorum, qui in Christum credunt, sine charactere, vel atramento, scriptam habentes per spiritum in cordibus suis salutem, & veterem traditionem diligenter custodientes.] Singulas denique traditiones quomodo suscipiemus, quas quidem Paulus Apostolus nos tenere sæpius iubet, cum tamen à Scripturæ testimonio pleræque destituantur? Seruandæ profectò sunt Scripturæ sacræ, illarum testimonio fides adhibenda, quæ in ipsis scripta sunt, omnino credenda, vt producta eiusdem testimonia confirmabant, rationes persuadebant, & Hilarius ipse testabatur. Illud tamen sciendum in primis est, quomodo à prophanis scripturis illæ discernantur, & quamobrem à fidelibus pro expresso Dei verbo habeantur, de quo quidem vniuerso quæstio nunc habetur, cuius vniuersæ enodatio sola scripturarum, tum veritate, tum sanctitate, nondum præsertim interroganti perspecta, haberi utique non potest, eius verò euidencia non ex alia reuelatione, vt argumentantes sibi sumebant, sed ex medio quodam diuino immediatè sumi debet, quod paulò post nostram ipsi sententiam explicantes, declarabimus, interim autè horum opinionè, quos in summas angustias inductos videmus, sine cunctatione explodamus.

Quòd

Quòd vniuersum Dei Verbum sit sui, loquentisque Dei certus index de aliorum sententia asseritur. Atque eiusmodi assertio oppugnatur.

Cap. XXI.

Alij verò asserunt Dei quidem verbum, non tamen scriptum solum (quod illi putabant) sed vniuersum potius vim hanc habere, vt eorum, quæ significat, & sui ipsius, loquentisque idoneus sit testis, & certus index, Ea enim, inquit, est vocis vis, & natura, vt animi sensus exprimat, & loquentem personam indicet, ac euidenter reddat, quod autem cuiuslibet voci commune est, id erit diuinæ in primis tribuendum. Hoc verò asserentes traditionis quidem, prædicationis, ac viuæ vocis argumenta, superius obiecta, facillè diluent, cur autem in Dei verbo, sibi propterea noto, certo, & perspecto, non acquiescant, fideles existant, singulas scripturas sacras sine hæsitacione amplectantur, prophanas reijciant, diuinas traditiones venerentur, humanas respuant, fidei denique natura, & meritum quomodo verbi euidentiæ congruat, explicare (ni fallimur) nunquam poterunt, præsertim cum PAVLVS Apostolus dicat [Quàm speciosi pedes Euangelizantium pacem, Euangelizantium bona, sed non omnes obediunt Euangelio.] ISAIAS verò, [Domine quis credit auditui nostro? & brachium Domini cui reuelatum est?] Horum igitur argumentorum vim vt facilius ipsi declinent, suam explicantes sententiam dicunt, Verbum Dei non omnibus quidem seipsum, & sui auctorem indicare, sed ijs solis, quibuscum Deus ipse sermonem habet, vt sunt Prophetæ, Apostoli, & cæteri denique omnes, quos diuina mysteria ex ipso fonte hausisse, vel Dei spiritu locutos esse credimus, Quibus internuntijs, ac dicta referentibus alij postea traditione quadam Dei verba susceperunt, qua nixi pro certis re-

lata

Li. 3. c. 3.

Ad. 2.

Ad. 3.

Alia opinio

Confirmatio.

Confutatio.

Rom. 12.

Isa. 53.

Sententiæ
Explicatio.

Confutatio lata omnia habuerunt. Quæ quidem opinio, quamuis ex dictis angustijs euasisse videatur, in alias tamen difficultates incurrit, ac ipsa teste scriptura conuincitur, cuius ex sexcentis locis vnum tantum adducemus, ne in re aperta diutius immoremur. Certum profectò est Samuelem Heli sacerdoti inferuentem noctu à Deo ter vocatum, verba quidem audiuisse, Diuina autem illa esse nescientem ab Heli se vocatum putasse, à quo postea admonitum, Dei verbum, quartò repetitum, tandem agnouisse. De Christo verò quid dicemus? Dei scilicet filio, & secunda Trinitatis persona? nonne multos longosquè sermones coràm Iudæis ipse habuit, nec tamen ab ipsis ex sermone agnitus, aut eius locutio pro Dei verbo statim suscepta fuit, cum tamen Deus ipse esset, qui loquebatur, quamuis in forma serui aspiceretur. Quinimò Apostolis quoquè, & discipulis suis idem ipse post resurrectionem sæpius locutus est, cum tamen illi, nec Dei verba, nec loquentem personam audientes agnoscerent. Falsum itaque est Verbi Dei illam esse vim, & naturam, quam isti asserunt, quæ quidem facultas, nec etiam voci omni (vt ponebatur) congruit, cui sat est animi sensus exprimere, quorum est index, cum ipsa doceat experientia nos sæpè numero decipi in loquentis persona diiudicanda, hoc qui negat, is periculum faciat, & de sententia statim discedet, cum etiam à Pfittaco se in errorem duci cognouerit, multò verò minus corpoream vocem (qua quidem Deum mysteria sæpius reuelasse legimus) inuisibile, incorporeum, & infinitum, cum quo proportionem non copulatur, certò per se ipsam indicare posse est verisimile. Huc accedit, quòd Apostoli, Prophetæ, & turbæ Christum sequentes, atque eius verba custodientes eorum, quæ sibi ab ipso reuelabantur, non certè fidem (quæ argumentum est non apparentium) sed euidèntiam habuissent, quod falsum esse omnino conuincitur, tum quia vel fidei dono caruissent, vel actu, quorum primum impium dictu videtur,

Responso
ad Argu-
menta.

detur, secundum rationi repugnans; frustra enim est illa potentia, quæ nunquam ad actum exit, tum etiam quia SALVATOR noster postquam Petro dixerat. [Beatus es Simon Bariona, quia caro, & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus, qui in coelis est.] Declarauit alibi istam in Petro non fuisse euidèntiam, sed veram fidem dicens. [Rogavi pro te Perre, vt non deficiat fides tua] Quam fidem cum asserat nunquam defecturam, à nostra profectò non esse diuersam ostendit, nullam enim aliam Petri fidem permanere constat, ea excepta, quam huius temporis Ecclesia, super fundamentum Apostolorum & Prophetarum ædificata, profitetur. Idipsum què ex eo præterea demonstratur, quòd cum vna sit ipsa fides, Scriptum est enim. [Vnus Dominus, vna fides.] Vnam quoquè eandemque rationem, & nostræ, & Apostolorum fidei congruere fatendum est, in neutra igitur, vel vtraque erit euidèntia, quæ cum nobis per verbum Dei nõ sit impartita, Apostolis quoque videtur propterea denegata, nec Turbæ concessa, quæ Christo prædicanti credidit. Adhæc verò si in Apostolis ipsa reuelatorum notitia fides vera non fuisset, nec etiã scientia nuncupari posset, hæc enim ex fide oritur (vt postea declarabimus) quam originem, & progressionem significans PETRVS APOSTOLVS dicebat. [Ministrate in fide vestra virtutem, in virtutè autem scientiam.] Et ad idem respiciens ISAÏAS multò ante dixerat. [Nisi credideritis non intelligetis] Nullo igitur in Scriptura nomine huiusmodi Apostolorum donum appellaretur, nec inter Spiritus Sancti charismata numeraretur, aut certè nostra fides excluderetur.

Matth. 16.

Luc. 22.

Eph. 4.

Tit. d Theol. sciencia.
Et Tit. de Auditore Theol. 2. Pct. 1.

Isa. 6.

*Quod Ecclesie iudicio, & Testimonio certum nobis sit
Deum illa reuelasse, quæ pro expresso Dei Verbo
habentur, de aliorum sententia asseritur,
& probatur. Cap. XXII.*

Tertia opi-
nio.

Confirma-
tio.

Contra Ep.
Manichei.
c. 3.

Gala. 2.

Lib. 4. ad-
uers.

Mancionē.
Li. 28. con-
tra Faustū.
c. 41.

Ep. ad Au-
gust. de Pe-
tro à Paulo
eprehenso.

His itaque incommodis ne premamur tutius fortasse e-
rit, atque ijs, quæ superius dicta sunt, non modò con-
sentaneum, sed etiam (vt videtur) necessariò consequens, af-
firmare Ecclesiam, quam diximus esse verbi Dei custodem,
fidelium matrem, & magistrā, columnam denique, & firmamentū
veritatis, nos docere, & certos facere, quòd Deus ea omnia,
ac singula reuelauerit, quæcunque verbo, aut scripto tradita;
Dei verba esse creduntur, nec alicuius omnino auctoritatem
debere nos magis urgere, & commouere, quam ipsius Eccle-
siae Testimonium, iudicium, atque præceptum, vt non in scitè
dixerit **AVGVSTINVS**. [Euangelio non crederem, nisi Ec-
clesiae auctoritas me commoueret.] Quod etiam **PAVLVS**
APOSTOLVS sensisse videtur, cum dixit, [Ascendi autem
secundum reuelationem, & contuli cum illis Euangelium,
quod prædico in gentibus, seorsum autem his, qui videntur
esse aliquid, ne fortè in vacuum currerem, aut cucurrissem.]
Cuius collationis causam explicans **TERTVLLIANVS** in-
quit. [Paulus Hierosolymam ascendit ad Apostolos consul-
tandos, ne fortè in vacuum cucurrisset, non enim sufficeret ad
fidem singularitas instrumenti, destituta patrociniò antecesso-
rum.] Eandem rationem reddit **AVGVSTINVS** dicens. [Si
Paulus Apostolus non inueniret in carne Apostolos, quibus
communicando, & cum quibus conferendo Euangelium,
eiusdem societatis esse apparet, Ecclesia illi omnino non cre-
deret.] Vtrique cõsentiens **HERONYMVS** ait. [Ex his Pau-
lus ostendens se non habuisse securitatem Euangelij prædi-
candi, nisi Petri, & qui cum eo erant, fuisset sententia roborata-
tum.]

tum.] Quod autem Paulus senserat, idè sentiebat & **LVCAS**,
qui hoc proœmio propterea est vsus. [Quoniā quidem multi
conati sunt ordinare narrationem, quæ in nobis completa
sunt rerum, sicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipsi viderunt,
& ministri fuerunt sermonis, visum est & mihi, affecuto
omnia à principio, diligenter & ordine tibi scribere optime
Theophile.] Quibus verbis declarare vult Euangelium ab ip-
so conscriptum, non esse ab Ecclesiae auctoritate destitutū, vt
apertè exponit **VSÉBIVS** dicens. [Lucas volens abstinere
nos à cæterorum narrationibus, fidem facit per se conscriptæ
veritatis, certus quòd eam vel Paulo exponente, vel alijs Apo-
stolis, qui ab initio ipsi viderunt, ac sibi tradiderunt, consecu-
tus est.] Quòd si quis putet hanc Ecclesiae auctoritatem non
fuisse quidem Euangelio Lucæ necessariam, sed illum qua-
dam dicendi humilitate vsus hanc redundantem confirma-
tionem apposuisse, audiat is **TERTVLLIANVM** dicentem.
[Igitur si ipse illuminator Lucæ (Paulus scilicet) auctoritatē
antecessorum & fidei, & prædicationi suæ optauit, quanto
magis eam Euangelio Lucæ exoptulem? quæ Euangelio ma-
gistri eius fuit necessaria?] Pauli autem & Lucæ doctrinam de
Euangelio, Ecclesiae auctoritate cõfirmādo, **IOANNES APO-
STOLVS** tacitè subscribens ait. [Hic est discipulus ille, qui
testimonium perhibet de his, & scimus quia verum est te-
stimonium eius.] Verba autem hæc ex persona Ecclesiae ipse
protulit, propterea, **SCIMVS**, plurali numero dixit, vt verita-
tem sui Euangelij Ecclesiae voce confirmaret. Quam quidem
Ecclesiam perpetuò id obseruasse certum est, vt singulis scili-
cet Diuinis Scripturis iudicij sui publicum testimonium da-
ret, quo quidem signo illæ ob signatæ pro canonicis ab omni-
bus haberentur, & pro diuinis in Ecclesia solæ legerentur,
Quod primò canonibus illis, qui Apostolis ipsis inscripti sūt,
cautum legitur, & **TOLETANVM** deinde **CONCILIVM** sub
anathemate idem præcipit inquiring. [Si quis dixerit alias
Scripturas præter eas, quas Ecclesia Catholica recipit, in au-
toritate

Luc. 1.

Lib. 3. c. 24

Li. 4. aduer.
Marcionē.

Io. vii.

Can. 84.
Tol. 1.

toritate habendas, vel venerandas esse Anathema sit.]

CONCILII VERÒ LAODICENI, & TERTII CARTHAGINENSIS iudicio sunt ipsæ diuinæ scripturæ à cæteris huiusmodi Decreto seiuinctæ. [Placuit vt præter scripturas canonicas nihil in Ecclesia legatur sub nomine Diuinarum Scripturarum.]

Sess. 4.

CONCILIUM postremò TRIDENTINUM eadem vfas auctoritate ita statuit. [Si quis autem libros ipsos integros cū omnibus suis partibus, prout in Ecclesia Catholica legi consueuerunt, & in veteri vulgata latina editione habentur, pro sacris, & canonicis non susceperit, anathema sit.]

Aduersus
Marcionē
lib. 4.

TERTULLIANVS verò de ipsis Scriptis Euangelij dicit. [Eadem auctoritas Ecclesiarum Apostolicarum cæteris quoque patrocinabitur Euangelij, quæ proinde per illas, & secundum illas habemus, Ioannis dico, & Matthei, licet & Marcus, quod edidit, Petri affirmetur, cuius interpretes Marcus, Nam &

Li. 2. de Do
ctr. Christ.
c. 8.Lib. 3. contra
Fauftū.

Lucæ digestum Paulo ascribere solent, capit magistrorum videri, quæ discipuli promulgarint.] Atque AVGVSTINVS fidelem hominem commoneus ait. [In Canonicis autem scripturis Ecclesiarum Catholicarum quamplurimum auctoritatem sequatur.]

Lib. 1. contra
aduers. legis
& proph.

ET alio loco. [Quòd si eos infalsatos dixerit, ipse testium suorum fidem oppugnabit, si autem alios, quos dicat Apostolorum nostrorum, codices protulerit, quomodo eis ipse auctoritatem dabit, quam per Ecclesias Christi, ab ipsis Apostolis constitutas, non accepit, vt inde ad posteròs firmata commendatione transcurreret?]

Sessio 4.

ET rursum [Sane de apocriphis iste posuit testimonia, quæ sub nominibus Apostolorum Andrea, Ioannisque conscripta sunt, quæ si illorum essent, recepta essent ab Ecclesia.]

Qua etiam Ecclesiæ auctoritate, singula Dei verba tradita (quæ traditiones dici solent) confirmantur, & ab humanis discernuntur, vt propterea CONCILIUM TRIDENTINUM de iisdem traditionibus ita decreuerit [Perspicuensque hanc veritatem, & disciplinam contineri in libris scriptis, & sine scripto traditionibus, quæ ipsius Christi ore ab Apostolis acceptæ, aut ab ipsis Aposto-

lis

lis Spiritu sancto dictante, quasi per manus traditæ, ad nos vsque peruenerunt, traditiones ipsas tum ad fidem, tum ad mores pertinentes, tanquam vel oretenus à Christo, vel à Spiritu sancto dictatas, & continua successione in Ecclesia Catholica conseruatas, pari pietatis affectu suscipit, ac veneratur, si quis autem traditiones prædictas sciens, & prudens contemplerit anathema sit.]

TERTULLIANVS verò [His ferè compendijs vtimur, cum de Euangelij fide aduersus hæreticos expedimur, defendentibus, & temporum ordinem posteritati falsariorum præscribentem, & auctoritatem Ecclesiarum traditioni Apostolorum patrocinantem, quia veritas falsum præcedat necesse est, & ab eis procedat, à quibus tradita est.]

Lib. 4. ad-
uersus Mar-
cionem.

CYRILLVS ALEXANDRINVS in Ephesino Concilio dixit. [Hanc nobis fidem diuini tradidere Discipuli, & licet nullam fecerint dictionis huius mentionem, ita tamen sentire à sanctis Patribus edocui sumus.]

Ep. 2. 4. to-
mi.

AGATHO primus Pontifex, Monothelitarum errori traditionem opponens, sextæ Synodo Constantinopolitanæ illam exponit, & Apostolicam eandem esse diffinit, illa enim exposita statim adscribit. [Hæc mera confessio pietatis, hæc Apostolorum Christi

Ep. ad Syno-
dum.

viua traditio.] AVGVSTINVS Baptismi hæreticorum traditionem Ecclesiæ auctoritate comprobata fatetur inquit. [Rectè consuetudinem tenemus plenario concilio posteriore firmatam, etiam si veritas hinc lateret, quam credimus iam manifestam.]

De Bapti-
smo contra
Donat. li. 7.

Quare exploratum esse videtur, tum Ecclesiam Dei verba, per Apostolos tradita, diiudicare solitam semper fuisse, tum eiusdem iudicio pios, & fideles viros stare consueuisse. Quid verò mirum si Diuinæ scripturæ, ac traditiones Ecclesiæ auctoritate diiudicentur? atque ab ipso Deo reuelatæ noscantur? cum ad eam spectet de singulis rebus fidei iudicium ferre, quam si quis non audiat pro Ethnico habendum esse Dominus ipse iusserit, atque eiusdem præceptum, ac imperium in singulis hæresibus, & ementitis Dei

verbis

verbis damnandis perpetuò, ac religiosè obseruatum nouerimus, Dei itaque verba rectè examinanti, atque illorum veritatem, & euidentiam inuestiganti in Ecclesiæ iudicio, ac testimonio acquiescendum, ibique sistendum esse satis superque demonstratum videtur.

Argumenta quibus eiusmodi assertio, premitur & quòd Ecclesia non videatur esse posse congruens, & certus Verbi Dei index & index probatur.

Cap. XXIII.

HAE C autem assertio, quamuis certissimis videatur argumentis confirmata, difficultate tamen maxima non caret. Cum enim perspectum ac certum sit, Ecclesiam ipsam ex hominibus constare veluti corpus quoddam ex varijs membris, partibusque compactum, totum verò à partibus simul iunctis non distinguatur, illius quoque testimonium omne humanum putandum videtur, sed omnis homo mendax est (vt inquit Scriptura) & DOMINVS ipse hominum testimonium apertè aspernatur, ac respuit cum dicit. [Ego non ab homine testimonium accipio.] Illius igitur verbum testimonio, ab hominibus sumpto, probari non debet. Idipsumque ratio etiam ipsa demonstrat, si enim Ecclesia de verbo Dei iudicium ferret, potestatem inferior in superiorem vsurparet, atque Dei verbum (quod dictu nephas est) Ecclesiæ verbo subijceretur, sequereturque maiorem nos fidem adhibere Ecclesiæ pronunciatò, quàm Diuino sermoni. Propter quod enim vnumquodque tale, & illud magis esse manifestum est (quod ipsi quoque docent Philosophi) Dei autem verbo neque ipsius Ecclesiæ dictum, neque Angelorum aliquod pronunciatum esse anteponendum, vel cum eo conferendum expressè negat APOSTOLVS, & nobis eo ipso

inter-

Argumētū
primum.

Psal. 11.

Ioan. 5.

Argumētū
secundum.

Arist. 1.
Poster.

interdicit scribens [Sed licet aut nos, aut Angelus de cœlo euangelizet vobis, præter quod euangelizauimus vobis anathema sit.] Nos autè intelligit Apostolos, in quorum scilicet numero ipse erat, quare & Apostolicam Ecclesiam significat. Huc accedit quòd Ecclesiæ certissima nota, qua diiudicatur, atque à Sathanæ synagoga discernitur, est ipsa Diuina, & Apostolica doctrina, Dei videlicet expressum verbum. Hoc igitur argumento, cum Ecclesiæ ipsius veritas maxime confirmetur, quò fieri poterit vt è contrario eadem Ecclesia verbum Dei probet, ac certum reddat? circulus enim (vt dicitur) huiusmodi demonstratio esset, & principij manifesta petitio. Deinde verò si res ita se haberet, vt scilicet Dei Verbū Ecclesiæ auctoritate, tanquam aurū igne, probaretur, atque in hoc testimonio fides nostra statim acquiesceret, necessariò sequeretur fidei vltimam rationē, & (quod dicunt) resolutionē non quidem in Deo; eius primo auctore, & obiecto, atque vltimo fine, sed in Ecclesia terminari, atque illius formalem rationem esse non diuinam, sed humanam veritatem, quo quidem nihil ridiculum magis, ne dixerim impium, dici, cogitariuè potest. Denique Prophetæ ipsi, & Apostoli, quibuscum Deus ipse locutus est; sermonem, quem audiuerunt, non iccirco diuinum esse putarunt, quia Ecclesia Verbum Dei illum esse pronunciaisset, vt potè qui prius loquēti Deo crediderint, quàm Ecclesia ipsa vniuersa nouerit Deum eisdem allocutum fuisse, Ecclesiæ igitur iudicio ipsorum fides non nitebatur, quæ cum vna, & eadem sit, atque nostra fides (vt fateri cogimur, & iam pridem à nobis probatum est) eodem quoque præcipuo fundamento niti, & eadem essentiali (quod dicunt) ratione confirmari vtraque deberet. Quo etiam non concesso, illud saltem liquidò apparet Ecclesiam non esse huius certæ notitiæ vniuersalem, primam, per se, & immediatam causam, vt potè quæ non possit omnibus congruere, Apostolis namque, & Prophetis dispar ratio esset pro-

fecto

Gal. 2.

Argumētū
tertium.

Argum. 4.

Argum. 5.

fectò tribuenda, in posita autem quæstione de vniuersi Verbi Dei certa notitia, atque eiusdem perspicuitatis vniuersali causa disputatur. Quomodo autem hæc dictæ cõfutationis intelligentia, & quæ antecesserat, assertionis cõfirmatio accipienda sit, tunc interpretatione monstrabimus, cum propositam quæstionem explicantes, nostram ipsi sententiam dixerimus.

Quòd Deus ipse, vt est suimet Verbi Auctor, ita eiusdem quoque certissimus sit testis & Index de Auctoris sententia concluditur.

Cap. XXIIII.

Auctoris
sententia.

NOs itaque nostram, eandemque catholicam, sententiam, proferentes, dicimus Deum ipsum esse Verbi sui testem certissimum, & ad conuincendū idoneum, quod quidem sequentia argumenta abundè (ni fallimur) confirmant, atque perspicaci, & erudito Auditori penitus persuadent, quem attentioem iccirco nunc desideramus, & vt singula rationum momenta expendat etiam atque etiam rogamus. Cū itaque (vt iam pridem conclusum est) Deus nos certos ipsa fide faciat, quòd aliqua ipse reuelauerit, idque nos liberè credamus absque vilo, vel scripturæ, vel Ecclesiæ testimonio, ambæ enim illæ (Ecclesia nimirum, & scriptura) eiusmodi, quam diximus, cognitione posteriores utique inter ipsa reuelata numerantur, eamque supponunt, sicut quæstiones omnes necessariò supponunt Quæstionem an est, necessaria pariter consecutione concludendum nobis erit, (ab vniuersali nimirum propositione ad singulares, ab ipsa cõrentas, descendentibus) quòd Deo teste, & auctore similiter credamus ista vel illa, de quibus nominatim dubitatur, ab ipso fuisse sigillatim reuelata, hoc enim pertinet ad singulorum huiusmodi Verborum Dei quæstionem An est, cum eadem profectò

quæstio

Cõfirmatio
Argum. I.

quæstio sit in reuelatis putanda, An Deus hoc reuelauerit, quæ in naturalibus dici solet, An sit. Atque Deus, vt potè cuiuscunque cognitionis, & veritatis auctor, & principium, huius quoque notitiæ auctor erit, & largitor, eamque, vt cæteras omnes de rebus reuelatis quæstiones, pariter explicabit. Præterea verò sicut res se habet ad esse, ita ad veritatem, cum itaque ipsa reuelatiò à Deo fit, ab eadem quoque erit illius veritas, quare & per se cognitio. Nec fides nostra ad veritatem humanam reuolui, & in ea se sistere potest, cum ad Deū ipsum tendat, in quo non humana, sed diuina veritas terminatur. Adhæc analogorū omnium (eorum scilicet, in quibus plura genere disiuncta, ac certo ordine ab vno manantia, ad vnum pariter reuoluuntur) eam vim, & naturam esse Philosophi docent, vt in ipsis vnum primum sit, quod cæterorum sit principium, vt (exempli gratia) in ente, decem prima genera complectente, substantia est ipsum primum, ac reliquorum omnium iccirco causa, & principium tum essendi, tum etiam cognoscendi. Huiusmodi autem est ipsum Dei verbū, multis quidem diuersè, secundum tamen analogiam congruens, Deo enim in primis conuenit, tanquam proferenti, & loquenti, Verbo tanquam prolato, Hominibus, vt apud quos sermo habitus est, vel immediatè, vel medijs internuntijs, Ecclesiæ denique, vt custodi, vtenti, ac interpretanti. Inter hæc verò omnia Verbi Dei Analogata quod sit primum, à quo cætera pendeant, & ad quod rursus reuoluta tendant, facile est cuius perspicere. Quis enim ambigat Deum illud esse, quo proferente Verbum ipsum emanat, atque ad homines deriuatur, & ab Ecclesia tandem (vt diximus) custoditur ad docendum, & erudiendum in iustitia, vt perfectus sit homo Dei, qui cognoscens verum Deum, & quem misit Iesum Christum, habeat vitam æternam? Ex hoc verò necessariò consequitur Deum ipsum esse verbo suo auctorem, ac principium essendi, & cognoscendi, hoc est essentiæ, ve-

D d ritatis,

Arg. 2.

Arg. 3.

Arg. 4.

Arg. 5.

2. Tim. 3.

Argu. 6. ab
auctoritate
ductum.

1. The. 2.

1. Ioan. 2.

1. Ioan. 5.

Ioan. 4.

Lib. 9. c. 6.

Lib. Cōfess.
11. Cap. 3.

ritatis, & certæ, ac congruentis perspicuitatis, quo docente
omnis quæstio de ipsius verbo ad exitum iccirco perducatur.
Quod quidem significans PAVLVSAPOSTOLVS dicebat [Gratias
agimus Deo, quoniam cum accepissetis à nobis verbum auditus
fidei, accepistis illud non vt verbum hominum, sed, sicut est
verè, verbum Dei, qui operatur in vobis, qui credidistis] Ioannes
verò dixit. [Non necesse habetis, vt aliquis doceat vos, sed vnctio
eius docet vos de omnibus.] Et nonnullis interiectis. [Si
testimonium hominum accepimus, testimonium Dei maius est, qui
credit in filium Dei; habet testimonium Dei in se.] Quod etiam in
seipfis animaduertentes Samaritani palàm fatebàntur dicentes.
[Iam non per tuam loquelam credimus, ipsi enim audiui-
mus, & scimus quia hic est verè Saluator mundi.] Quod LVCIANVS
ANTIOCHENSIS martyr in seipso speciatim expertus coràm
infideli Præfide generatim profitebatur, cum (vt Eusebius refert)
dicebat. [Nos Christiani non sicut vos putatis, humanæ alicuius
persuasionis errore perstringimur, nec indiffusa, vt alij,
parentum traditione decipimur, auctor nobis de Deo Deus est,
nec enim posset sublimis illa maiestas sensibus humanæ
mentis illabi, nisi vel Spiritus sui virtute delata, vel verbi ac
sapientiæ suæ interpretationibus indicata] AVGVSTINVS
verò id ipsum animo agens dixit. [Si Moyses hebræa voce mihi
loqueretur frustra pulsaret sensum meum, nec inde mentem
meam quicquam tangeret, si autem latinè, scirem quid diceret,
sed unde scirem, an verum diceret? Quod si & hoc scirem,
num & ab illo scirem? intus utique mihi, intus in domicilio
cogitationis hebræa, nec græca, nec latina, nec barbara
ueritas sine oris, & linguæ organis, sine strepitu
syllabarum diceret, verum dicit, & ego statim certus
confidenter illi homini tuo dicerem verum dicit.] In
testimonio igitur Dei, quod est omnium maximum, &
grauissimum, nos pariter acquiescamus, ut non solum

solum Deum, & in Deum, sed Deo quoque omnino credemus.
At dicit aliquis in hanc quidem sententiam libentissime
discederem, nisi me unum retardaret, quod inexplicabile
uideretur. Si enim Deus ipse testis esset uerbi sui, necessarium
utique uideretur, testimonium hoc esse reuelationem
quamdam à prima illa distinctam, cuius esset testimonium,
Diuersæ enim enunciationes (exempli gratia) sunt. In principio
creauit Deus cœlum, & terram, & ista. Ego ipse Deus sum
qui loquor, Cum autem hæc, secundo loco prolata, siue
reuelata, enunciatio non sit magis perspecta, & explorata,
quàm illa prior, In principio (scilicet) creauit Deus cœlum,
& terram, vt cui nimirum dubiū est, an Deus hanc reuelauerit,
eidem pariter incertum sit posteriorem illam enunciationem
Dei potius verbum esse, quàm fallentis vocem, inde sequitur
necessariò, vt alio adhuc sit opus testimonio ad secundam
reuelationem explorandam, & certam faciendam, hoc
verò postremum testimonium, cum eadem rursus difficultate
prematur, vt certum scilicet fiat, quarta profectò reuelatione
egebit ad se ipsum certò demonstrandum, atque hæc rursus
reuelatio aliam præterea flagitabit, vt iam sit in infinitum
processus. Huc accedit quòd singuli Dei fideles, dū aliquod
Dei verbum credunt, atque illi, tanquam à Deo reuelato,
fidem adhibent, expressum Dei loquentis testimonium in se
ipsis necessariò experientur, nisi temeraria fide dicto adhaerent.
Quis verò ausit affirmare nihil se vnquam pro Dei verbo
habere, nisi vocem hanc, interiori saltem sensu, audiat,
Ego ipse Deus sum, qui loquor, aut locutus sum? Ad Dei
igitur expressum testimonium in reuelatis semper confugere
(vt asserebatur) nec tutum est, nec fieri posse omnino
videtur. Dubitatio quidem hæc ardua est, & quæ difficiles
profectò exitus habeat, non tamen (vt dicebatur) inexplicabiles.
Nostram itaque sententiam breuiter explicantes, visus in
primis exemplum proponemus, valde (ni fallimur) commodum

Dubitatio.

Solutio.

ad obiectam argumentationem planè diluendam, cum enim ea omnia, quæcunque sub aspectum cadunt, medio lumine aspiciantur, Lumen verò ipsum solum absque medio cernatur, vt potè quod medium ipsum sit. Quod iam in visu euenire sensu ipso nouimus, id ipsum in fide quoque supra naturam contingere affirmamus, ipso nimirum diuino lumine, quo mens nostra illustrata assentitur, adhæretque reuelatis, per se ipsum pariter patente, vt dicere meritò possimus. In lumine tuo videbimus lumen, illud enim medium ipsum est, quare nullo alio iam indiget medio, vt notum fiat credentibus, qui (vt Ioannes dicebat) Dei testimonium in se habent, nulla igitur opus est noua reuelatione, quam in nobis ipsis interiori sensu percipiamus, vt verbum Dei agnoscamus, neque in infinitum est progrediendum, vt superiori argumentatione concluderetur, sed in ipso diuino lumine, verbi teste, & per se ipsum noto, statim erit acquiescendum, firma itaque, ac certa conclusio nostra erit, Deum scilicet, Verbi auctorem, eiusdem quoque certissimum esse testem.

1. Ioan. 5.

Conclusio.

Sententia illa declaratur, & eidem obiecta argumenta diluuntur, qua asserebatur ipsius Ecclesiæ iudicio, ac testimonio certa nobis esse ipsa Dei expressa Verba. Cap. XXV.

NEC tamen præter rationem illos sentire iccirco dicimus, quos Ecclesiæ iudicio, ac testimonio plurimum tribuentes, & firmissimis argumentis hanc Ecclesiæ auctoritatem confirmantes paulò ante audiuius, Eorum igitur sententiam ritè (vt decet) interpretantes atque hæreticorum calumniam & impetum ab ipsa propulantes, in primis dicimus lumen diuinum idoneum quidem verbi testem esse, illud tamen externa etiam testimonia, & adminicula non respuere, sed

sed ipsdem potius delectari, nec assensum nostrum inuitum cogere, atque iccirco accidere, vt plurimi Dei Verba, ipsis proposita, vix amplectantur, & quamuis diuino lumine ad assentiendum ducantur, illius tamen fulgorem humani animi imbecillitate quadam vix sustinentes, fidem quidem non omnino abijciant, hæreant tamen, titubentque nonnumquam, & veluti infantes aliquo externo adminiculo egeant, ad quod adnitantur, Ecclesiæ itaque auctoritas, quæ omnibus maximum semper in his affert subsidium, tunc maxime est summo opere necessaria, vt potè quæ tanquam mater, & nutrix, manum porrigat, lacte nutriat, viam monstret, fascinum caueat, vt magistra verò instruat, librum admoueat, aperiat, interpretetur, errores caueat, hæsitaciones denique tollat. His autem externis adminiculis fulcitur, & in fide confirmatur ipse infans; Quodque mater, magistra; & Verbi custos Ecclesia pro expresso Dei verbo porrexit, id omne libens ille amplectitur, ac veneratur, vt potè qui Ecclesiæ auctoritatem (vt decet) reuereatur, quam etiam viri perfecti magnificiunt, ac sequuntur, vt propterea Apostolus Paulus, qui acceperat Euangelium, neque ab homine, neque per hominem contulerit tamen illud cum alijs Apostolis, & Lucas, quæ ab ipsis Apostolis didicerat, posteris se tradere profiteatur. Nec tamen Ecclesiæ testimonium Dei verbo, ac testimonio (vt obijciebatur) quisquam iccirco anteponeat, vt mox declarabimus. Nominum præterea testimonium repudiandum non putamus, sed illud, (vt decet) magnificimus, quod nec Deus ipse spernit, cum scriptum sit. [Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes, hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine] Et CHRISTVS ipse Apostolorum testimonium requirat dicens. [Vos testimonium perhibebitis de me, quia ab initio mecum estis.] Et alibi [Eritis mihi testes in Hierusalem] Adhæc verò Ecclesiæ ipsius testimonium non est merum humanum putandum, cum Spiritus

Respon-

nes ad obiecta argumēta.

Præfat. Euāgel. secundum Lucā.

Ioan. 5.

Ioan. 15.

Act. 1.

tus sanctus illi assistat, filiusque sit cum ea usque ad constitutionem seculi, qui quidem illam doceat omnem veritatem, vt propterea ipsa dicatur columna, & firmamentum veritatis. Cuius tamen iudicium, vel testimonium non tribuit (vt obijciebatur) Verbo Dei veritatem, quæ quidem à Deo omnino pendet, non ab Ecclesia, sed attestatur illa ipsi veritati, quam credendam etiam præcipit, non secus ferè atque ratio ipsa aliquid verum esse demonstrat, cum tamen eidem veritatem illa non impartiat, quæ quidem veritas ipsius rei esse consequitur. Quæret autem non in scitè aliquis. An hoc verbi Dei iudicium, quod ex Ecclesiastica auctoritate manat, sit merum testimonium, vel potius decretum, quod quidem est quærere. An solum possit Ecclesia testis esse verbi Dei, vel etiam suamet auctoritatè valeat decernere; quæ sint germana, & quæ adulterina Dei verba. Ad hoc multi respondentes dicunt merum verbi Dei testem esse ipsam Ecclesiam, vt potè quæ solum accepta custodire, & tradere, atque Apostolicæ traditioni testimonio esse possit, nec congruens esse aiunt, vt quæ diuinitus inspirata sunt, hominū decreto confirmentur, habent enim illa per se vim maximam, quæ humanis decretis nec tolli, nec imminui, nec etiam augeri potest. Quorum pace dicimus, maiorem nos Ecclesiæ Catholicæ auctoritatem vtique agnoscere, quàm singulis Doctoribus, ac tractatoribus tribuamus, quibus tamen denegare non possumus, quin verbi Dei sint meri testes, & quod à maioribus acceperunt posteris ipsi pariter tradant. Quod enim traditum quis acceperit id testari etiam posse videtur, et si definita Diuini spiritus norma non certò is dirigatur, quod quidem priuilegium cum sit præterea ipsi Ecclesiæ Dei munere perpetuò concessum, non quidem superuacaneum, sed necessarium potius ad Verbum Dei diiudicandum putandum est. Iudicat itaque illud Ecclesia, non solum testatur, vt potè quæ Spiritu sancto certò dirigatur, nec maiorem

Dubitatio.

Nonnullorū
responsio.

Confutatio

Auctoris
sententia.

rem

rem iccirco, quàm par sit, potestatem illa sibi sumit, cum scilicet quæ sint vel canonicæ Scripturæ, vel traditiones sub anathemate, vt iudex, ipsa decernit. Hac verò potestate semper vsam fuisse Ecclesiam tum Conciliorum, tum etiam Pontificum definitiones ipsæ apertè demonstrant, quæ quidem non testimonia putantur, sed pro Decretis habentur, quorum nomen etiam & vim obtinent, quæ tamen decreta nec veritatem, nec falsitatem diuinitus reuelatis tribuunt, vel à Deo tributam augent, sed vera, an ementita illa sint declarando definiunt, Perindè atque Iudex aliquis, qui vnicuique ius suum tribuit, non acquirit, decernit, non attestatur, cogit, compellitque, non probat, vel fidem facit; Aut tanquam Lapis Lydius, qui inter purum, & adulterinum aurum iudicium fert, nec tamen hoc adulterinum, illud sincerum aurum efficit. Hoc ipsum quoque confirmant si accurratè examinentur, perpendanturquè auctoritates illæ, quas paulò ante adduximus ad ostendendum Ecclesiam nos certos facere, quòd Deus ea omnia, ac singula reuelauerit, quæ pro expresso Dei verbo habentur. Hæc autem Ecclesiastica decreta non ad eò sunt parui pendenda, vt humana existimentur, cum Spiritus sancti magisterio illa sanciantur, qui quidem optimè nouit quæ sint Dei (sui met scilicet) vera, vel ementita verba; eo igitur auctore & absque errore ipsam speciatim dirigente, non solum illis testimonio esse, sed de iisdè etiam certò statuere, ac iudicare potest Ecclesia, Nec quidem illa sola, quæ Apostolorum temporibus florebat, (vt nonnulli asserunt) Aut quæ, à Christo per Apostolos, & eorum successores ad hæc usque tempora propagata, ita est vniuersalis, vt quoscunque fideles, tempora omnia, & loca vniuersa complectatur, (quod nonnulli alij affirmarunt) sed præter istas (quod illi negant) ea etiam quæ nunc est, & viuat Ecclesia, quam quidem dicimus, nec Christi capitis, & Regis præsentia, & potestate, ne Spiritus sancti magisterio, & veritate, nec Apostolorum fide, & administrandi

necef-

a Durand.
sup. senten.
dis. 24. q. 9.
a Geison de
vita spiri-
tuali anime
lec. 2. cor. 2.
b Io Driedo
li. 1. de Eccl.
Dog. c. 1.
b Tho. Vual.
lib. 2. doc.
fid. art. c. 19.
20.

necessaria dignitate destitutam, Regnum illud esse, quod Scripturæ æternum pollicentur, vt propterea potestatem habeat declarandi, ac definiendi quæcunque ad fidem pertinent. hæc autem sunt ipsa Dei verba scripta, vel tradita, vt posterius demonstrabimus.

Quod Miracula ipsa, & Martyres verbo Dei possint esse testimonio asseritur, modusque explicatur. Cap. XXVI.

Miracula.

Ioan. 15.

Ioan. 10.

Marc. 16.

Act. 13.

PRæter hæc autem Ecclesiæ Testimonia, atque Decreta possunt imbecilles ipsi ad Miraculorum etiam adminiculum adniti, quibus Dei locutio, & doctrina est sapissimè confirmata, est enim miraculum opus Dei, quo si falsum aliquod confirmaretur, Deus ipse mendax esset, vt potè qui falso testimonium daret, verissimum igitur, esse oportet, quicquid miraculo roboratur, propterea dicebat **D**OMINVS] Si non venissem, & locutus eis fuisset, peccatum non haberent, nunc autem excusationem non habent de peccato, qui me odit, & Patrem meum odit, si opera non fecissem in illis, quæ nemo alius facit, peccatum non haberent.] His verbis indicans se miraculis sermonem suum confirmasse, atque hoc certissimo testimonio omnem incredulis excusationem præcidisse, **E**T alibi dicebat. [Opera, quæ ego facio in nomine Patris mei, hæc testimonium perhibent de me.] **M**ARCVS verò de Apostolis scribit. [Profecti illi prædicauerunt vbique, Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis.] Quibus miraculis persuasi quàm plurimi, Verbum Dei fide susceperunt, & propterea de Sergio Paulo proconsule, Elymam Magum, qui verbo Dei obsistebat, repente excæcatum inspectante, ac stupefcente scriptum est: [Credidit admirans super doctrina Domini.] Atque ipsemet Paulus Apostolus quandoque

doque expertus est verbum Dei in se ipso repentina sui cæcitate, lucequè restituta, confirmatum, Zacharias verò ex improvisò elinguis, ac mutus effectus, iterumque in pristinum statum restitutus, his documentis Dei verbo credidit, quod quidem antea neglexerat. Denique, vt **I**OANNES testatur. [Multi crediderunt in nomine eius videntes signa eius, quæ faciebat] semper quæ Deum ipsum in iaciendis apud homines doctrinæ, & verbi sui fundamentis miracula adhibuisse legitimus, vt his subsidijs fulti imbecilles ipsis reuelatis promptius fide adhererēt, & Dei verba esse indubiè illa crederēt, ea propter respondete **M**OYSE. [Non credent mihi] Deus illi potestatem contulit mira, & inaudita patrandi, qua postea vsus est frequentissimè. Elias quoque, Eliseus, Isaias, & Samuel ad Ieroboam missus, Dei verbum miraculis confirmarunt. Quæ quidem miracula, si quis illa pius, & eruditus vir contempletur, Dei etiam verba esse animaduertet, quod Patres ipsi nos palàm docuerunt, inter quos **A**VGVSTINVS dicit. [Interrogemus ipsa miracula quid nobis loquantur de Christo, habēt enim, si intelligantur, linguam suam, nam quia ipse Christus verbum Dei est, etiam factum verbi verbum nobis est.] **E**T rursum. [Ea quæ fecit Dominus noster Iesus Christus stupenda, atque miranda, & opera, & verba sunt, opera quia facta sunt, verba quia signa sunt.] Ea propter vniuersi verbi Dei testimonium ab ipsis miraculis, vt potè speciebus, propriè sumi vtique non posset, nunc autem eiusmodi ratione seclusa, nos eadem miracula veluti opera, quæ supra naturam esse ab omnibus iudicantur, solum contemplantes illud animaduertendum putamus. Miracula ipsa esse per se, & immediatè testimonia quidem veritatis, non autem verbi Dei. Demonstrant enim illa omnino verum, ac certum esse id omne cui attestantur, siue diuinum illud sit, siue humanum, morale, & naturale, Deus enim testis esse potest cuiuscunque veritatis, ac rerum omnium quæcunque sunt. Ea propter si quis

quis (exempli causa) dixerit In principio creauit Deus Cœlum, & terram, atque hoc dictum miraculo confirmauit, Verum quidem illud esse ostendet, quod dicebatur, nec tamen de eodem quod sit verbum Dei iccirco demonstrabit. Quod autem diximus, vt clarius etiam pateat, Ezechiaë illustri exemplo confirmabimus. Is enim periculosè agrotans, cum à Deo per Isaiam audisset se pristinam sanitatem accepturū, & post biduum templum ingressurū, eundem Isaiam ita percunctatus est. [Quod erit signum quia Dominus me sanabit, & quia ascensurus sum die tertia templum Domini? cui ait Isaias hoc erit signum à Domino quod facurus sit Dominus sermonem, quem locutus est.] Sed dices cur igitur Prophetæ, & Apostoli doctrinam, quam prædicabant miraculis confirmarunt, vt eam nimirum Diuinam esse his documentis demonstrarent, quæ tamen ad propositum finem, non spectabant, vt potè quæ veram doctrinam illam esse solum probabant? Ad hoc facile respondentes dicimus Prophetas, & Apostolos tū affirmasse id omne quodcūque ipsi docebant non solum verum, sed Dei etiam verbum esse, tū à Deo se missos, ipsius nūcios, præcones, & interpretes esse palàm prædicasse, tum verò instinctu, afflatuque diuino se loqui professos esse, quæ omnia cum miraculis ipsi cōfirmarint, non solum vera, sed Dei quoque verba illa esse apertè declararunt, perindè ac si quis diceret. In principio creauit Deus cœlū, & terram, & hoc est: Dei Verbū, idipsūque miraculo cōfirmaret, utrūque profectò dictū ille probaret, tum veras scilicet esse ambas enunciationes, tum earum primam esse Dei verbum, vt potè quod de ipsa in altera prædicetur, erit igitur ipsum miraculum (vt diximus) opportunum, & commodum infirmorum hominum adminiculum, atque eadem ratione extraneum quoddam verbi Dei testimonium, non essenziale, & interius principium, sine quo ipsa externa adminicula quicquam efficere nequeunt, in vnoquoque enim perficiendo essenziale prin-

4. Reg. 20.

Dubitatio.

Responso.

principium in primis requiritur, quod in Dei verbo diuidendo iam diximus esse Deum ipsum, atque ab eo diffusum lumen in cordibus nostris, quo Israeliticus populus aliquando, Dei iusto iudicio, destitutus, à MOYSE, audiuit. [Vides Deut. 29. runt oculi tui signa illa, portentaque ingentia, & non dedit vobis Dominus cor intelligens, & oculos videntes, & aures quæ possint audire.] Perfidi quoque Iudæi Christi miracula, verbaque propterea contempserunt, quia malitia excæcati, interiorem testem Deum non adhibuerunt. Martyres denique ipsi præter hæc omnia adminicula subsidio nobis esse possunt, vt verbum Dei agnoscentes fide illud suscipiamus, cuius vt nomine, ita re ipsa sunt locupletissimi testes, vt potè qui tot tantosque cruciatus pertulerint, vitam denique profuderint, vt veritatem, ipsumque Dei verbum suo sanguine confirmarent, est itaque illorum testimonium grauissimum, habetque ad Dei verbum persuadendum momentum maximum. His igitur subsidijs fulti fideles Deo loquenti, & attestanti promptius, alacriusque assentiuntur. Iam verò (vt potuimus) explicata difficili, & perobscuta quæstione, De vniuersi verbi Dei Iudice, indice, ac teste, reliquum modo est hoc vnum adscribere, quod multiplex cum sit ipsum Dei verbum (vt iam demonstrauius) singulæ ipsius species, partes, & minimæ quæque, ac singulares particulæ, non solum vniuersi verbi Dei testibus, quos quidem iam examinauimus, confirmari possunt, sed ita inter se nexæ, & sibimet congruentes sunt, vt singulæ singulis testimonio esse commodè possint. Hinc fit vt Scripturæ canonicæ traditionibus, vel Scripturis, Traditiones rursus scripturis, vel traditionibus confirmentur, atque hæc omnia factis, & miraculis tanquam Dei verbis, vicissitudine quadam roborentur. Verum enim est vero consonum, atque ex notiori per se, vel quod ad nos, vel ad hominem (vt dicunt) argumentari licet, quod de singulis verbi Dei speciebus, & partibus posterius accuratè tractantes,

Deut. 29.

Martyres

102 DE VNIVER. DEI VER. OPVSC.

stantes, rationibus atque exemplis demonstrabimus. Hæc autem de uniuerso Dei Verbo, quo Diuinæ mentis sensus nobis sunt quomodolibet commonstrati sint hucusque dicta, & explicata.



IVLII

IVLII RVGERII
OPVSCVLVM
DE VERBO DEI
TRADITO

In quo Verbi Dei Traditi Antiquitas, Copia, Custodia, Vis, Dignitas, & Auctoritas demonstratur.

Atque singula eiusdem Genera accurate inuestigantur, & distinctè explicantur.

Cuius etiam Notæ traduntur, quibus ab Ecclesiasticis, Humanis, & Adulterinis Traditionibus discerni sine errore possit.

Ec

INDEX CAPITVM, QVAE HOC OPVS CVLO CONTINENTVR.



- Q**uod Dei Verbum, de quo nunc agitur, sit voce, sine scripto, traditum asseritur, idemque Scripta Dei Verba tempore antecessisse demonstratur. Cap. 1
- Quod etsi plura tradita Dei Verba sint postea litteris consignata, nonnulla tamen fuerint Iudeorum Synagoga olim tradita verba, quae nunquam sint apud ipsos scripta, & libris Canonice, Synagoga florente, mandata. Cap. 2
- Quod postquam Evangelium praedicatum, caprum est litteris consignari, nec omnia Dei Verba, ad ipsum spectantia, canonicis libris comprehensa sint, Neque illud fuerit, viuis Apostolis, apud omnes Nationes scriptis mandatum. Cap. 3
- Quae sint Dei Verba, sine scripto tradita, & extra canonicos libros in Ecclesia custodita, speciatim inquiruntur. Inter quae Symbolum Apostolorum in primis numerantur. Cap. 4
- Alie-

Alterum Genus Verbi traditi, abstrusum magis, arcana fidei mysteria complecti demonstratur, Utroque autem genere integram fidei regulam compleri, & traditione vocari haberi ostenditur. Cap. 5

Tertium Verbi traditi genus esse librorum Canonice traditionem, atque ipsorum sensum & intelligentiam demonstratur. Cap. 6

Quartum Verbi traditi genus ea continere asseritur, quae ad Theologiam, propriissime accepta, pertinent. Cap. 7

Quod quintum Verbi traditi genus complectatur Ritus, ceremonias, & consuetudines in vniuersa Catholica Ecclesia sine scripto vigentes, atque eiusmodi institutionum Rationes, significationes, & usus eodem continentur. Cap. 8

Sexto, & Septimo Verbi traditi genere Christi gesta ac miracula non scripta, & Charitatis regulam contineri ostenditur. Cap. 9

Quod Tradita Dei Verba, generatim hucusque enumerata, & in septem genera distributa, in indiuiduas praesentia species plurimas paruantur, quas singulatim nunc recensere, & pertractare non minus superuacaneum sit, quam longum & operosum. Cap. 10

Quod etsi eorum Verborum, quae tradita sunt, fuerint nonnulla scriptis canonicis consignata, multa tamen, sine scripto sola traditione in Ecclesia custodita, iisdem litteris mandari non debuisse probatur. Cur autem illa in Patrum commentarijs, & Concilijs scripta nunc legantur.

tur, interroganti respondetur. Cap. 11.
Quòd Verba Dei tradita aliquot, etsi postea sint scriptis
canonicis mandata, non temerè tamen traditione quo-
que adhuc custodiantur, Quam ipsorum custodiam ver-
bo Dei, & Ecclesiæ congruentem, commodam, vtilem, et
necessariam esse probatur.

Cap. 12.
An tradita Verba, non scripta, eius sint auctoritatis, vt fi-
des illis sit adhibenda, atque ipsorum præcepta sint san-
ctè seruanda, vel potius, veluti falsitatis suspecta, ea om-
nia sint negligenda, queritur, In primis verò illorum au-
toritatem negans assertio ponitur, & argumentatione
firmatur.

Cap. 13.
Quòd Traditi verbi dignitas & auctoritas sit à Catholico
viro magnificianda probatur, et de Auctoris sententia
asseritur.

Cap. 14.
Responsiones ad singula argumenta, quæ Tradito Verbo
paulo ante obiecebantur.

Cap. 15.
Quòd Tradita Dei Verba sint dignitate, & auctoritate
Canonicis Scripturis paria demonstratur.

Cap. 16.
Quomodo Diuina & Apostolica Traditiones discernan-
tur, Atque ab humanis, Ecclesiasticis, & adulterinis
secernantur. Cap. 17.

Quòd

I

Quòd Dei verbum, de quo nunc agitur, sit voce, sine
scripto, traditum asseritur, idemque Scripta
Dei Verba tempore antecessisse de-
monstratur. Cap. I.



Verbum Dei tum voce, tum scripto tradi do-
cebat APOSTOLVS, cum de ipso Thessa-
lonicenses admonens, ac vtrumque illius
membrum vnà complectens dicebat [Tene-
te traditiones, quas didicistis, siue per sermo-
nem, siue per epistolam nostram] IDEMQUE de verbo Dei,
voce tradito, speciatim vtique loquebatur Corinthijs scri-
bens [Ego enim accepi à Domino, quod & tradidi vobis] vt
potè qui primam tunc epistolam ad eos mittebat, quibus ver-
bum Dei se iam tradidisse narrabat. De eodem autem, non
voce, sed scriptis tradito verbo LVCAS refert [Mutabit tra-
ditiones, quas tradidit nobis Moyses] Eas enim scripto Moy-
sem tradidisse, qui ipsius volumina euoluerit, inficiari vtique
non poterit. Quare tum vniuerso Dei Verbo, tum singulis
eius speciebus traditionis vocabulum congruere, Deo teste,
cognoscimus. Pa-res tamen ipsi communem hanc traditionis
significationem, apud Scriptores sacros aliquando vsurpa-
tam, atque indiscriminatim vtrique Verbi membro assigna-
tam, non ignorantes vel (quod absit) repudiantes, generis vo-
cabulum in ipsius speciem eam nominatim & propriè accom-
modarunt, quæ voce, sine scripto, fieri dicebatur, inter quos
IRENEVS de Hæreticis ait [Euenit itaque neque Scripturæ
iam, neque traditioni consentire eos] TERTVLLIANVS VE-
rò scribit [Harum, & aliarum eiusmodi disciplinarum, si legè
expottules Scripturarum, nullam inuenies, Traditio tibi præ-
tendetur auctrix] quod BASILIVS pariter indicans inquit
[Dogmata, quæ in Ecclesia seruantur & prædicantur, partim

Quid Tra-
ditionis vo-
cabulo si-
gnificetur.
2. Theil. 2.

1. Cor. 11.

Act. 6.

li. 3. c. 2.

lib. de cor.
mil:

lib. de spir.
san. c. 27.

ex

DE VERBO DEI TRADITO

ex conscripta doctrina habemus, partim ex Apostolorum traditione ad nos delata in mysterio recipimus. Nos itaque huius vocabuli, restrictè quidem compressam, Ecclesiæ tamen vsu receptam, significationem nunc arripientes, eadem posthac commodè, & constanter vtemur. De Tradito enim Dei Verbo acturi, illud solum complectemur, quod voce traditum, & in Ecclesia sine canonico scripto custoditum, ad posteros peruenit. Eo autem Spiritum Sanctum, & frequenter vsu, & plurimos ac variè à Deo habitos sermones completum esse, eosdemque per custodem Ecclesiam fidelibus assidue impertire iam pridem diximus, atque testimonijs, & rationibus conclusimus, cum scilicet Vniuersi Verbi Dei species omnes ac modos percenteremus, & quomodo singula, eisdem contenta, uerba ad nos etiam peruenerint diligenter inuestigaremus. Quibus iam compertis & constitutis ad ea examinanda nunc procedemus, quæ importunè iam pridem efflagitata, atque iccirco in posterum à nobis dilata, hoc loco & tempore explicanda decreuimus, ut scilicet iusta petenti, & noua disputatione digna commouenti plenè satisfaciamus, obscurasque ac necessarias Traditi Verbi intelligentias pro uirili enodemus. An uerò illud scripta Dei Verba tempore antecesserit, in primis inquirentes cognoscemus, si memoria tamen reperamus Deum ipsum, quem cum Adam, Eua, cæterisque priscis illis parentibus sæpius collocutum Scriptura narrat, uoce quidem missa mentis suæ sensus illis aperuisse, scriptum autem nullum iisdem uerbum reliquisse. Ipsorum quoque Patrum diuinum cultum, Abel & posteriorum Sacrificia, Holocausta, & cætera ad religionem ipsam pertinentia, Aliaque ad iustitiam spectantia ab iisdem (teste scriptura) peracta, cū illa Deū scriptis uel docuisse, uel peragenda mādasse nec legamus, nec traditione acceperimus, solis utique uerbis, sine scripto, eosdem eruditos, & de iisdem admonitos ab ipso fuisse dicemus. Quorum quidē iustitiam à Tradito Verbo fluxisse

Conc. Trid.
sess. 4.

Tit. de Vni-
uer. Dei ver-
bo. cap. 17

Tit. de Vni-
uer. Dei ver-
bo. cap. 17

An Traditi
Dei uerbu
scripta eiuf-
dem uerba
tempore an-
tecesserit

Arg. 1.
Ante legem

Arg. 2.

OPUSCULUM.

xisse nominatim testatur EPIPHANIUS dicens [Iustitia fuit tempore Abel & Enoch, quibus non erat lex scripta, sed naturalis tantum intelligentia, & traditio per successionem ex patribus ad filios] Idem quoque Deus legis sacramentum (circumcisionem scilicet) longo post tempore instituens, & hominibus tradens, non quidem scriptis, sed uerbis, sine scripto, illud præcepit, cum Abrahæ dixit [Hoc est pactum meū, quod obseruabitis inter me & vos, & semen tuum post te, circumcidetur ex uobis omne masculinum, & circumcidetis carnem præputij vestri, ut sit in signum fæderis inter me & vos, infans octo dierum circumcidetur in uobis, omne masculinū in generationibus uestris, tam uernaculus, quàm emptitijs circumcidetur, & quicumque non erit de stirpe uestra, eritque pactum meum in carne uestra in fædus æternum] Quæ tamen uerba, aliquot seculis post, scripsit Moyses, à quo nos recitantes accepimus, Deus enim solebat olim hominum genus, quasi præsens, alloqui, ut potè sibi adhaerens, nec grauissimis uitijs & flagitijs ab ipso discedens, at postquam illud, scelere & impietate coinquinatum, ab eo longius progressum est, etiam absentis rationem habens per litteras ipsum admonuit, perinde ac nos solemus cum præsentibus coram uerbis agere, absentes autem per litteras salutare, Tabellas itaque Deus conscripsit, quas per Moysen populo tradidit, per quem etiam scribentem multa præterea significauit, Quod quidem inter cæteros Patres IOANNES CHRYSOSTOMVS & doctè obseruauit, & pulchrè admodum expressit inquit [Sed intue re paululū magnificentiam Dei ex initio per semetipsum loquebatur hominibus Deus, secundum quod audire eis possibile erat, sic denique cum Adam locutus refertur, sic increpasse eum, sic cum Noë sermocinatus, sicut apud Abraham hospitio susceptus, & conuiuij confabulatione vsus. Verū ubi humanum genus procliuus in malitiam declinauit, & à parente, & à conditore suo, quasi longa quadam peregrinatione, discessit,

Aduer. hæc.
Manich.

Arg. 3.

In lege

Gen. 17.

Serm. de Ie-
iunijs.

DE VERBO DEI TRADITO

cessit, confabulatione cessante, litteris ad eos, tanquam longè à se positos, & epistolis utitur, quibus eos veteris cuiusdam amicitia & familiaritatis admonet, primam quidem epistolam ad homines per Mosè direxit Deus &c.] Id ipsum deinde fecit per Prophetas, multifariam multisque modis (vt inquit Paulus) loquens olim Patribus in Prophetis, Tandem verò (eodem Apostolo teste) nouissimè locutus est nobis in filio, nec quidem scriptis, sed verbis coràm nobiscum egit, sicut enim fingens & creans hominem Deus eundem est coràm allocutus, legem quoque voce primùm, sine scripto, illi tradidit, ita ipsum restituens solis verbis erudiuit, nullum enim canonicum Christi scriptum habetur, cuius tamen sermones plurimi narrantur, qui pariter Apostolis, ipsius Euangelium vbique nunciaturis, non scribendi, sed prædicandi mandatum dedit dicens [Euntes in vniuersum mundum prædicate Euangelium omni creaturæ] illi enim, scribentes, ad singulas Nationes & Prouincias litteras vtique mittere, & fideles nuncios al legare potuissent, loquentes verò & prædicantes omnium terrarum orbem peragrare cogebantur, vt Domini nempe mandatum diligenter exequerentur, litteris itaque Euangelium consignare illorum plerique studiosè neglexerunt, solis duobus, quæ iam ipsi antea prædicauerant, scriptis postea, occasio ne data, mandare curantibus, Quorùm quidè Scriptor, omnium consensu, tempore primus dicitur Mattheus, De illo autem

Heb. 1.
Ibidem

Mar. vii.

li. 5. hist. c. 8

EVSEBIUS CESARIENSIS scribit [Mattheus quidem Hebræis, propria eorum lingua conscriptum, edidit Euangelium, cum Petrus & Paulus in Vrbe Roma Euangelizarent, atque Ecclesiæ inibi fundamenta solidarent] Quare necesse est, vt prædicatum ab Apostolis Euangelium viginti saltem annis scriptum idem antecesserit, non enim pauciores à Christo passo anni intercesserunt, cum, Nerone imperante, Paulus ipse Apostolus ad urbem aduectus narratur, Hanc autem sine scripto Euangelij prædicati anticipationem generatim testa-

tus

OTIO P VISI CVLV M ET

us IRENEVS vir Apostolicus dixit [Non enim per alios dispositionem nostræ salutis cognouimus, quam per eos, per quos Euangelium peruenit ad nos, quod quidem tunc præconauerunt, postea verò per Dei voluntatem in Scripturis nobis tradiderunt] atque id ipsum pariter comprobans TERTULLIANVS dicebat [Quid autem prædicauerint, id est quid illis Christus reuelauerit, & hic præscribam non aliter probari debere, nisi per easdem Ecclesias, quas ipsi Apostoli condiderunt, ipsi eis prædicando, tam viva (quod aiunt) voce, quam per Epistolas postea] Quare tum gloria Euangelij iam exoriente Verbum Dei Traditum scripta Euangelia antecesserit, tum legis diuinæ initia à verbis non scriptis facta sunt, tum verò in ipso Mundi exordio solis verbis, sine scripto, cum hominibus Deus est collocutus, qui aliquot seculis post per litteras cum iisdem egisse legitur, vt iam hinc apertè discamus singulos Reuelationis, & locutionis diuinæ ortus non à scripto, sed à tradito Dei verbo fuisse progreatos, atque vnà pariter intelligamus ipsum Traditum Dei Verbum (vt potè vetustissimum & mundo coæuum) simpliciter tempore scripta eiusdem verba antecessisse, quod quidem ostendendum proponebatur.

Lib. de Præscript.

Quod, etsi plura tradita Dei Verba sine postea litteris consignata, nonnulla tamen fuerint Iudæorum Synagoga olim tradita verba, quæ nunquam sine apud ipsos scripta, & libris canonicis, Synagoga florente, mandata, Cap. 1. 1.

Quamuis ipsa Tradita Dei Verba tempore (vt demonstrauimus) scripta antecesserint, eorum tamen plurima, in præcorum hominum ore & auribus vigentia, ac sola tradi-

Ff tione

Luc. 1.

tione commendata, fuisse postea scriptis mandata fatendum utique est, cum Moyses ipse scribens narret ea, quæ multis antea seculis, in ipso mundi exordio, Deus Patribus locutus fuerat, Deinde verò illa etiam recitet, quæ consequentibus temporibus, ante & post diluuium vsque ad ipsius mortem, tum cæteris, tum sibi ipsi sine scripto reuelans Deus significauerat, Idem testantur Prophetæ, ea scilicet scribentes, quæ ipsi à Deo antea audierant, Id ipsum confirmant Euangelistæ, Christi nimirum verba, & facta, post ipsum passum, & ad cælum etiam ascensum narrantes, Luca præsertim dicente [Quoniam quidem multi conati sunt ordinare narrationem, quæ in nobis completæ sunt, rerum, sicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipsi viderunt, & ministri fuerunt sermonis, Visum est & mihi afsecuto omnia à principio diligenter, ex ordine tibi scribere optimè Theopile, vt cognoscas eorum verborum, de quibus eruditus es, veritatem] Omnis denique Scripturâ id ipsum palam & vbiq; testatur. Quare nos quoque idem liberè potius pronũciare, quàm de eo quærere ac disputare debemus. An autem ea omnia sint aliquando litteris consignata, quæcunque Deus locutus fuit, vel eorum saltem aliqua, sint sola traditione, sine scriptis, seruatâ, non est utique omnibus notũ, ac perspectum, cum multi sint, fuerintque semper in Ecclesia viri (hæretici quidem illi) qui constanter affirmant nullam omnino esse Dei Verbum Traditum, quod postea non sit scriptis mandatum, & libris canonicis cõsignatum, Aut si aliquod fortasse verbum exciderit, ad salutem illud non esse necessariũ, Ipsumque vel perijisse, vel tantæ tamuè perspectæ nõ esse auctoritatis, vt cum scripto Dei Verbo comparari & quarique possit. Quorum quidem singula dicta erunt à nobis diligentissimè examinanda, vt veritate tandem comperta, & in disputatione subtilius limata, germanum solum Dei Verbum, ad alterino expulso, veneremur, & ad Catholica Dogmata confirmanda, hæresesque confutandas illud adhibeamus, Atque

Theo-

Theologica Demonstrationis, à tradito Verbo ductæ, vim, tum interrogantes, tum respondentes, plenè cognoscamus. Quare totam quæstionem hanc (vt potè variam, ac multiplicem) incidentes, & compendiatim diuidentes, externa primùm, & quæ magis in promptu sunt, membra tractabimus, vt ad interiorès scilicet, obscurioresque ipsius particulas inspicendas paulatim de ordine, quasi per medias externas, veniamus. In primis itaque ostendemus ea omnia Dei verba, quæcunque olim erant Iudæorum Synagogæ Tradita, non fuisse aliquando apud eos litteris sacris mandata, sed illorũ Verborum aliquot, sola traditione ab ipsis Iudæis retentâ, sine scripto canonico permanisse. Vt enim Iudæorum viuorum constantem confessionem, Rabinorum quoque omnium, etiam vetustiorum, qui scilicet Christi aduentum tempore antecesserunt, conspiranti consensu testimonium, Cabalistarum denique occultam, ac mysticam, quam ipsi profitentur, scientiam, à Tradito verbo (vt opinamur & asserunt) ortam ac profectam, silentio prætereamus. Quibus nimirum omnibus proposita assertio nostrâ apertè & abundè confirmari vtiq; posset. Atque oratione etiam præteruolemus narrationem eam, quam in quarto Esdræ, quamuis non canonico, auctoritatis tamen nõ contemnendæ libro legimus, de Verbis scilicet diuinis illis, ab ipso quidem scriptis, sed tamen Dei præcepto celandis, nec omnibus peruulgandis, quæ iccirco in canonicis libris nec à nobis habentur, neque à Iudæis olim habebantur. Certè illa negare non possumus, quæ nostri testantur orthodoxi Patres, atque etiam Scripturis ipsis confirmant, inter quos HILARIUS ait [Idem Moyses, quamuis veteris Testamenti verba in litteris condidisset, tamen separatim quædam ex occultis legis secretiora misteria LXX senioribus, q̄ doctores deinceps manerent, intimauerat, cuius doctrinæ etiam Dominus in Euangelij meminit dicens, Super Cathedra Moyfi sederunt Scribæ, & Pharisei, omnia ergo quæcunque dixerint vobis facite, se-

Ff 2 cundum

Propositio

Confirmatio

In. p. 1.

cundum verò facta eorum nolite facere, Doctrina ergo horum in posterum, quæ, ab ipso scriptore legis accepta, in horum seniorum & numero & officio conservata est, &c.] De Prophetis autè ORIGENES scribit] Nostri quoque Prophetæ alia sapiebant per silentium, quam quæ mandauerant litteris, nam Ezechiel accepit capitulum libri scriptum à fronte & à tergo, in quo inerat lamentum & canticum & vix iussusque librum deuorat, ne eum scribat, & euulget indignis] Est paucis interiectis [Quòd si licet verum de tamis viris dicere, aio melius Platone hos vidisse per gratiam diuinitus sibi concessam, tum quid scribendum, aut quomodo, quid non scribendum nec euulgandum, tum quid prædicandum, quid non] Negare pariter non possumus Prophetas, & iustos, ac sanctos viros & doctores in ipsa Synagoga, præter nuda Scripturarum verba, tum plurimos veros, germanos, & primarios earundem Scripturarum sensus percepisse, tum fidei regulam, qua Scripturas (vbi alias demonstrauiimus) intelligere, & interpretari oportet, optime nouisse. Hæc autem omnia esse Dei verba faciendum est, cum nimirum eiusmodi sensus sint à Deo Scripturis insiti, atque ipso docente, & reuelante noscantur, Scriptura denique in canonicis libris legatur interpretanda, non interpretata, & ipsa sit, quæ interpretatione explicetur, non qua interpretes, quasi regulam, ad eandem ritè interpretandam vtantur. Quæ quidem singula nos de Scripturæ tum sensibus, tum interpretatione agentes fusè explicauimus, & abundè (ni fallimur) demonstrauiimus, nec eadem nunc repetere oportet, sed quasi repetitis vtentes cõcludimus. Verbum Dei, regula fidei expressum, & sensibus illis spiritalibus conceptum, quos Deus, à seipso Scripturis inmissos, Synagogam docuit, Traditione ipsa, sine canonico scripto, tunc fuisse seruatum. Quod quidem Verbum non intelligentes & pro nihilo putantes posteriores Iudæi, iccirco Christum pariter ignorant, quamuis ipsas Scripturas habeant, easque

affidue

Contra Celsum li. 6.

Ibidem

Tit de sens. scrip. fac. & Tit. script. obscur. atq; eiusdem interp.

Conclusio

affidue legant, id verò illis profectò non accideret, si Traditum Dei verbum vnà cum Scripturis obseruarent, quod Patres, maioresque ipsorum religiosè custodiebant, atque iccirco rectam fidei regulam tenentes illi, & abditos Prophetarum sensus percipientes, eum Christum vturum adorabant, quæ presentem, docentem, opem & salutem hominibus ferentem, ipsorum filij & posteri, Verbi traditi immemores, & irrisores, spreuerunt, damnauerunt & cruci impiè affixerunt, atque Scripturam venerantes, ad litteram, tanquam ad saxum, adhæserunt, nec spirituale quippiam postea intellexerunt, vel cogitarunt. Quam quidem mentis cæcitatem ob traditi verbi contemptum Spiritu præuidens ac præcauens SALOMON monebat [Non te prætereant narratio seniorum, ipsi enim didicerunt à Patribus suis, quoniam ab ipsis discis intellectum] Ecci. 6. Et alio in loco [Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui] id ipsum quoque DAVID profitebatur dicens [Deus auribus nostris audiuit, patres nostri annunciauerunt nobis] atque, omnium canonicorum Scriptorum vetustissimus, MOYSES ipse ad idè Traditum Verbum Hebræos allegans inquit [Interroga patrem tuum & annuncia bit tibi, maiores tuos & dicent tibi] Sed dicet hoc loco forsasse quispiam, si hoc Traditum verbum apud Iudæos olim fuisset, & auctoritatem habuisset, atque ad Christum agnoscendum, & colendum magnum (vt dicebatur) momentum attulisset, eo vtique Christus ipse tum vsus fuisset, tum Iudæorum cæcitatem indicare ac depellere facile potuisset, tum verò suam auctoritatem, & Euāgelij veritatem apertissimè & firmissimè demonstrasset, ille tamen & Iudæos coarguens, & quam prædicabat, doctrinam corroborans, non Tradito Verbo, sed scripto hanc semper confirmabat, illos verò euincebat, ad quod etiam eosdem allegabat dicens [Scrutamini Scripturas] Vnde manifestè deprehenditur, vel nullum tunc permansisse huiusmodi traditum Dei Verbum, vel saltem illud ab ipso Christo fuisse

Ecci. 6.

Prou. 22.

Ps. 43.

Deut. 32.

Dabitatio

Io. 5.

fuisse spreum ac repudiatum. Cuius quidem exemplum fecuti ipsius discipuli, Euangelium doctrinam, & fidem, quam prædicabant, vel litteris consignabant, veteri Deo testimonio confirmantes, non quidem Tradito, sed scripto verbo constanter vsi sunt dicentes [Scriptum est enim] vel [sicut scriptum est] vel [vt adimpleretur Scriptura] nullo vnquam Traditi verbi testimonio producto, aut aliqua eiusdem mentione facta. Quos tamen Traditum ipsum verbum (si quod tunc fuisset, cui auctoritas & fides aliqua adiungeretur) ignorasse, vel scietes reticuisse quis vnquam dixerit? Verumque enim Apostolorum dignitati, pietati, ac perfectioni; Verbi traditi custodiæ & auctoritati, fidei firmitati, hominum saluti, Spiritus sancti afflatui, ac Dei prouidentiae repugnasset, Quare dicendum potius erit nullum, præter scriptum, extitisse, viuis Apostolis, Dei verbum germanum, certum, & ab ipsa Synagoga custoditum, cui tamen fuerant (vt inquit Apostolus) credita eloquia Dei. Huic arguere (vt videtur) interroganti vt satisfaciamus, operæ pretium est meminisse, Iudæorum scribas & seniores imperitorum vulgum, quibus poterant, artibus fallentes, vt ipsis delatam nimirum auctoritatem non solum illi tenerent, sed mirum in modum etiam auerent, tum ipsum Traditum Verbum (quod custodiendum susceperant) commentitijs fabulis ac mendacijs corrupisse, tum verò Traditiones plurimas, superuacaneas, vanas & cum Diuino verbo pugnantes, instituisse, seruandas iussisse, & pro Dei Verbo habendas temerè mandasse, Quas quidem CHRISTVS dictis & factis palàm contemnens ac repudians, Traditionis etiam nomen, illis commune, studiosè declinabat, nisi fortè reprehendens eodè vtetetur, vt cum diceret [Quare & vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram? Nam Deus dixit. Honora patrem, & matrem, & qui maledixerit Patri & matri morte moriatur. Vos autem dicitis. Quicumque dixerit Patri vel matri, munus, quodcunque est ex me, tibi proderit, & non honorifi-

Rom. 3.
Responso

Matth. 15.
Mar. 7.

norificabit patrem suum, aut matrem suam. Et irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem vestram] ET rursum [Bene prophetavit Isaias de vobis hypocritis, sicut scriptum est, populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me, in vanum autem me colunt, docentes doctrinam, & præcepta hominum, relinquentes enim mandatum Dei tenentis traditiones hominum, baptismata Vrceorum, & calicum, & alia similia his facitis multa] Ne igitur Christus ad Traditum Verbum Iudæos allegans, huiusmodi etiam traditiones hominum, quas maxime improbat, probare videretur, nolebat iccirco Traditi Verbi testimonio apertè & nominatim, vt, quod tamen tacitè (vt mox dicemus) sæpius vsurpabat. Qui alia præterea, & quidem maxima, in eo premebatur difficultate, nam Iudæorum legis periti Traditum Dei Verbum cautè abscondebant & populo celabant, ea enim lege & conditione illud ipsi acceperant, vt sibi ipsis reseruarent, cæteris non peruulgarent, rectè igitur custodes illi huiusmodi Verbi cognitione populo interdicebant, quem erudiens Christus, & doctrinæ testes coràm illo producens ignoti alicuius testimonio recondito apud ipsum vt certè non poterat, seniores tamen illos, vt potè clauem scientiæ habentes, nec ea, vt decebat, vtentes, apertè arguebat dicens [Væ vobis legis peritis, quia tulistis clauem scientiæ, ipsi non introistis, & eos, qui introibant, prohibuistis] Verbum autem traditum clauem scientiæ (aptissimo scilicet vocabulo) is appellabat, eo enim Scripturæ intelligentia enodatur, fidei regula continetur, Theologiæ arcana comprehenduntur, & sacrorum rituum rationes explicantur (vt paulò post fusè demonstrabimus) ea propter ipse quoque PETRVS APOSTOLVS apud Clementem Romanum de eadem clauem, iisdemque Iudæorum scribis & senioribus dicebat [Scribæ quoque & Pharisei in aliud schisma deducuntur, sed hic baptizati à Ioanne, velut clauem Regni cælorum, verbum veritatis tenentes, ex Moysis traditione susceptum,

Mar. 7.

Luc. 11.

Recogn. li. II

scriptum, occultarunt ab auribus populi] Ne igitur Christus ipse, atque illius discipuli ignotum & corruptum Itestem producerent, ac probarent; Verbum eiusmodi traditum palam commendare, vel eiusdem testimonio apud populum nominatim & liberè uti profectò non debebant, Quo tamen (ut poterant) tacitè vsi sunt, & quidem frequentissimè, quoties enim scripti Verbi testimonium illi vsurparunt, toties ad Traditum Verbum Iudæos tacitè allegarunt, Quod quidem multis notum & inauditum, ac fortasse mirum videbitur, illud tamen perspicaci & attento Auditori nos facile persuasuros speramus. Certum est enim Christum, & Apostolos in Iudæa prædicantes vel ad interrogata respondentes, Scripto verbo dicta & facta iccirco confirmasse, ut eiusmodi testimonijs Iudæos euincerent, quæ tamen, si nuda verba inspiciantur (Tradita scilicet intelligentia, & fidei Regula seclusa) poterant ab ipsis tergiuersatione aliqua malitiosè declinari, ut nunc impudenter solent, qui reliqui sunt Iudæi, in Christum contumaces, qui quidem nobis, eadem Scripturæ testimonia, quæ Christus & Apostoli olim ipsis obiecerant, nunc opponentibus, interpretatione respondent, & ad alios sensus scripra verba contorquentes, suam (ut ipsis videtur) impietatem tuentur, peruersè illi quidem, ut potè qui à Regula fidei, & à Patrum suorum intelligentia ac traditione deflectunt. Sed tamen verbi scripti, & nudi vi non constricti à proposita veritate declinant, atque Scripturæ interpretationem nostram, fide ac verbo tradito nixam, refutant, & irrident. Id ipsum igitur eorum Patres & maiores (scribæ saltem & seniores) potuissent pariter afferre ad Christi & Apostolorum argumentationem diluendam, omnemque obiecti Scripti verbi impetum propulsandum, quos tamen eiusmodi productis Scripturæ testimonijs vehementer vrgeri ac premi tum Christus, tum Apostoli sibi persuadebant, nec illi legis periti aliquid respondere, vel Scripturam aliter interpretari audebant, ut potè qui Traditū

Scri-

Scripturarum intelligentiam non ignorabant, quamuis eam populo celarent, & ne ipsa palam premeretur, se pariter ignorare callidè simulantes, racerent potius, quam veritatem faterentur. Verbi igitur scripti intelligentiam ex fidei regula (Tradito scilicet, ut diximus, verbo) pendentem apud scribas & legis peritos tunc fuisse, & Christum ad eamdem, veluti interpretantem, ipsos allegasse, dum testem ipsam Scripturam interpretadam ille producebat, omnino fatendum est, quamuis apertè & nominatim Traditum verbum Iudæis Christus nunquam obiecerit, dum populum publicè & indiscriminatim alloqueretur, vel eodem præfente scribas & legis peritos reprehenderet. Euulso autem illo, qui paulò ante iniectus erat, scrupulo, liberè iam, veluti conclusum, pronúciemus aliquot fuisse olim Synagoga à Deo tradita sine scripto verba, quæ nunquam sint apud ipsam litteris consignata, inter illa verò numerari oportere fidei regulam, & spiritales Scripturarum sensus. Quæ tamen sola, inter non scripta verba, numeranda esse profectò non dicimus, immò multò plura vnà cum illis ad numeranda esse putamus, quorum vnicum nunc exemplum, De faminis scilicet velandis, proferemus, quod quidem semper fuisse apud Iudæos in more positum, & diligentissimè obseruatum, omnes eruditi viri tum Christiani, tum etiam Iudæi constanter fatentur, Huius autem facti si legem scriptam quæras, nullam profectò in toto veteri Testamento inuenies, in quo tamen eiusdem consuetudinis exempla plurima obseruabis, quam iccirco Traditione nixam fuisse necessariò fateberis, nec verò ea (quod absit) humana, sed prorsus diuina traditione, ut potè quæ sit postea verbo & præcepto scripto ab Apostolo Paulo expressè comprobata, qui quidem (Magistri nempe doctrinam, & exemplum religiosè obseruans) Iudæicas ipsas Traditiones, ab hominibus profectas, respuebat, nō confirmabat, Christianis eorum obseruatione interdicebat, non lege seruandas præcipiebat. Quod animaduertens

Conclusio

Gg TER-

14 DE VERBO DEI TRADITO

lib. de Cor.
militis.

TERTULLIANVS, postquam Noui Testamenti Traditio-
nes aliquas non scriptas recensuisset, hanc quoque ex veteri
Testamento adscripsit, & scite admodum explicauit dicens
[Adijcio vnum adhuc exemplum, quatenus & de veteribus
docere conueniat. Apud Iudæos tam solenne est faminis eo-
rum velamen capitis, vt inde noscantur, quæro legem (Apo-
stolum differo) si Rebecca conspecto procul sponso vela-
men inuasit, priuatus pudor legem facere non potuit, aut cau-
sæ suæ fecerit, legantur Virgines solæ & hoc nuptum venien-
tes, nec antequam cognouerunt sponso, si & Susanna in iudi-
cio reuelata argumētum velatæ præstat, possum dicere & hic
velamen arbitrij fuit, rea venerat erubescens de infamia sua,
meritò abscondens decorem, vel quia timens iam placere, cæ-
terum in stadio mariti non putem velatam deambulasse, quæ
placuit, fuerit nunc velata semper, in ipsa quoque legem ha-
bitus requiro, vel in quacunque alia, si legem nusquam repe-
rio, sequitur vt Traditio consuetudini morem hunc dederit,
habiturum quandoque Apostoli auctoritatem] Huiusmodi
autem exemplum nobis argumento sit plura, eiusdem gene-
ris, tradita Synagogæ diuina verba nunquam fuisse (eadem
florente) Scriptis canonicis mandata, quod quidem ostenden-
dum proponebamus. eo autem comperto aliud præterea, ve-
luti redundans, breuiter adiungemus, Scripta scilicet ipsa ver-
ba iterum ad traditionem fuisse quandoque apud Iudæos re-
uerfa, & sine scripto ab ipsis pariter custodita. Diuinas enim
scripturas in Babylonica Iudæorum seruitute ammissas olim
fuisse plurimi eruditi viri constanter asserunt, nemo autem il-
las integras & incolumes adeò fuisse, vt ex illis vsum habere
possent Iudæi, ausus est aliquando affirmare, donec scilicet
Eldras diuino & spiritu afflatus, & iussu excitatus ipsas resti-
tuerit, interim autem Synagogam Dei vnus cognitione, eius-
demque præceptis caruisse, vel ipsius beneficiorum oblitam
prorsus fuisse, absit vt dicamus, hæc igitur omnia Traditione

sola

Scripta ver-
ba fuisse po-
stea Tradi-
tione sola
custodita.

OTIOPVS CVLV M. 7

15

sola apud ipsam tunc custodiri oportebat, quamuis iam dudum
fuisent litteris eadem consignata, Enoch quoque, ab Adam
septimum, propheticum librum scripsisse Iudas Apostolus te-
statur, quem tamen florente Synagoga vel perijisse, vel saltem
mendacijs contaminatum inter Apocryphos iacuisse dicen-
dum videtur, cum ille inter canonicos ab ipsis Hebræis non
numeraretur, verba autem, si qua in eo erant hominibus salu-
taria, traditione saltem postea seruata fuisse piè vtique creden-
dum est, quorum quidem verborum vsum salutarem fuisse
Iudas ipse declarat, dum scribēs eorum testimonio apertè vti-
tur. Qui etiam Michaelē Archangelum, cum Diabolo dispu-
tantem, de Moyfis corpore altercatum fuisse narrat, quod qui-
dem in toto veteri Testamento non legitur, vt iccirco narra-
tionem istā, etsi aliquando scriptam concedamus, inter Tradi-
ta tamen verba postea esse numerandam non temerè dica-
mus. In libris quoque Machabæorum Ieremiam Tabernacu-
lū, Arcā, & Altare incensi, Dei iussu occultasse, idque in Iere-
miæ Descriptionibus olim scriptum fuisse narratur. Quod
Verbum, cum nullibi legatur, traditione postea vsque ad Ma-
chabæorum tempora custoditum fuisse conijcimus. Paulus
quoque Apostolus scribit in Arca, ab Ieremia occultata, fuis-
se vnam & virgam reconditas, quod tamen in veteris Testa-
menti canonicis libris non legitur, vel igitur verbum hoc fuit
olim scriptum, & ex eo concludemus sine scripto postea, sola
Traditione seruatum fuisse, cum illud in Canonicis antiquis
libris nec Iudæi legant nec Christiani, vel si dixeris nunquam
illud fuisse scriptū, statim fateberis verba aliquot fuisse apud
Iudæos olim Tradita, quæ nunquam sint apud eosdem litteris
consignata, de quo quidem nobiscum paulò ante pugnabas.
His autem constitutis de verbo Dei Tradito ad Synagogam,
olim florentem, pertinente, ad consequentia tempora mox de-
scendentes, quid de eo factum sit in Ecclesia diligenter inqui-
remus.

Iudæ 1.

Iudæ 2.

2. Mach. 2.

Ep. ad Heb.
9.

Gg 2 Quòd

*Quod postquam Euangelium, prædicatum, captum est li-
teris consignari, nec omnia Dei Verba, ad ipsum
spectantia, canonicis libris comprehensa
sint. Neque illud fuerit, viuis Apo-
stolis, apud omnes nationes
scriptis mandatum.*

Cap. III.

Quamuis Euangelium, antea prædicatum, litteris postea
hebraicis consignatum Mattheus Apostolus Iudæis tra-
diderit. Marcus verò Græcis characteribus exaratum edide-
rit, quorum exempla secuti Lucas, & Ioannes, occasione da-
ta, id ipsum præstiterint. Illudque Euangeliorum Volumen
Paulus, Iacobus, Petrus, Ioannes, & Iudas Epistolarum cumu-
lo auxerint, non est tamen iccirco putandum ea omnia Diui-
na verba, quæcunque per filium, eiusque Apostolos locutus
est Deus, scripta tandem fuisse, & canonicis Noui Testamen-
ti libris mandata. Quo quidem in errore Hæretici plurimi
versantur, ea palàm repudiantes, quæ traditione sola, sine ca-
nonico scripto in Ecclesia seruari Catholici viri, à Patribus
eruditi, constanter prædicant. Illorum autem errorem apertè
redarguit & in primis præcauet Ioannes Apostolus, qui tamè
post omnes Euangelium conscripsit, is verò non solum ali-
qua Christi verba scripta non fuisse affirmat, sed, quæ à scri-
ptoribus prætermissa sunt, eiusdem verba tot numero esse te-
statur, vt nec etiam innumerabilibus libris à scribente vnquã
comprehendi singula possint, inquit enim [Sunt autem & alia
multa, quæ fecit Iesus, quæ si scriberentur per singula, nec ip-
sum arbitror Mundum capere posse eos, qui scribendi sunt, li-
bros] At statim sciolus aliquis respondebit, De factis & ope-
ribus, non de verbis Christi loqui Apostolum. Nos verò vr-
gebimus

Arg. 1.

Io. vlt.

gebimus dicentes Christi facta, verba esse, nec quidem impro-
priè, cum aliàs abundè ostenderimus per Res, opera, actio-
nes, & miracula locutum fuisse Deum, habeantque ipsa mira-
cula (vt dicebat *AVGVSTINVS*) linguam suam, de quibus
idem aibi dicit [Domini, quippe facta non sunt tantummodo
facta, sed signa, si ergo sunt signa, præter id, quod mira sunt,
aliquid profectò significant] quorum factorum significatio-
nem inuenire aliquantò est operosius, quàm ea legere vel au-
dire] & *GREGORIUS ROMANVS* pariter affirmat [Dom-
nus & saluator noster, Fratres charissimi, aliquando nos ser-
monibus, aliquando verò operibus admonet, ipsa etenim fa-
cta eius præcepta sunt.] Deinde verò Ioannis Apostoli verba
interpretâtes dicemus illum tacitè Christi dicta complexum
esse, dum factorum eius expressam mentionem fecit, quod
sentiens *AVGVSTINVS* ait [Cum multa fecisset Dominus
Iesus, non omnia scripta sunt, sicut idem ipse Sanctus Euange-
lista testatur, multa Dominum Christum & dixisse & fecisse,
quæ scripta non sunt] non enim verisimile videtur eum innu-
merabilia ac immenta agentem, nullam interim vocem protu-
lisse, Deinde verò quis mentis compos dixerit Christum ab
infantia vsque ad decimum tertium ætatis suæ annum nullum
alium sermonem habuisse, præter illum, quem solum *EVA N-
GELISTA* his verbis recitat [Quid est quod me quærebatis?
nesciebatis quia in his, quæ Patris mei sunt, oportet me esse?]
id autem si quis impudentissimus dixerit, eodè *E VANGELISTA*
teste conuincetur, dicente [Et factum est post triduum inue-
nerunt illum in templo sedentem in medio doctorum, audiē-
tem illos, & interrogantem eos, stupebant autem omnes, qui
eum audiebant, super prudentia, & responsis eius] Qui tamen
sermones (quamuis longos, prudentes, apud graues viros, &
de grauissimis rebus fuisse Euangelista testatur) nullibi scri-
pti leguntur, inter Dei autem verba, numerandos esse tum il-
los, tum ceteros sermones omnes, quos puer Iesus habuit,
absit

Tit. de Uni-
uer. Dei ver-
bo

In Euang.
lo. tract. 49

Hom. in c.
10. Luc.

In Euang.
lo. tract. 49

Arg. 2.

Luc. 2

Luc. 2

abfit vt negemus, qui illum, tunc temporis etiam, Deum fuisse non dubitamus. Adhuc verò quem non pudebit affirmare eundem Dominum tacitum & mutum semper fuisse ab anno ætatis suæ duodecimo vsque ad trigessimum, quia nulla ipsius verba ab Evangelistis recitantur? nē dicat potius eiusmodi verba (quamuis plurima & diuina) fuisse à Canonicis Scriptoribus consultò prætermissa? Quis denique audebit asserere ipsum Christum à Ioanne iam baptizatum, assidue prædicantem, docentem, præcipientem, Iudæos coarguentem, Scripturas interpretantem, Apostolis arcana mysteria referantem, quadriennij ferè spatio vix tot verba pronunciaffe, quæ, simul collecta & litteris madata, triginta ad summum paginas cõpleant? (nō enim plures sunt, quibus Christi verba, ab Euangelistis semel recitata, continentur) cū potius à pio & prudēte viro dicendum sit vix millesimā ipsius verborū partē eo volumine scriptā contineri, **I L L E** enim de seipso fatetur [Quotidie apud vōs sedebā docēs in tēplo] **E T** rursū [Ego palām locutus sū mundo, ego semper docui in synagoga, & in tēplo, quò omnes Iudæi conueniunt] & de eodem **M A T T H A E V S** scribit [Et circuibat Iesus totam Galilæam, docens in Synagogis eorum, & prædicans Euangelium Regni] Ipsum verò quotidie docentem, & prædicantem idem crebrò dixisse (quasi eandē cantilenam repetentem) abfit vt suspicemur, id enim nec loquentis summæ dignitati ac sapientiæ, nec auditorum (scribarum præfertim) singulari intolerantiæ, & superbiæ congruens esse poterat. Longos autem, plurimos, variosque eiusmodi sermones omnes in Synagogis à Christo habitos, paucissimis postea verbis ab Evangelistis comprehensos fuisse (cū in Euangeliorū libro pauci legantur) purum mendaciū est, cõprehendi autē exiguo libello potuisse omnino improbabile videtur. Singulæ præterea scripturarū interpretationes illæ, quas Lucas scribit Christum à mortuis excitatum docuisse Discipulos in Emaus proficiscentes, nullibi scriptæ leguntur, quas

quas tamen Dei verba esse ipsa loquentis persona cumulatè demonstrat, plurimas autem ac maximi momēti easdem fuisse **E V A N G E L I S T A** testatur dicens [Et incipiens à Moyse, & omnibus Prophetis, interpretabatur illis in omnibus Scripturis quæ de ipso erant]. Cateri quoque sermones, quos idem Dominus totis quadraginta diebus cum Discipulis habuit, non quidem humiles, & negligendi, sed grauissimi & necessarij, vt potè qui erant de ipso Dei Regno, dic, quæso, vbinam in Scripturis legantur? de illis quidem hoc solum generatim testabatur **L U C A S**. [Quibus & præbuit seipsum vix uuum post passionem suam in multis argumentis per dies quadraginta apparens eis, & loquens de Regno Dei] Sed videor mihi audire nescio quem ex illis (vt conijcio) hominibus, qui *πρὸς ὀλίγα ἐπιβλέψαντες ἀποφαινόντες βᾶον*, promptè respondentem, dicentemque omnes istos, quoscunque recensuimus, Christi pueri, adulti, baptizati, prædicantis, docentis, & à mortuis excitati, sermones, conciones, disputationes, scripturarum interpretationes, & omnia denique verba ab Evangelistis silentio præterita, quamuis in Euangeliorum libro non habeantur, legi tamen in Apostolorum Actis & Epistolis. Hanc autem responfionem vt nobis eius auctor persuadeat, inducens ipse & exempla singula proferens eam confirmare debet, eo tamen tacente, nos interim duo, vel ad summum tria eiusmodi verba proferemus, non enim plura nobis, etiam diligentissimè inquirentibus, hucusque occurrunt. Vnum quidem illud est [Præcepit eis ab Ieròsolyms ne discederent, sed expectarent promissionem Patris, quam audistis (inquit) per os meum, quia Ioannes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu sancto non post multos hos dies, igitur qui conuenerant interrogabant eum dicentes, Domine si in tempore hoc restitues Regnū Israel? Dixit autem eis non est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate, sed accipietis virtutem superuenientis Spiritus sancti

Luc. 24. 45

Arg. 6.

Act. 1.

Tacita Responfio

Responfionis euerfio

Act. 1.

sancti in vos, & eritis mihi testes in Ierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & usque ad ultimum terræ.] Alterum verò est [Oportet suscipere infirmos, & meminisse verbi domini Iesu, quoniam ipse dixit, Beatius est magis dare, quam accipere.] Tertium denique addatur, Mulieris silentium, & donorum spiritalium usus, quorum mandata à Domino tradita fuisse PAULVS APOSTOLVS his verbis testatur ad Corinthios de illis scribens [Si quis videtur Propheta esse aut spiritalis, cognoscat quæ scribo vobis, quia Domini sunt mandata.] Præter hæc nulla fortasse inuenies in Apostolorum Actis, & Epistolis verba, Christo nominatim & expressè tributa, quæ tamen sint in Euangeliorum libro silentio præterita (de cæteris enim iteratis noster non est sermo) tribus autem folis his dictis verba illa omnia, ferè innumerabilia, quæcunque tacitè prætermissa dicebantur, contineri qui dixerit, in tres pariter atmosphoras vniuersam Oceanum aquam concludi posse idem putabit. Nos igitur dicamus potius cum Augustino [Quicquid ille (Christus scilicet) de suis factis & dictis nos legere voluit, hoc scribendum illis (discipulis videlicet) tanquam suis manibus imperauit.] in quo quidem Augustini testimonio verbi [Legere] momentum expendere debemus, sola enim scripta leguntur, cum tamen ea pariter sciuntur, quæ traditione & auribus percepta discuntur, noluit igitur cautissimus scriptor Augustinus verbo [Scire] uti, quo nunc hæretici abutuntur, ne tradita Christi verba à fidelium hominum notitia videretur excludere, dum in ipsa lectione sola scripta verba concluderet. Dicamus etiam cum ORIGENE [Iesus legitur discipulis priuatim locutus verbum Dei, præsertim in recessibus, sed quæ eis dixerit non legitur, non enim videbantur talia vulgo scribenda, vel prædicanda.] Cum autem Deus, qui olim locutus fuerat Patribus in Prophetis, & notissime loquebatur Apostolis in filio, locutus postea sit cæteris, tum absentibus tum futuris hominibus, in ipsis Apostolis

(vt

(vt Christiani omnes fatentur, & nos de vniuerso Dei verbo agentes demonstrauius) sicut Prophetarum, ita Apostolorum verba Deo erunt ascribenda, ad quos iccirco missus fuit Sanctus spiritus, vt eiusdem afflatu concitati illi Diuina verba proferrent, de quibus ait Cyprianus [Sicut par est spiritui sancto & Christo diuinitas, ita in suis institutis æqua est auctoritas, & potestas, nec minus ratum est, quod dictante Spiritu sancto Apostoli tradiderunt, quàm quod ipse tradidit.] Apostolica itaque verba Deo erunt tribuenda, ea verò omnia scripta non fuisse illud in primis ostendit, quòd Apostolorum plurimi nihil omnino scripserunt, reliqui verò pauca admodum litteris mandarunt, omnes tamen diu & assidue Euangelium prædicarunt, varias orbis regiones peragrantes ad fidem plurimos perduxerunt, eosdem docuerunt, cum Pastoribus, ab ipsis institutis, arcana mysteria communicarunt, ecclesiæ administrandæ, & Scripturæ interpretandæ viam, ac rationem aperuerunt, Atque omne Dei consiliū populo & Pastoribus, vt decebat, annunciarunt. De quo nos admonēs AVGVSTINVS ait [Quod autem erat Apostoli Pauli Euangelium, hoc etiam cæterorum Apostolorum, & omnium fidelium dispensatorū tanti Sacramenti, hoc enim alibi dicit, siue ergo ego, siue illi sic prædicamus, & sic credidistis, Non enim omnes illi Euangelium conscripserunt, sed tamen omnes Euangelium prædicauerunt.] Atque APOSTOLVS PAULVS Thessalonicenses docuerat quid Antichristi aduentum remoretur, ad quos scribebat [Num retinetis quòd cum adhuc essem apud vos hæc dicebam vobis? & nunc quid detineat scitis, vt reueletur in suo tempore.] Quod tamen impedimentum nullibi scriptum est, & illud inquirens AVGVSTINVS atque Apostoli verba interpretatus inquit, [Quòd autem ait, Et nunc quid detineat scitis, id est, quid sit in mora, quæ causâ sit dilationis eius, & reueletur in suo tempore scitis, quoniam scire illos dixerit aperte hoc dicere noluit, & idè nos, qui nescimus, quòd illi scie-

Hh bant,

Tit. d. vni.
Dei verboSerm. de ab-
lut. pedumlib. 2. cot.
Fauftum
Mau.

2. Theff. 2.

20. de Civ.
Dei. c. 19.

bant, peruenire cum labore ad id, quod sensit Apostolus, cupimus nec valeamus.] Quare plurima Dei verba, Ecclesiæ fructuosa & salutaria, vnumquemque ipsorum locutum esse fieri compellimur, scripsisse autem pauca illa, quæ supersunt, monumenta non testantur, nec Patres tradiderunt, id tamen si quis temerè affirmet, deleta saltem esse eiusmodi scripta verba ipse non negabit, aliquorum igitur Apostolorum sermones voce traditos omnes, cæterorum plurimos in scripturis canonicis desiderari idem, etiam inuitus, nobis concedet. His verò argumentis aliud quoque adiungemus, ab exemplis ductum, quod quidem apud Catholicos & doctos viros maximi semper fuit ad comprobandas traditiones ponderis, quamuis ab Hæreticis minus fortasse firmum iudicetur, illis præsertim, qui eiusmodi exempla impudentissimè negant, & acerrimè oppugnant. Cum enim Ecclesiæ consuetudo recipiat, & eiusdem doctrina comprobet infantium puerorum baptismum, B. Mariæ perpetua virginitas à fidelibus credatur, processionem Spiritus sancti ex filio Catholici profiteantur, Panis & vini post consecrationem in corpus & sanguinem mirum quoddam conuersionis genus pij omnes agnoscant, aliaque complura, in scripturis non expressa, Ecclesia doceat, addatque præterea consecrationis scriptis verbis [& æterni, Mysterium fidei] quibus omnibus antecedentia quoque verba ista adiunxerat [Et eleuatis oculis in cælum ad te Deum Patrem suum omnipotentem,] quæ quidem in scripto Euangelio non leguntur, cum tamen inter Dei verba numerentur, ea profectò omnia tradita, non scripta, dicenda erunt, vt iccirco etiam recentiores quidam Hæretici, hoc ipsum generatim negare aliquando non audentes, dixerint. [De hac parte (de homine scilicet ante & post lapsum) admodum pauca litteris ab Euangelicæ historiæ scriptoribus mandata sunt, quamuis non sit dubium Christum de eiusmodi rebus crebrò, ac singulari dexteritate suos Auditores erudijisse, habebant enim hoc

pro-

Arg. 8.

Magdebur.
Cent. 1. lib.
1. c. 4.

propositi Euangelistæ, vt historiam redemptionis humanæ potissimum memoriæ mandarent, totique posteritati relinquerent, non igitur curiosius dogmatica omnia persecuti sunt] Sed iam audiamus Orthodoxos Patres idem palàm profites, quorum conspiranti consensione, quasi cumulo accedente, catholicam sententiam confirmabimus, dicebat enim **DIONYSIVS AREOPAGITA** [Sanctissima autem, venerationeque dignissima verba ea esse dicimus, quæ nobis à sanctis nostris præceptoribus in sacrosanctis, atque Theologicis Scripturæ libris sunt prodita, quæque ab iisdem sanctis viris institutione, quæ magis à materia abhorreret, proximaque ipsi quodammodo esset, ac similis cælesti hierarchiæ, ex mente in mentem verbo corporeo illo quidem, sed quod minus est materiæ particeps, sine scripto studiorum nostrorū Duces, principes didicerunt, ne ea quidem Hierarchæ, diuino numine permoti, in commune sacrosanctum munus apertis intelligentijs, sed sanctis signis tradiderunt] **ORIGENES** verò hoc verborum tum litteris tum voce tradendorum discrimen ex Ioannis Apocalypsi accipiens dixit [Hanc scribendorum & non scribendorum differentiam docens nos Ioannes ait, se audisse tonitrua septem arcana quædam indicantia, vetantiaque ne referrentur in litteras] cū quibus optimè consentiens **EVSEBIUS CESARIENSIS** ait [Christi verò discipuli ad Magistri sui nutum auribus multorum doctrinam suam commodantes, quæcunque quidem, veluti vltra habitum progressio, à perfectò ipsorum magistro præcepta fuerunt, ea ijs, quæ capere poterat, tradiderunt, quæcūque vero ijs conuenire arbitrabatur, qui animas adhuc affectibus obnoxias gererent, curatio- nisque indigentes, ea ipsi, ad imbecillitatem multorum se demittentes, partim litteris, partim sine litteris, quasi iure quodam non scripto, seruanda commendarunt] **IDEM** que de **Clemente Alexandrino** scribit [In libello autem, quem scripsit de Pascha cōfiteatur extorqueri sibi à fratribus, vt ea, quæ

Hh 2 à pre-

Arg. 9.

De Eccl.
Hier. c. 1.li. 6. contra
CelsumDe Dem.
Euang. li. 1.
c. 8.

li. 6. hist. c. 21

à presbyteris, idest à successoribus Apostolorum, voce sibi sola tradita sunt, describeret in libris, ac posteris traderet] Qui bus subscribens **BASILIVS** inquit [Dogmata, quæ in Ecclesia seruantur, prædicantur, partim ex conscripta doctrina habemus, partim ex Apostolorum traditione ad nos delata in mysterio recipimus] **ET** rursus [Iam verò etiam de Spiritu sancto communes nostras sententias quales sint expendamus, tum eas, quæ ex Scripturis de ipso nobis collectæ sunt, tum quas ex non scripta Patrum Traditione, quasi per manus, suscepimus] Atque idipsum admonens **CHRYSOSTOMVS** dicebat [Itaque fratres state & tenete Traditiones, quas didicistis, siue per sermonem; siue per epistolam tradiderint, sed multa etiam sine litteris] **ET** alio in loco [Euangelistæ semper incubuerunt, in ea, quæ magis vrgebant, nec illis curæ fuit historias conscribere, si quidem non parum multa & absque scripto tradiderunt] Epiphanius idem sentiens ac docēs scribebat [Termini enim nobis positi sunt, & fundamenta, & ædificatio fidei, & Apostolorum traditiones & scripturæ sanctæ, & vndiquaque veritas Dei munita est] **ET** rursus [Oportet autem traditione vti, non enim omnia à diuina Scriptura accipi possunt, Quapropter aliqua in Scripturis, aliqua in traditione Sancti Apostoli tradiderunt, quemadmodum dicit Sanctus Apostolus, sicut tradidi vobis, & alibi, Sic doceo, & sic tradidi in Ecclesijs] Theophilactus cum cæteris consentiens, & Apostoli verba explanans ait [Sicut tradidi vobis, præcepta mea tenetis. Liquet ex his cum Paulum, tum Apostolos reliquos haudquaquam omnia litteris mandasse præcepta, quæ populis tradidissent] His omnibus subscribēs **AVGVSTINVS** ait [Multa non inueniuntur in litteris Apostolorum, neque in Concilijs posteriorum, & tamen quia custodiuntur per vniuersam Ecclesiam, non nisi ab ipsis tradita, & commendata creduntur] **ET** rursus apertissimè [Apparet non omnia scripta esse, quæ Deus locutus est eis per quos nobis

fi. de Spiritu sancto.
Ibidem
In Epist. ad Theff. hom. 3.
Hom. in Act. Apost.
Aduer. hæret. hæret. 55.
Ibidem hæret. 61.
1. Cor. c. 11.
lib. 2. de baptis. contra Donat.
Quæst. super Ieuit. li. 3.

nobis sancta scriptura eius ministrata est] **IOANNES** dicitur que **DAMASCENVS** scribit [Quòd autem plurima Sancti Apostoli tradiderint sine scripto scribit Paulus **GÉTIVM** Apostolus, Ecce fratres state, & tenete traditiones nostras, siue sermonem, siue per Epistolam nostram, & ad Corinthios. Laudo autem vos fratres, quia per omnia mei meministis, & sicut tradidi vobis traditiones tenetis] Plurimos præterea grauissimos & locupletissimos testes producere possemus idipsum confirmantes, quorum testimonia, occasione data, mox proferemus, Traditi scilicet verbi quæstiones alias, maxime necessarias, explicantes, præsertim verò inquirentes quænam speciatim sint ea, quæ verbo potius tradito, quàm scripto in Ecclesia custodiantur. Interim autem in allatis testimonijs acquiescamus, quæ grauitate, numero, perspicuitate, & confessione morosis etiam hominibus cumulatè satisfacere posse putamus. Quo quidem constituto illud præterea sciendum est, Quòd Euangelium ipsum, ab Apostolis in vniuerso orbe prædicatum, viuis illis non fuerit apud omnes nationes litteris consignatum, Inde enim apertè illud etiam concludetur, non solum aliqua Dei verba, sed omnia quoque potuisse sine scripto in Ecclesia seruari, idque diu apud multas nationes Dei benignitate, ac prouidentia factum fuisse, cum illæ (vt potè rudes, & admodum barbaræ) nullum scribendi vsum haberent, quò etiam plurimæ nunc carent, prædicatum tamen, & voce Traditum Euangelium, in cordis tabulis consignatum susciperent, illudque mordicus retinerent. Quod quidem patèr testatus **IRENEVS** vir Apostolicus, dicebat [Quid autem si neque Apostoli Scripturas reliquissent nobis, nonne oportebat ordinem sequi Traditionis, quam tradiderunt ijs, quibus committēbant Ecclesias? cui ordinationi assentiuntur multæ gentes Barbarorum, eorum qui in Christo credunt, si ne caractere, vel atramento, scriptam habentes per spiritum in cordibus suis salutem, & veterem traditionem diligenter

li. 4. orth. 8. de c. 17.
Quòd Euangelium, viuis Apostolis non fuerit apud oēs Nationes scriptum.
li. 3. aduers. hæret. 4.

cu-

Ibidem

custodientes.] ET rursum [Hanc fidem qui sine litteris crediderunt, quantum ad sermonem nostrum barbari sunt, quantum autem ad sententiam, & consuetudinem, & conuersationem propter fidem perquam sapientissimi sunt, & placent Deo.] Eiusmodi itaque barbaræ nationes Euangelium ipsum, tum sola voce Traditum susceperunt, tum sine scripto religiosè asseruarunt, vt potè quæ nullum scribendi vsum haberent, atque omni litterarum caractere prorsus carent.

Quæ sint Dei verba sine scripto tradita, & extra canonicos libros in Ecclesia custodita speciatim inquiruntur.

Inter quæ Symbolum Apostolorum in primis numeratur. Cap. III.

CUm iam plurimis firmissimisque rationibus conclusum sit, & generatim constitutum quamplura Dei verba fuisse olim sine aliquo canonico scripto Ecclesiæ tradita, & ab ea dem custodita nunc de iisdem non scriptis verbis restat profectò inquirèdum, quænam sint ipsorum singula genera, quod quidem non est scitu minus difficile, quàm necessarium, eo autem, fauente Deo, speciatim cognito ac demonstrato, illud quoque erit tum distinctè ac plenè perspectum, tum cumulatius confirmatum, quod hucusque communiter, & quasi confusè cognitum & compertum est, plurima scilicet Dei verba voce Tradita in Ecclesia sine scripto custodiri. Ex singularum nanque specierum & partium demonstratione ac notitia Genus ipsum & totum confirmatur, atque eiusdem cognitio perficitur. Inter eiusmodi autem verborum species illam in primis numerandam esse dicimus, quam symbolum Apostolorum vocamus, eo enim prima fidei obiecta & Dogmata continentur, quæ etsi libri canonici pariter complectantur, distra-

cta

cta tamen illa, dispersa, & permixta ibi leguntur, in symbolo autem collecta, ordine disposita, & breuiter explicata traduntur, Hanc autem compendiarium doctrinam & regulam voce, non scripto, Apostoli tradiderunt, vt iccirco inter tradita verba illam numeremus, forma potius, quàm materia à scriptis verbis seiungendam, cuius quidem ortum, occasionem, causas omnes, & nominis interpretationes accurratè explicauit Ruffinus, ea verò omnia hanc esse Traditi verbi speciem firmissimè demonstrant, Quare integrum ipsius testimonium (quamuis longum) recitare compellimur, inquit igitur ille [Discessuri itaque illi (Apostoli scilicet) normam prædicationis constituunt, ne fortè alij aliò diducti diuersum aliquid his, qui ad fidem Christi inuitabantur, exponerent, omnes ergo in vno positi, & spiritu sancto repleti, breue istud futuræ sibi, vt diximus, prædicationis indicium, conferendo in vnū quod sentiebat vnusquisque, componunt, atque hanc credentibus dandam esse regulam statuunt, Symbolum autem hoc multis & iustissimis ex causis appellare voluerunt, Symbolum enim græcè, indicium dici potest & collatio, hoc est quod plures in vnum conferunt, Id enim fecerunt Apostoli in his sermonibus in vnum conferendo vnusquisque quod sensit. Indicium autem vel signum iccirco dicitur, quia illo tempore sicut & Paulus Apostolus dicit, & in actibus Apostolorum refertur, multis ex circumcisis Iudæis simulabant se esse Apostolos Christi, & lucri alicuius vel ventris gratia ad prædicandum proficiscebantur, nominantes quidem Christum sed non integris traditionum lineis nunciantes. Iccircò ergo istud indicium posuere, per quod agnosceretur is, qui Christum verè secundum Apostolicas regulas prædicaret. Denique & in bellis ciuilibus hoc obseruari ferunt, quoniam & armorum habitus par, & sonus vocis idem, & mos vnus, atque eadem instituta belladi, ne qua doli surreptio fiat, Symbola distincta vnusquisque Dux suis militibus tradit, quæ latinè signa vel indicia

nun-

In Symbol. expof.

2. Cor. 11.
Act. 19.

nuncupantur, vt si fortè occurrerit quis, de quo dubitetur, interrogatus symbolū prodat si sit hostis vel socius. Iccircò denique hæc non scribi chartulis, aut membranis, sed requiri in credentium cordibus tradiderunt, vt certum esset neminem hæc ex lectione, quæ peruenire etiam interdum ad infideles solet, sed ex Apostolorum Traditione didicisse] Hoc itaque Ruffini testimonio apertè & abūdè intelligimus qua occasione data symbolum istud Apostolorū excogitatum sit, & qua ratione compositum, ipsius quoque Argumentum, nominis explicationem, docendi modum & modi vtilitatē ac necessitatem cognoscimus. Occasio enim fuit Apostolorum discessus. Ratio ipsorum collatio. Argumentum compendiarium fidei Regula. Nominis explicatio, ipsa collatio vel indicium, Docendi modus Traditio sine scripto. Modi huius vtilitas & necessitas, ad germanos fratres ab adulterinis tutò & sine errore discernendos, omni scilicet fallaciæ ratione per occultam eiusmodi Traditionem facilè exclusa. Quæ omnia comprobans & breuissimè complectens ac recitans Augustinus ait [Hoc attendentes Sancti Apostoli certam fidei regulam tradiderūt, quā, secundum numerum Apostolicum duodecim sententijs comprehensam, Symbolum vocauerunt, per quam credentes catholicam tenerent vnitatem, & per quam hæreticam conuincerent prauitatem] Quamuis igitur eandem doctrinam, & eundem verborum sensum tum litteris consignatum, tum voce traditum ab Apostolis susceperimus, diuersè tamen explicatum illum in scripturis legimus, & traditionem tenentes confitemur. ibi enim singulas eiusmodi sententias varijs scripturæ sensibus expressas, latequè diffusas, vel etiam concisas, sibi inuicem permixtas, nullo certo numero definitas, vel ordine digestas, longa tandem lectione & inquisitione comperitas deprehendimus, Quas, traditum Symbolum ipsi recitantes, tum plenè collectas, tum aptissimo ordine ac definito numero comprehensas, tum verò litterali sensu & breuissimo

fer-

Serm. 1. in
Vig. Pentecostes.

sermone explicatas profitemur, Quod animaduertens Augustinus, ac scitè admodum explicans ait [Symbolum breue est verbis, sed magnum est sacramentis, quicquid enim præfiguratum est in Patriarchis, quicquid denunciatum in scripturis, quicquid prædictum est in Prophetis, vel de Deo ingenito, vel ex Deo in Deum nato, vel de Spiritu sancto, vel de suscipiendo omni sacramento, vel de morte Domini resurrectionisque eius mysterio, totum breuiter hoc symbolum continet, & continendo habet, & confitendo] Quare compendiarium istam doctrinam, à scripti verbi specie, ratione & via longè diuersam, non scriptum verbum iure optimo appellamus, atque, præter illud scriptum, à nobis traditione susceptum ipsum iccirco dicimus. Fuerunt tamen nonnulli, qui de hoc symbolo valde dubitarunt dicentes [Quoniam modo tantam rem, quanta est Symbolum, Lucas Actis non mandauit? qua nescio an vlla dignior mandaretur, cuius nec locum, nec tempus, nec modum, nec ordinem tradunt, quod ab Apostolis factum esse affirmant, quòd si ab Apostolis factum esset, non dicam qua ratione Arrius errasset, sed quid controuersiæ? quid negocij fuisset? quid opus Concilio Nicæno ad eum condemnandum? imò quid opus alio Concilio? Si enim constabat de Symbolo Apostolico, quid attinebat nouum condere?] Nimium quidem audaces videntur isti, qui Grammatici cum essent, non solum se Theologos esse profitebantur, sed ea quoque repudiare non verebantur, quæ negare primarij etiam hæretici non audent, isti enim crebrò, præsertim verò in Ratisbonensi, & Vormatiensi colloquijs, Apostolorum symbolum palàm professi sunt, & eorum aliqui affirmarunt id omne falsum & hæreticum putandum, quodcunque huic symbolo addatur, illi verò commentitium ipsum esse temerè pronunciant, atque vetustissimam traditionem, totius ecclesiæ consuetudine constantissimè receptam, & sanctorum Patrum grauissimis testimonijs, & con-

Ii spiranti

Serm. d' t'p.
181.

DVBITATIO
Laurentius
Valla lib. 4.
in uel. contra
Pogium

RESPON-
SIO

Ochinus in
Dialog.

spiranti consensu confirmatam, vel scientes & prudentes malitiosè, vel ignorantes negligenter contemnunt. Nam præter illos, quos paulò ante huius symboli testes producebamus (Ruffinum scilicet ac Augustinum) Iacobus quoque primus Ierosolymitanus episcopus de illo, concisè quidem, non tamen obscurè meminit, atque in Altaris sacrificio illud recitare Ecclesiam solere testatur dicens [Diaconus d. Sapienter attendamus. Sacerdos. Credo in vnum Deum Patrem omnipotentem, factorem cæli, & terræ, & in vnum dominum Iesum Christum filiū Dei, & cætera] Irenæus verò, vir Apostolicus, ab Apostolis hanc traditionem manasse apertè asserit cum ait [Ecclesia enim per vniuersum orbem vsque ad fines terræ seminata, & ab Apostolis, & à discipulis eorum accepit eam fidem, quæ est in vnum Deum patrem omnipotentem, qui fecit cælum, & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt, & in vnum Iesum Christum filium Dei, incarnatum pro nostra salute, & in Spiritum sanctum, qui per Prophetas prædicauit dispositiones Dei, & aduentum, & eam, quæ est ex virgine, generationem, & passionem, & resurrectionem à mortuis, & in carne, in cælos ascensionem dilecti filij Iesu Christi Domini nostri, & de cælis in gloria Patris aduentum eius ad recapitulanda vniuersa, & resuscitandam omnem carnem humani generis] Qui quidem scribens sensum potius Symboli retulit, quam verba recitarit, de illo tamen, quod fidei regulam paulò ante vocauerat, eum loqui ipsamet verba non obscurè, quamuis immutata, declarant. Sed ipso ætate superior, & Apostolorum indiuiduus comes, CLEMENS ROMANVS Apostolicam hanc traditionem apertissimè testatur inquit [Christo resurgente, & ascendente in cælum, missò sancto Spiritu, collata Apostolis scientia linguarum, adhuc in vno positi, Symbolum, quod nunc fidelis tenet ecclesia, vnusquisque quod sensit dicendo, condiderunt, vt discedentes ab inuicem hanc regulam per omnes gentes prædicarent

In Liturg.

li. 1. aduer.
har. c. 2.li. 1. aduer.
har. c. 1.Ep. 7. ad Ia
cobum fra
trem Domi
ni

carent] Quod symbolum alibi ipse recitat verbis paululum immutatis, testaturque Apostolicam esse constitutionem vt in baptismo illud recitaretur. Quod in baptismo recitari solitum, & voce, sine scripto, traditum fuisse Basilius quoque testatur, illudque congruenter vocat fidei confessionem, quo etiam Spiritus sancti diuinitatem, & glorificationem pia & congruente consecutione indicari affirmat inquit [Deficiet me dies si ecclesiæ mysteria, scripto non prodita, recensere velim, omitto reliqua, ipsam fidei confessionem, quod credimus in Patrem, & filium, & Spiritum sanctum, ex quibus scriptis habemus? si enim ex baptismatis ratione, iuxta pietatis congruentiam, velut baptizamur ita etiam credere debemus, similem baptismati confessionem testificamur, concedant nobis iuxta eandem congruentiam, vt similem fidei glorificationem reddamus. Si verò glorificationis modum, velut scripto non proditum, reijciunt, producant nobis & confessionis fidei, & reliquorum quæ cõmemorauimus, conscriptas demonstrationes] De eodem verò, quod Apostolis sine scripto traditum sit, his verbis testatur HIERONYMVS [In symbolo fidei & spei nostræ, quod; ab Apostolis traditum, non scribitur in charta & atramento, sed in tabulis cordis carnalibus, post confessionem Trinitatis, & vnitatem Ecclesiæ, omne christiani dogmatis sacramentum carnis resurrectione concluditur] AMBROSIVS quoque scribit [Duodecim Apostolorum Symbolo fides sancta concepta est, qui velut periti artifices, in vnum conuenientes clauem suo consilio confluuerunt, clauem enim quamdam ipsum symbolum dixerim, per quod referantur Diaboli tenebræ vt lux Christi adueniat] IDEMQUE alibi dicit [Credatur symbolo Apostolorum, quod Ecclesia Romana iteratum semper custodit & seruat] Chrysostronus idem Symbolum exponit, & Apostolicum esse profiteretur. AVGVSTINVS verò præter ea, quæ paulò ante produximus, ipsius testimonia non solum Apo-
stolis

li. 7. consti.
apost. c. 41.li. de spiritu
sanctoEp. ad Pam-
machium

Serm. 38.

Ep. 81.

in Symb.
Apost. hom.
1.

stolis hoc symbolum tribuit, sed quid singuli Apostolorum
 in illud contulerint nominatim recitat dicens [Quod græcè
 Serm. 117. de tempore Symbolum dicitur, latinè collatio nominatur, collatio ideo,
 quia collata in vnum totius catholicæ legis fides symboli col-
 ligitur breuitate, cuius textum vobis modo Deo annuente
 dicemus. Petrus dixit. Credo in Deum Patrem omnipoten-
 tem. Ioannes dixit. Creatorem cæli & terræ. Iacobus dixit.
 Credo & in Iesum Christum filium eius vnicum dominum
 nostrum. Andreas dixit. Qui conceptus est de Spiritu sancto,
 natus ex Maria virgine. Philippus ait. Passus sub pontio Pi-
 lato, crucifixus, mortuus, & sepultus. Thomas ait. Descen-
 dit ad inferna, tertia die resurrexit à mortuis. Bartholomæus
 dixit. Ascendit ad cælos, sedet ad dexteram Dei Patris omni-
 potentis. Matthæus dixit. Inde vêturus iudicare viuos & mor-
 tuos. Iacobus Alphæi. Credo & in Spiritū sanctū, sanctā Ecce-
 siam Catholicam. Simon Zelotes. Sanctorū cōmunionem,
 remissionem peccatorum, Iudas Iacobi. Carnis resurrectio-
 nem. Matthias compleuit. Vitam æternam, Amen] Quod
 Ep. 13. cōprobās LEO PRIMVS ait [Ipsius catholici Symboli breuis
 & perfectā confessio, duodecim Apostolorum totidem est si-
 gnata sententijs, tanquam instructa sit munitione cælesti, vt
 omnes hæreticorum opiniones solo ipsius possint gladio de-
 truncari] Vigilius quoque martyr de eodem scribit [Ante-
 quam Nicæna synodus conueniret à temporibus Apostolo-
 rum vsque ad nunc, ita fidelibus symbolum traditur] Plura
 adhuc afferre possemus Patrum testimonia ad symboli tradi-
 tionem demonstrandam, nisi illam satis iam dilucidatam &
 perspectam putarem, tot enim grauissimorum testiū, quos
 produximus, summam consensionem certissimum esse Tradi-
 tionis argumentum non dubitamus, cur autem Lucas, Apo-
 stolorum Acta conscribens, Symboli editionem, institutionē-
 que tacitus præterierit, interroganti respondemus illum om-
 nia Apostolorum Acta nec scripsisse, nec (vt conijcimus) scri-
 bere

li. 4. contra
 Eutychem

Respon-
 siones ad argu-
 menta

bere cogitasse, multa enim Petrus Romæ, & Ioannes in Asia,
 ac Romæ etiam, tum egerunt, dixerūt & scripserūt, tum verò
 passi sunt, quæ ille nō retulit, cæterorum quoque duodecim
 Apostolorum plurima gesta, & martyria ac cædes idem reti-
 cuit, Omnium denique Apostolorum tum canones, tum con-
 stitutiones silentio præterijt, vt iccirco dixerit Chrysoströmus
 [Accepto in manus libro eo, cui Acta Apostolorum nomen
 est, continet autem is nō acta ipsa omnia, neque omnium, sed
 vnius tantum & alterius, & ea quidem numeratu facilia.] Qua
 re mirum esse non debet quòd ipsorum quoque Apostolo-
 rum Symbolum pariter nō adscripserit Lucas, nec vllam eius
 mentionem fecerit, Quod etiam studiosè præterire (ni falli-
 mur) debebat, cum enim ipsi Apostoli (vt iam diximus &
 abundè ostendimus) eiusmodi Symbolum, non libris canoni-
 cis mandandum, sed voce tradendum decreuerint, atque il-
 lius traditionem hanc, sine scripto, Ecclesiæ fructuosam ac ne-
 cessariam iudicarint, ipsorum quidem iudicium & Decretum
 Lucæ notum & perspectum fuisse omnino fatendum est, qua-
 re eundem, canonicos libros scribentem, ne Apostolorum
 sententiæ repugnaret, & fidei obesset, ipsum symbolum tacitè
 præterire oportebat, id enim scriptoris religioni maximè
 congruebat, nec ab eiusdem scribendi instituto abhorrebat.
 Minus etiam mirari debemus cur edito symbolo Arrius, cære-
 terique hæretici Trinitatem sanctam insectari non sint veriti,
 vel ipsis tam impium facinus committere audentibus Nicæ-
 no, aut alio quopiam Concilio ad eos conuincendos opus
 fuerit, cum solo Apostolico symbolo (vt videtur) tum facile
 euinci, tum iure damnari eiusmodi hæreses potuissent. Quam-
 uis enim verissimas sententias symbolum complectatur, bre-
 uissimo tamen sermone singula Catholica Dogmata palàm
 explicari non poterant, nec forsàn Apostolis (vt paulò post
 demonstrabimus) illo explicanda ac peruulganda videbantur,
 arcana enim mysteria cum solis perfectis erant communican-
 da,

Contra Gē-
 ules li. 1.

da, ea propter Arrius, Macedonius, & Nestorius ea omnia profitentes, quæcunque in symbolo palam expressa nos confitemur, alia tamen Catholica Dogmata iisdem negabant, credebatur enim Arrius in Iesum Christum filium eius vnicum, Dominum nostrum, quem tamen Patri *ὁμοούσιον* esse negabat. Credebatur Macedonius in Spiritum sanctum, quem pariter *ὁμοούσιον*, Patri & filio substantia & auctoritate parem non agnoscebat, credebatur quoque Nestorius Christum natum ex Maria Virgine, quam tamen *θεοτόκον* esse negabat. Ad eiusmodi itaque hæreses conuincendas Concilia cogi oportebat, & breuissimum Apostolorum Symbolum longiori explicacione laxandum erat, vt, hæresi damnata, catholica veritas omnibus pateret, quæ tamen doctos & pios viros antea non latebat, illi enim non solum patentem, sed arcanam quoque & reconditam Symboli intelligentiam, à maioribus sanctè custoditam, Scripturis vel traditione acceperant. Quæ omnia animaduertens AVGVSTINVS dicebat [Est autem fides Catholica in Symbolo nota fidelibus, memoriæque mandata, quantum res passa est breuitate sermonis, vt incipientibus atque lactentibus eis, qui cum Christo renati sunt, nondum Scripturarum diuinarum diligentissima, & spiritali tractatione, atque cognitione roboratis, paucis verbis credendum constituitur, proficiētibus, & ad diuinam doctrinam certa humilitatis, atque charitatis firmitate surgentibus, quod multis verbis exponendo esset perficiendum, sub ipsis ergo paucis in symbolo constitutis, plerique hæretici venena sua occultare conati sunt, quibus & resistit diuina misericordia per spirituales viros, qui catholicam fidem non tantum in illis verbis accipere & credere, sed etiam Domino reuelante intelligere, atque cognoscere meruerunt] Hanc autem in Symbolo Apostolorum delitescens ac reconditam fidem, verbis non apertè expressam, Symboli plenitudinem vocabat LEO PRIMVS, qui de ipso sermonem habens dicebat [Cuius symboli plenitudinē

li. de fide &
symbolo

Epist. 13.

si Eu-

si Eutyches puro & simplici voluisset corde concipere, in nullo à Decretis sacratissimi Nicæni Concilij deuiaret.] Cum itaque hæretici interiorē hanc fidem vel ignorarent, vel malignosè dissimularent, Symboli breuitate, quasi latebra, abutebantur ad perniciosas hæreses occultandas, ne Catholicæ fidei splendor illarum tenebras facillè depelleret, quæ, Patrum vigilantia deprehensæ, in Concilijs omnium cōsensione damnatæ sunt. Obiectis autem argumentis abundè (ni fallimur) dilutis firma ac rata erit sententia, quæ asserbat inter Tradita Dei verba, non scripta, numerandum esse Apostolorum Symbolum [quod (vt LEO primus scribit) Dominus noster in Ecclesia neminem sexus vtriusque voluit ignorare] vt potè quo prima, & scitu maximè necessaria, fidei obiecta continentur, numero quidem multa, pondere autem grauissima, ex quibus omnibus, quasi ex indiuiduis speciebus, vnum Genus verbi traditi oritur, quod speciatim demonstrandum proponebatur, eo autem cognito & constituto, ad alia eiusdem verbi genera inuestiganda nos conuertemus.

CONCLVSIO

Ep. 13.

*Alterum Genus Verbi Traditi, abstrusum magis,
arcana fidei mysteria complecti demonstratur.
Vtroque autem genere integram
fidei Regulam compleri & traditione totam haberi ostenditur. Cap. V.*

Apostoli, fidei Symbolum cuius fidei indiscriminatim tradentes, & palam omnibus prædicantes (vt potè quod prima & cognita faciliora fidei obiecta complectatur) arcana mysteria cum ijs solis communicabant, quos ad ea percipienda & custodienda idoneos iudicabant, cuius generis sunt, Trinitatis

nitatis Diuinæ naturalis generatio; spiratio, processio; earum que cum vnitatem & æqualitatem mira consensio, Christi duplex natura & voluntas, vnica autem persona, Hominum prædestinatio & ex gratiæ ac liberi arbitrij concursu iustificatio, Sacramentorum, & præsertim Eucharistiæ, mysterium, & quamplurima alia ad fidem pertinentia, nec tamen Symboli sententijs & verbis palam expressa, quamuis cum illis optimè cohæreant, atque in ipsorum sinu, quasi conclusa, delitescant. Quæ omnia symbolo addita integram fidei regulam complent, atque iccirco traditi verbi genus alterum, ex ipsis constans, primo adiungendum dicimus, quod quidem non solum parcius & obscurius multò, quàm primum, est canonicis scripturis expressum, sed nec omnibus indiscriminatim fidelibus fuit olim ab Apostolis prædicatum, & voce traditum (vt aliàs fusè explicauimus) sicut enim Christus ipse imperitorum vulgo eiusmodi mysteria non aperiebat, sed cum solis Apostolis communicabat, quibus dicebat

Tit. de quæst. c. 11.

Math. 13.

1. Tim. 6.

De Diu. nom.

Serom. li. 7.

[Vobis datum est nosse mysteria Regni cœlorum] ita quoque Apostoli eadem omnibus non prædicarunt, nec plenè litteris, occasione data, consignarunt, sed eorum aliqua prorsus non scripserunt, nec publicè prædicarunt, cætera orationis vel scripturæ obscuritate, quasi latebra adhibita, obtexerunt, ea tamen omnia illis solis secretò, & sine scriptis tradiderunt, atque omni integumento nudata, diligenter verbis exposuerunt, quos ad ea ritè percipienda, religiosè custodienda, & posteris fideliter tradenda, veluti idoneos, delegerant: Hoc autem depositum illud est, de quo APOSTOLVS Timotheum monebat dicens [O Timothee depositum custodi] Quem DIONYSIVS AREOPAGITA pariter admonès dicebat [Tu quidem hæc obseruare debes Timothee ex sanctissima interpretatione, neque diuinas res vel divulgate ijs, qui initiati non sunt, vel enunciare] atque de iisdem arcanis traditionibus scribit Clemens Alexandrinus [Quoniam autem non

sola

sola traditio est publica ei, qui sensit sermonis magnificentiam, occultanda est sapientia, quæ dicta est in mysterio, quam docuit Dei filius, iam enim Ilaïas quoque Propheta igne linguam purgat, vt possit dicere visionem, & nec solum linguam, sed etiam aures castas nobis habere conuenit, si conemur fieri veritatis participes, hæc mihi erant impedimento quominus scriberem] ET nonnullis interiectis [Quod auditis, inquit Ibidem Dominus, in aurem prædicate super tecta, arcanas Traditiones veræ cognitionis, quæ excelsè & excellenter explicantur, iubens suscipere, & sicut in aurem audiuius, ita etiam tradere quibus oportet, non autem omnibus passim tradere, quæ eis in parabolis dicta erant, præcipiens] ET rursum [Diuinis Ibidem autem mysterijs, & sancta illa luce impertiri illos concessit, qui ea possent capere. Iam verò non reuelauit multis ea, quæ non erant multorum, sed paucis, quibus sciebat conuenire, qui & ea possent accipere, & ex eis informari. Arcana autè, sicut Deus, verbo creduntur non scripto] ET post pauca [Sed Ibidem enim traduntur mysticè mysteria, vt sit etiam in ore loquentis id, quod loquitur, potius autem non in voce, sed in intelligentia] Et alio in loco [Scio quod veniens ad vos, inquit Serom. li. 5. Apostolus, veniam in plenitudine benedictionis Christi. Spiritale donum, & traditionem, quæ est ex cognitione, eis præsentibus præsens cupit impertire, neque enim ea poterant significari per epistolam] Tot Clementis testimonia protulimus, vt obscuri Scriptoris plura dicta eiusdem reconditam sententiam magis aperirent, cuius discipulus ORIGENES, cum ipso optimè consentiens, de Herma, cui Spiritus sanctus (vt narrabatur) dixerat. Tu verò annunciabis presbyteris Ecclesiæ. ait [Iam non per litteras, sed per viuam vocem ipse Philoca. c. 1. Spiritus sancti discipulus iuberetur annunciare vniuersæ Dei ecclesiæ presbyteris, qui nempe cani sunt prudentia] BASILIVS verò id ipsum non solum affirmat, sed apertè etiam ac lib. de spir. sancto distinctè docet, cum ait [Dogmata quæ in Ecclesia seruantur,

Kk

ac

ac prædicantur, partim ex conscripta doctrina habemus, partim ex Apostolorum traditione ad nos delata in mysterio recipimus] **E T** rursum [Aliud enim est dogma, & aliud prædicatio, Dogmata enim silentur, prædicationes verò publicantur] Quòd autem nomine Dogmatis ea mysteria intelligeret, quæ quidē non essent peruulganda, vel scribenda, **I P S E** paulò antea explicauerat dicens [Ad eundem modum etiam hi, qui ab initio res ecclesiasticas sancierunt Apostoli, & Patres in occulto ac silentio mysterijs auctoritatem conseruarunt, neque omnino mysterium est, quod ad populares, ac vulgares aures effertur, hæc est causa cur aliqua tradita sint citra scriptum, vt ne Dogmatum cognitio neglecta fieret] Cuius frater Gregorius id ipsum comprobans, & exemplo confirmans ait] Verum ne ænigma historiæ per ænigmata exponi videatur, latius quod sentio explorandum est, occultior quædam Traditio est, verus sermo ad nos vsque descendit, quo creditur, postquam in peccatum natura nostra lapsa est, non omnino à clementia Diuina neglectam, neque absque suo patrocinio dimissam, sed Angelorū, qui natura incorporei sunt, aliquem in adminiculum cuique institutum fuisse &c.] **E P I S C O P I** quoque Gallix ad Leonem primum rescribentes, atque ipsius epistolam summopere commendantes, qua quidē eiusmodi mysteria fidei continebantur, se Traditione eadem mysteria pariter accepisse testantur dicentes [Multi itaque, in ea (epistola scilicet) gaudentes pariter & exultantes, recognouerunt fidei suæ sensum, & ita se semper ex traditione paterna tenuisse, vt vester Apostolatus exposuit, iure lætantur] Atque Patres omnes, in sexta synodo congregati, de his pariter mysterijs, & arcanis fidei obiectis, quæ ab hæreticis exagitata, & in dubium reuocata fuerant, palàm prædicabant [Hæc est Apostolorum Christi vna traditio, quam vbique eius tenet Ecclesia, quæ præcipuè diligenda, atque fouenda, & fiducialiter prædicanda est] Hæc quidem allata testimonia ad re-

condi.

Ibidem

Ibidem

De vita
Moyſi

Ep Raucen-
nij & aliorū
Epif Gallix
ad Leonem

Act. 4.

conditum fidei obiectū speciatim pertinent, ex quo, & Symbolo Apostolorum simul iunctis, veluti ex partibus, totum illud constituitur, quod Regula fidei, vel pietatis, dicitur, cuius Regulæ definitio est. Eorum omnium, quæcunque ad credendum proposita sunt, integra traditio, siue. Dogmatū perfecta ratio. De qua generatim loquentes Patres, veluti traditam, ac traditione ipsa in Ecclesia custoditam, illam religiosè obseruandam monuerunt, sicut enim singulas ipsius partes separatim ad tradita verba pertinere illi restati sunt, ita easdem coniunctim traditioni acceptas meritò retulerunt, quamuis obscuriore, & aliquādo ambigua locutione sint vsi, vt potè qui optimè intelligebant plurima eiusdem fidei obiecta (vt diximus) vel expressè & apertè, vel saltem obscurè diuinis scripturis inuoluta contineri. Atque iccirco **I R E N E V S** Dogmata hæreticorum, non solum scripturis, sed etiam traditione, diiudicabat, & excludebat, præsertim verò in libro de Monarchia ad Florinum, ab eo sibi obiecta Dogmata, veluti cum tradita fidei regula pugnantia, his verbis damnabat referente Eusebio [Hæc Dogmata, Florine, quæ asseris, non sanæ doctrinæ, hæc dogmata, non sunt consona ecclesiasticæ fidei, hæc dogmata sancti illi presbyteri, qui ante nos fuerūt, nunquam protulere, Qui & Apostolos viderunt, quos & tu nosti] Et de eadē fidei regula vniuersa monebat **O R I G E N E S** [Seruetur ecclesiastica prædicatio per successionis ordinem ab Apostolis tradita, & vsque ad præsens in Ecclesijs permansens, illa sola credēda est veritas, quæ in nullo ab ecclesiastica traditione discordat] **E V S E B I V S** quoque dicebat [Per idē tempus in vrbe Roma diuersis nihilominus nouitatibus p̄ nōnullos Regula traditionis ecclesiasticæ vexabatur, pro quibus Ireneº ad diuersos scripta progauit] De qua pariter **C Y R I L L V S** **I E R O S O L Y M I T A N V S** fideles admonebat [Videte itaque fratres, vt seruetis traditiones, quas nunc accepistis, & in latitudine cordis eas describite, vt cum pietate illas custodiatis,

REGVLA
FIDEI.

lib. 5. hist. e.
20.

Periarchon
li. 1.

Lib. 5. histo.
cap. 20.

Catech. 5.

ne quando vacillantes aliquos inimicus dissoluat, ne quis hæreticus ex his quæ tradita sunt evertat aliquid, Fides quidem est proijcere argentum super mensam, Deus autem à vobis reposcet depositos sermones, contestor (vt inquit Paulus) in conspectu Dei viuificantis omnia, & Christi Iesu, qui professus est sub Pontio Pilato bonam confessionem, vt hanc traditam vobis custodiatis fidem intemeratam vsque ad aduentum Domini nostri Iesu Christi, Thesaurus vitæ nunc tibi traditus est, quem posteaquam apparuerit Dominus, tanquam depositum, requiret, & temporibus opportunis illum ostendet] & de eadem fidei tradita Regula **CYRILLVS ALEXANDRINVS** ait [Perfuadeatisque vt ab initio in Ecclesijs seruata, & ab Apostolis traditam fidem, tanquam pretiosam quamdam margaritam, animis suis inditam retineant] Huiusmodi autem Regulam fidei voce, præter canonicos libros, fuisse traditam Patres istos asserere, tum orationis ipse contextus, antecedentia & consequentia verba considerati, abundè ostendit, tum verò ea, quæ superius adduximus, testimonia ad singulas huius Regulæ partes separatim confirmandas, id ipsum firmissimè persuadent. Quare iam liberè concludamus, quòd ea omnia, quæcunque, à Deo nobis reuelata, ad Regulam fidei pertinere dignoscuntur, olim fuerint à Christo vel Apostolis voce tradita, eademque sine canonico scripto sint traditione nudata, explicata, ordine disposita, & idoneo Auditori plenè ac diligenter commonstrata, quamuis illorum plurima libris canonicis (alia tamen ratione) cõineantur, vt potè que concisa, inuolucris obtecta, confusa & permixta in illis legantur, & ipsorum paucissima ab eo intelligantur, qui Regulam fidei traditione non didicerit, quam iccirco (vt diximus) explicatam, & integram, eiusque vtramque speciem inter Traditi, sine scripto, verbi genera numerandam esse constanter asserimus. Sicut enim (exempli causa) plurima in libris noui testamenti scripta, in veteti pariter testamento

indicata

CONCLVSIO

Nota.

indicata comperiuntur, nec tamen eadem verba noui & veteris testamenti esse dicuntur, quamuis eadem res in vno inuolutæ obscurius significentur, in altero euolutæ apertius exprimantur, ita quoque multa, in vtroque testamento scripta, voce præterea tradita creduntur, nec tamen Traditionis & Scripturæ verba eadem esse putantur, etsi eadem res in scripturis obscurè, & permixtè, variè que indicatæ deprehendantur, Traditione autem nudatæ & apertæ, conspiciantur, atque iccirco iisdem traditis scripturæ ipsæ commodius faciliusque explanantur; perindè ac veteris testamenti figuræ, noui ipsius historia & gestis explicatæ, intelliguntur, Qua quidem notitia hæretici, ipsorum culpa, carentes, tum peruersè impieque Scripturas interpretantur, tum verò non scripta verba omnia facilè spernunt, quorum traditionem in primis agnoscentes ac profitentes catholici, ad illa semper in scripturis interpretandis, tanquam adminicula, adnituntur (vt nos, de earum interpretatione agentes, fusè declarauimus) Patres quoque in Concilijs ad eadè tradita verba oculos adijcentes Catholica dogmata publicis monumētis cõsignarūt, & cū illis pugnātes hæreses, ipsorum traditione deprehensas, damnarunt. Quòd autem Conciliorum definitiones Traditionibus (Patrum testimonio, & Ecclesiæ consuetudine apertè demonstratis) nixæ fuerint Conciliorum acta ipsa declarant, & Patres omnes testantur, quorum aliquot nunc testimonia profereamus, reliqua tunc allaturi cum de ipsis Concilijs paulò post agemus. **THEODORETVS** itaque Athanasij verba recitans de primo Nicæno Concilio ait [Episcopi autem non suo ingenio verba excogitantes, sed à Patribus petentes testimonia, sic scripserunt, nam erant Episcopi veteres ante annos ferè centum & triginta tum Romæ, vrbis præpotentis, tum in nostra ciuitate, qui criminabantur eos, à quibus Filius factus dicebatur, & non consubstantialis Patri] **CYRILLVS ALEXANDRINVS** in Ephesino Concilio de voce

Tit. de Scri.
obsc. atque
eiusdem in-
terpr.

Tit. de Con-
cilijs

li. 1. hist. c. 8

di.

Ep. 1. Tom. dicebat [Hanc nobis fidem diuini tradidere discipuli, & licet
 nullam fecerint dictionis huius mentionem, ita tamen sentire
 à sanctis Patribus edocti sumus] Et in Calcedonenſi Concilio
 definiētes Patres dixerunt [ſequentes igitur ſanctos Patres,
 vnum & ipſum conſiteri filium Dominum noſtrum Ieſum
 Chriſtum conſonanter omnes docemus, perfectum ipſum
 in Deitate, & perfectū ipſū in humanitate] **L**E O quoque **S**E-
CVNDVS de Sexta ſynodo reſtatutur [Sancta igitur vniuerſa-
 lis, & magna ſexta ſynodus, quam nutu Dei veſtra clementia,
 & ſedulè conuocauit, & cui pro Dei ministerio præfuit, Apo-
 ſtolicam in omnibus regulam, & probabiliū Patrum doctri-
 nam ſecuta eſt, & quia definitionē rectæ fidei, vt dictum eſt,
 pleniffimè prædicauit, quā & Apoſtolica ſedes B. Petri Apo-
 ſtoli (cuius, licet impares, ministerio fungimur) veneranter ſu-
 ſcipit, iccirco & nos, & per noſtrum officium hæc veneranda
 ſedes Apoſtolica, concorditer, & vnanimiter his, quæ definita
 ſunt ab ea, conſentit, & B. Petri auctoritate confirmat] In ipſa
 autem **S**EPTIMÆ **S**YNODI definitione hæc verba legun-
 tur [His ſic ſe habentibus, regiam viam incedentes, & ſancto-
 rum, & diuinorum Patrum doctrinæ inſiſtentes, & Catholice
 Eccleſiæ, in qua ſanctus Spiritus inhabitat, traditionem obſer-
 uantes definimus &c.] Cum paulò ante ipſi definiētes **P**A-
TRES dixiſſent [Fatemur autem vnanimiter nos Eccleſiaſti-
 cas traditiones, ſiue ſcripto, ſiue conſuetudine valentes &
 decretas retinere velle] Atque Romanus Pontifex in **C**ON-
CILIO **V**IENNENſI huiusmodi præfatione definiens vte-
 batur [Nos, ad Sanctorum Patrum & Doctorum communē
 ſententiam Apoſtolicæ conſiderationis aciem conuertentes,
 ſacro approbante Concilio declaramus] Eam verò commu-
 nem Patrum ſententiam Apoſtolorum traditione niti profe-
 cto oportebat. **C**ONCILIUM denique **T**RIDENTINUM
 poſtquam ſe Traditiones, vnà cum Scripturis ſuſcipere, &
 venerari dixiſſet, eaſdemque ab omnibus ſeruandas fore
 iuſſiſſet,

iuſſiſſet, hæc verba ſtatim adſcripſit [Omnes itaq; intelligenti
 quo ordine & via ipſa Synodus, poſt iactum fidei conſeſſio-
 nis fundamentum, ſit progreſſura, & quibus potiffimum teſſi-
 monijs, ac præſidijs in, confirmandis dogmatibus, & inſtauran-
 dis in Eccleſia moribus ſit uſura] Quare cum Vincentio Liri-
 nenſi, grauiffimo auctore dicamus [Quid vnquam aliud **C**ON-
CILIORUM **D**ECRETIS Eccleſia enixa eſt, niſi vt quod antea ſimpli-
 citer credebatur, hoc idem, poſtea diligentius erederetur, &
 quod antea lentius prædicabatur, hoc idem poſtea inſtantius
 prædicaretur, & quod antea ſecurius colebatur, hoc idem po-
 ſtea ſollicitius excoleretur? Nec quicquam Hæreticorum no-
 uitatibus excitata Conciliorum ſuorum decretis Catholica
 profecit Eccleſia, niſi vt quod prius à maioribus ſola traditio-
 ne ſuſceperat, hoc deinde poſteris per Scripturæ Chyrogra-
 phum conſignaret, magnam rerum ſummam paucis littèris
 comprehendendo, & plerunque, propter intelligentiæ lu-
 cem veteris fidei ſenſum nouæ appellationis nouitate ſignan-
 do] Hac igitur tradita fidei Regula uſi ſunt Patres in **C**ONCILI-
IS **D**OGMATA definiētes, & litteris conſignantes, ſicut Scri-
 pturam ipſi explanantes excogitatas interpretationes ad eam-
 dem regulam ſtudioſè direxerunt, qua ipſam quoque ſingu-
 lorum hominum fidem, veluti certiffima meſura, religioſè
 metiti ſunt, atque iccirco illam, ex Symbolo & arcanis myſte-
 rijs conſtitutam, inter tradita Verba in primis numerandam,
 in altiffimoquè eorum gradu collocandam non temerè iudi-
 cauimus.

*Tertium Verbi traditi genus eſſe librorum Canoniorum
 Traditionem, atque ipſorum ſenſum, & intel-
 ligentiam demonſtratur. Cap. VI.*

Quoniam autem (vt ſape diximus, & opportuno loco
 demonſtrauimus) plurima Dei verba ſunt litteris con-
 ſignata,

ſeſſ. 4.

Aduer. prof.
votum no-
uit.Tit. de Vni-
uer. Dei ver-
bo.

signata, quæ quidem nos diiudicantes agnoscere, & ab adulterinis discernere oportebat, operæpretium iccirco & necessarium fuit ad scripta eiusmodi verba ritè, & sine cunctatione amplectenda, perniciosos autem errores cavendos, & suppositos libros, Spiritui sancto, ac ipsius Scribis falsò inscriptos, à veris sine errore secernendos, tum scripturas omnes, tum verò singulas earum partes, quas nobis Apostolos tradidisse credimus, & constanter confitemur, ipsorummet tradentium testimonio fuisse commendatas. Hanc autem Apostolorum traditionem, & diligennem commendationem neque nos in ipsis scripturis legimus, neque scriptam nos legentes suscipere, nisi ea (quod credimus) ipsorum Apostolorum voce, quasi viuo testimonio, fuisset confirmata. Quomodo enim, (quæso) Apostoli vniuersam, quam habemus, Scripturam, veluti diuinam commendare scribendo potuissent, si scriptum eiusmodi ipsorum testimonium, vt potè quod inter scripturæ vniuersæ particulas esset pariter numerandum, eadem scripta commendatione necessariò caruisset? vel quomodo nos eiusmodi scripto testimonio magis, quàm cæteris scripturis, fidem adhiberemus, cum ipsum, eas confirmans, pari difficultate premeretur? Aut illi auctoritatem cur adiungeremus, de cuius auctore maximè dubitaremus? Ea propter ipsi Apostoli, non quidem scribendo, sed tradendo vniuersæ scripturæ testimonio fuerunt, cuius etiam singulos libros eadem traditione nominatim & diligenter commendarunt, quamuis eorum aliquot, quasi præterientes illi, scribendo commemorarint (vt nos de libris Canonicis agentes sigillatim ostēdimus) Huiusmodi autem libros omnes ab Apostolis tradentibus suscipiens Ecclesia, eosdem (vt potè voce ac testimonio Apostolico commendatos) veluti sacros & diuinos fideliter custodiuit, atque lectionis consuetudine, & ecclesiastica traditione, Apostolicæ consentanea, vel etiam (occasione data) scriptis canonibus comprobans peruulgauit. Quos quidem Ca-

nones

Tit. de lib.
Canon.

nones nos recitauimus, Traditionem autè, ab impijs & nefarijs hominibus obscuratam, Ecclesiæ consuetudine ac Patrū testimonijs singulatim, & apertè dilucidauimus, atque ad Apostolica vsque tempora demonstratione reuocauimus, omnemque aduersariorum in illam impetum pro virili fregimus ac propulsauimus, dum in quot, & quos libros Dei scriptum verbum distributum sit longa disputatione inuestigamus. Quare hæc omnia silentio prætereuntes, ad eam tractationem nunc Auditorem commodè allegabimus, illud tamen adscribemus Traditionem hanc esse Scripturarum tum fidelem comitem, quo illæ maximè iuuantur, ac notiores fiunt, tum firmissimum propugnaculum, quod easdem munit ac protegit, atque hæreticis oppositum & obiectum omnes eorum conatus irritos facit, cuius vim maximam illi sentientes, nec impetum declinare valentes, totis iccirco viribus ipsum demoliri sæpius, sed frustra, tentarunt. Hæc autem dicta sint de ipsa Scripturarum littera, præter quam sunt ipsarum quoque sensus considerandi, eadem littera tum præstabiliores, tum ad hominum salutem, & commodum magis vtilis & necessarij, tum verò ab auctore Deo, & sacris Scribis primò & præcipue intellecti. Isti autem vbinam puri, integri, & aperti sine littera scripti leguntur? Litteræ inuolucro interpretatione nudati vbi conspiciuntur? In ipsis certè Scripturis illi sub littera, quasi sub cortice, latent, neque ab ipsa auulsos diuinis scriptis mandari rei natura ferebat, à qua tamen littera disuncti natura illi sunt, nec quidem ratione sola, sed re ipsa etiam ab eadem seiunguntur, diuisi intelliguntur, verbis quoque oblitis memoria tenentur, & vocibus à scriptis diuersis sæpius proferuntur. Præterea verò verbum ipsum scriptum (littera scilicet) vbi que vnicum est, sæpe ambiguum, & frequenter obscurum, atque ab hæreticis, & à diabolo quoque liberè vsurpatum. Sensus autem sunt vbi que varij & multiplices, non ambigui, sed definiti ac certi, suapte natura aperti,

Tit. de lib.
Canon.SENSVS
SCRIPTV-
RARVM

L I &

Tit de sent.
script fac.
Et Tit. de
obsc & in-
terp. scrip.

& solis catholicis viris, sanctisque Angelorum spiritibus familiares (vt nos alibi copiosè & abundè explicauimus) Præter scripturæ itaque verba literis expressa, sensus quoque ipsi Prophetici & Apostolici à nobis erant intelligendi, nec tamen omnibus (vt littera) patere indiscriminatim debebant, nec scribi, ab ea diuisi, etiam poterant, neque nos humani ingenij viribus eisdem, nisi à Christo vel Apostolis traditi fuissent, excogitare, & sine errore diiudicare valebamus. Quare eiusmodi scripturæ sensus, quos veluti Apostolicos, & propheticos amplectimur, traditione ad nos, sine scripto, peruenisse fatendum est. Adhæc autem quis vnquam negare poterit vel Christum scripturas fuisse interpretatum, de quo Lucas scribit [Et incipiens à Moyse & omnibus Prophetis interpretabatur illis in omnibus Scripturis quæ de ipso erant?] vel prædicantes & docentes Apostolos, varia, quæ incidebāt, scripturarum loca diligenter explicasse, atque interpretandi rectam rationem discipulis exposuisse? quam quidem, vnà cum interpretationibus & intelligentijs, cum in libris canonicis non legamus (illas enim paucissimas, quæ scriptæ sunt, interpretationes semper excipimus) nec tamen perijsse (præsertim omnes) facile credamus (vt potè quas ipsorum discipulos auidè arripuisse, atque loquentium dicta excipientes, vel litteris mandasse, vel cæteris idoneis auditoribus voce tradidisse fatendum est) pro certo nos catholici habemus, tum eos obscurioris Scripturæ sensus, quos in Tractatorum monumentis, conspiranti omnium consensione explicatos, legimus, tum eam interpretandi viam & rationem, quam eisdem, Scripturam explanantes, obseruasse deprehendimus, ab ipsis Apostolicis fontibus fluxisse, ac tacita quadam traditione in posteros deriuasse (vt alibi fufius declarauimus) Quomodo enim tot Tractatores, locorum ac temporum interuallo diiunctissimi, eorundem sensus ex difficillimis Scripturæ locis eruisent, atque ad vnā eandemque interpretationis viam & rationem

tionem

Tit de sent.
scrip fac c.
18.

tionem concordi & continuato consensu conspirassent, nisi eodem duces, auctores, & magistros secuti fuissent Apostolos? quo quidem argumento (vt paulò post demōstrabimus) Apostolicæ Traditiones apertè deprehenduntur, atque sine errore à cæteris discernuntur. Eiusmodi autem sensus & intelligentias, traditione acceptas, alteri se pariter tradidisse testabatur CLEMENS ROMANVS dicens [Scripturæ legis per singula quæque capitula, quorum ratio poscebat, secretorem tibi intelligentiam patefeci, non occultans à te nec traditionum bona] Ad eandem traditas intelligentias confugiens pariter DIONYSIVS AREOPAGITA, inquit [Ad sanctissimarum Scripturarum intelligentias, prout illas à patribus accepimus, contuendas pro viribus pergimus.] Arque in eandem sententiam CLEMENS ALEXANDRINVS (quamuis obscurè, vt solet) dicebat [iam verò cum Apostolos docuerit seruator, scriptæ non scripta iam quoque nobis traditur traditio] Tota autem doctrina ista maxime confirmatur ac explicatur ex ijs, quæ diximus, dum probaremus tum Patres, tum Ecclesiam consulendam esse in diuinis Scripturis interpretandis, & quomodo id sit ritè peragendum exponeremus. Quare iam liberè pronunciare non verebimur traditione ipsa, non solum Scripturas sacras, sed earum quoque sensus plurimos ab Apostolis nos suscepisse, Ecclesiæ ac Patrum monumentis custoditos, Quos quidem à Deo auctore intellectos, & à Christo vel ab Apostolis per Spiritum sanctum expressos, inter Dei verba numerandos esse non dubitamus, atque iccirco in tertio Traditi Verbi, non scripti, genere eisdem vnà cum librorum Canonicorum non scripto testimonio collocamus.

Recogn. li.

1.

De col. Hie

125. G. R.

Strom. li 6.

Tit. de scrip.

fac. obsc. at-

que eisdem

interp.

LI 2

Quar-

Quartum Verbi Traditi genus ea continere asseritur, quæ ad Theologiam propriissimè acceptam pertinent. Cap. VII.

SEquuntur nunc illa, quæ ad Theologiam, propriissimè acceptam pertinent, sunt verò hæc eorū, quæ fide creduntur, modi & rationes, non sanè quibus ipsa demonstrantur (quæ quidem & credi debent, & demonstrari non possunt) sed quibus eadem constant & fiunt, Hoc enim proprio subiecto determinatur ipsa Theologia, quo etiam à fide nominatim se iungitur, (vt de Theologia, & de quæstionibus Theologicis agentes abundè explicauimus) Huiusmodi enim Theologica obiecta, vt potè quæ fidei fundamento nituntur, ad quam scilicet mysteria multa pertinent, non cuius (vt diximus) peruulganda, multò certè minus erant ab omnibus indiscriminatim legenda, imò nec audienda (vt alibi cumulatè demonstrauimus) sed cum illis solis cautè communicanda, qui, tota fidei Regula cognita, moribus & eruditione ad ipsam Sapientiam (totius scilicet Christianæ cognitionis quasi fastigium quoddam) extolli merebantur, quam quidem inter solos perfectos se ac cæteros Apostolos loqui Paulus iccirco testabatur, Eā autem ipsi traditione ab Apostolis accipientes fideliter postea custodierunt, studiosè coluerunt, ritè disseminatam propagarunt, atque eruditione & exercitatione (iuuante Deo) non parua illi incrementa in dies attulerunt, cuius iam satus & ortus ab ipso Tradito Dei Verbo procreatos religiosè iidem acceperant. Id verò testatus vir Apostolicus DIONYSIVS AREOPAGITA inquit [Hæc autem, & à nobis alijs locis factis multa demonstrata sunt, & valde celebrata à clarissimo præceptore nostro in Theologicis suis institutionibus, quæ ille siue à sanctis Theologis accepit, siue artificiosa scriptorum diuinorum consideratione & indagacione perspexit, multa in

his

Tit. de Theol. & Tit. de Quæst.

Tit. de Aud. Theol. & Tit. de Quæstion.

1. Cor. 2.

De diu. nom.

his exercitatione, diuturnoque vsu, siue etiam diuiniore quodam instinctu & affatu hausit] Atque de eiusdem mysticæ sapientiæ initijs id ipsum indicans, & sibi familiari orationis obscuritate vtens CLEMENS ALEXANDRINVS ait [Diuinis autem mysterijs, & sancta illa luce impertiri illos concessit, qui ea possent capere, iam verò non reuelauit multis ea, quæ non erāt multorum, sed paucis, quibus sciebat conuenire, qui & ea possent accipere, & ex eis informare, Arcana autem, sicut Deus, Verbo creduntur, non scripto] Quæcunque igitur Deus ad hanc sapientiam spectantia Apostolos docuit, ea quidem omnia Tradito Verbo significauit, & planè aperuit, pauca autem ex ipsis, & obscurè admodum litteris consignari permittit, Apostolos ipsos diligenter admonens, nè illa palàm scribendo vel prædicando proijcerent margaritas ante porcos, qui illas pedibus conculcarent. Quod quidem fuisse ab ipsis semper, & studiosè obseruatum ipsa canonica scripta apertè ostendunt, & facto testantur, cum in illis nihil ferè huiusmodi scriptum legatur, vel si quid fortè eius generis, in ipsis alicubi inclusum, perspicax aliquis lector animaduertet, id totum inuolutum & latens odorabitur potius, quam cernet. Quis enim (exempli causa) in libris canonicis nominatim expressum, ac patentem modum legit, quo æternus Pater æternum Filium gignit, atquè vnà cum illo tertiam spirat personam? Quo tres ipsæ diuinæ Personæ constituuntur? Quo Deus omnia distinctè intelligit, singulis singulatim prouidet, mentis suæ sensus cui vult quocumque verbo aperit? Quo à nobis ille tum intelligitur ac nominatur (vt scripturæ testantur) tum verò neque intelligi, neque nominari potest? Quo Angeli inter se distinguuntur, loquuntur, mouentur? Quo Sacramenta nouæ legis gratiam conferunt, & ritè singula peraguntur? Hæc autem, & his consimilia omnia Apostolos prorsus ignorasse, vel scientes & prudentes nemini quicquam eorum aperuisse, quis vnquam, nisi impius dicere audebit? erant quippè

Aposto-

Strom. li. 1.

Apostoli omnibus donis à Deo aucti, intellectu, scientia, & sapientia fideles omnes ita superarunt, ut cæterorum neino cognitione ipsos æquauerit, quare à Scholasticis Theologis tractata, disputata, & conclusa, à Patribus cæterisque patris Tractatoribus animaduersa, explicata & literis mandata (quæ tamen vera sint, atque ad ipsum Theologum verè, & propriè pertineant) Sapientissimos Apostolos præterijisse ac latuisse penitus omnia, nec pium, nec decorum, nec probabile videtur. Erant præterea illi charitate flagrantes, benigni, benefici, ac Thesaurorum, quos possidebant, liberales distributores, quare istam reconditam diuinarum rerum scientiam, à Deo gratis acceptam, Ecclesiæ commodam, fructuosam, ac iucundissimam, sibi solis eos reseruasse, cæteros omnes (quamuis dignos) studiosè, & integrè celasse, nec cum Doctoribus & Episcopis villo modo communicasse, indignum omnino & iniquum videretur, illis tamen (quod absit) silentibus, nec arcana mysteria peruulganda, vel cuiquam tradenda iudicantibus, qua quæso temeritate Dionysius Areopagita, Hierotheus, cæterique Apostolorum discipuli Theologicas institutiones edere, Doctores non solum eiusmodi abstrusos modos indagare vel excogitare, sed etiam docere, Scholastici denique Theologi scientiam istam tractare & publicè profiteri tentassen? vel, etiam suo periculo experti, Diuinam scientiam, non superstitem, primi inuestigare, inuenire, instituere potuissent? Ne igitur nos (meauri scilicet potius, quam impij & amentes) vel in scitiæ & ignorantia, vel in indigentia, impudentia, & malicia reos (quod absit) faciamus Apostolos, sapientissimos nimirum viros, atque optimos, & acerrimos charitatis patronos, aut, illis parcentes, Scholasticos saltem Theologos, atque Doctores & Patres omnes inconsideratissime ac dementissimæ temeritatis accusemus, quos iccirco aspernemur, atque vnà cum illis Theologiam ipsam, quasi ipsorum commentitium quoddam inuentum, repudiemus, illud potius

nobis

nobis constanter persuadeamus, & palam prædicare non dubitemus, Apostolos ipsos abstrusas rationes istas, occultosque modos plurimos, ad Theologiam propriè pertinentes, tum tradito Christi verbo vel Spiritus sancti afflatu accepisse, tum alijs quibusdam (dignis tamen) viris, ut poterant, & quæ decebat, moderatè tradidisse, Diuinamque scientiam hac ratione approbasse, instituisse, docuisse, & in cælum ascendentes superstitem illam in terris reliquisse. In istud deinde curriculum, in quo iam erant Apostolorum impressa vestigia, Theologos omnes liberè descendisse, atque de iisdem, illisque consimilibus, abditis modis plurima disputasse, rationibus multa de ipsis conclusisse, & quæ magis pia illis visa sunt, non temerè pronunciasse. Quæ quidem omnia ipsi, non minus modestia quam eruditione insignes, primi tentare, & sine Apostolorum exemplo experiri vtique exhorruissent, atque Diuinam ipsam scientiam sine apostolico magisterio inchoare, & formare nec impudenter conati fuissent, nec etiam, maxime conantes, vnquam potuissent, sed eiusdem semina quædam, ab Apostolis traditione accepta, retinentes ipsos illis consentanea perscrutatos fuisse, addidisse, docuisse & literis mandasse potius credamus, Hæc autem semina Patrum & Theologorum omnium consensione ipsa nos dijudicantes, & à posterorum varijs inuentis iccirco tecernentes, diligenti obseruatione animaduertimus, & ab Apostolicis fontibus traditione, sine scripto, manasse non temerè conijcimus, atque in quarto Traditi Verbi genere reponenda iudicamus,

Quodd

*Quod Quintum Verbi traditi Genus complectatur Ritus,
Ceremonias, & consuetudines in vniuersa Catholica
Ecclesia sine scripto vigentes, atque eiusmodi
institutionum rationes, significationes,
& vsus eodem contineantur.
Cap. VIII.*

Ritus sacros plurimos, sanctas ceremonias, atque reli-
gias & honestas consuetudines in Ecclesia catholica
iamdiu vigere pij quidem viri omnes fatentur, vigentesque
promptè illi amplectuntur, ac religiosè obseruant, quamuis
eorum omnium institutionem in diuinis Scripturis non legat.
Nec tamen ipsorum significationem iidem omnes intelligit,
vel institutionis rationem norunt, vel etiam Apostolicam tra-
ditionem animaduertunt. Hæretici autem (præsertim huius
seculi) nihil pium, reconditum, ac salutare hæc eadem signifi-
care palàm asserunt, temerè quoque ac superstitiosè insti-
tuta fuisse, & aniliter obseruata sibi persuadent, neque ab
Apostolis ortus vel satus aliquos accepisse illa suspicantur,
nedum affirmant, quare ista omnia (vt potè non scripta) qua-
si hominum inuenta, vel potius delirantium somnia, liberè
aspernantur, repudiant, & impudenter irrident. Quorum nos
insolentiam ac temeritatem comprimere studentes, & veri-
tatis ac pietatis partes libenter suscipientes, hæc omnia tum
præclare & sapienter instituta, tum mysterijs referta, tum ve-
rò ab Apostolis auctoribus vel tradentibus ad nos esse deri-
uata exemplis ac testimonijs productis abundè (ni fallimur)
ostendemus, Quibus constitutis, aduersariorum contumaciã
fractam & depressam, catholicorum autem hominum volun-
tati cumulatè satisfactũ forè speramus, & in quinto denique
verbi traditi genere hæc omnia collocare cogitamus. Pau-
lus itaque Apostolus ad Corinthios scribens multa reticuit,
quæ

quæ litteris mandanda non iudicabat, sed verbis tradenda si-
bi referuabat dicens [cætera, cum venero, disponam] Quæ I. Cor. II.
quidem ad ritus ac ceremonias spectasse non temerè conij-
ciunt interpretes, cum multa in Ecclesia Corinthiorum, sicut
etiam in alijs Ecclesijs, postea fuerint obseruata, & in more
posita, quæ in Pauli epistolis expressa non leguntur, Verbum
quoque illud [disponam] non obscurè indicat ea pertinere
ad aliqua ritè & ordine peragenda, ne quid perturbatum &
indecorum in Ecclesia agatur, sed sancta sanctè administren-
tur, & rectè honestè gerantur. Nec solus quidem Paulus re-
ctam istam & decoram rerum ac officiorum dispositionem
Corinthijs tradidit, sed vnà cum illo cæteri quoque Aposto-
li vniuersæ Ecclesiæ eandem vberiore præstituerunt, cuius
præcipua capita Apostolorum tum canonibus tum Constitu-
tionibus, per Clementem collectis & litteris mandatis, con-
tinentur, cætera traditione accepta partim adhuc consuetu-
dine retinentur, partim verò, tum rerum conuersione, tum
etiam temporum longinquitate vel immutata vel obscurata
perierunt. Constitutiones autem & Canones Apostolorum,
si adhuc superstites sunt (vt multi affirmant) cum tamen in-
ter Canonicos libros hucusque non numerentur, veluti ver-
ba Dei tradita erunt interim saltem amplectendi, cum enim
per Apostolos, dictante Spiritu sancto, editi sint, ad diuinam
vtique locutionem pertinent, vt iccirco vel inter Canonicos
libros, vel inter Tradita Dei verba sint numerandi, sin autem
eiusmodi Constitutiones & Canones (quod nonnulli suspi-
cantur) fortasse perierunt, qui autem Apostolis inscripti cir-
cumferuntur, adulterini sunt, aut saltem additamentis ac de-
tractionibus contaminati, cum multa nihilominus Ecclesiæ
vsu & consuetudine (quod negare non possumus) obseruen-
tur, quæ quidem nullius Apostolicæ scripturæ auctoritate
confirmantur, illis autem canonibus & constitutionibus sunt
consentanea, probabile vtique videtur tum ab Apostolica
M m tradi-

traditione ea omnia fluxisse, tum verò eiusmodi apocryphos libros, quamuis (vt illi suspicabantur) suppositos & mendis coinquinatos, cum veris tamen & germanis, quoad ritus scilicet ac instituta, vsu ipso comprobata, conuenire, quare vt-cumque ad Apostolicam traditionem reuocanda meritò videbuntur ea omnia, quæcunque, in Ecclesiæ more posita, in iisdem pariter scriptis Canonibus, & Constitutionibus instituta leguntur. Quòd autem institutiones & consuetudines diuturnæ & constanti obseruatione in catholica ecclesia vigentes, ac florentes, Apostolicæ traditioni debeant acceptæ referri Patres ipsi aperte testantur, inter quos **TERTULLI-ANVS** ait [Quamdiù per hanc lineam ferram reciprocabimus? habentes obseruationem inueteratam, quæ præueniendo statim fecit, hanc si nulla scriptura determinauit, certè consuetudo corroborauit, quæ sine dubio de traditione manauit] **GREGORIUS** deinde **NAZIANZENSIS** hos ecclesiasticos Ritus significans (vt orationis contextus demonstrat) de **Iuliano** Apostata scribit [Cum doctrinam nostram maiorem & insigniorem censeret ob eas ecclesiæ figuras, quas traditione acceptas in hunc vsque diem seruauimus] **Augustinus** idipsum testatus ait [Apostoli autem nihil quidem exinde præceperunt, sed consuetudo illa, quæ opponebatur **Cypriano**, ab eorum traditione exordium sumpsisse credenda est, sicut sunt multa, quæ vniuersa tenet ecclesia & ob hoc ab Apostolis præcepta bene credentur, quamquam scripta non reperiantur] **Et** rursum [Quam consuetudinem credo ex Apostolica traditione venientem, sicut multa non inueniuntur in litteris eorum, neque in Concilijs posterorum, & tamen quia custodiuntur, per vniuersam ecclesiam, non nisi ab ipsis tradita, & commendata creduntur] Quæ quidem **Augustini** dicta non ignoramus ad omnia Dei verba tradita pertinere, sed illud quoque intelligimus, quòd ritus & mores ecclesiæ omnes, vnà cum cæteris traditionibus, iisdem dictis pariter continantur.

Lib. de cor.
mi.

Or. 1. in Iu-
hanum.

De baptif.
con. Donat.
lib. 5.

De Baptif.
con. Donat.
lib. 2.

neantur, quæ iccirco in illos nunc nominatim accommodare non temerè cogitauimus. **CLESTINVS** quoque **PRIMVS** inquit [Obseruationum quoque sacerdotalium Sacramenta respiciamus, quæ ab Apostolis tradita, in toto mundo atque in omni ecclesia catholica vniiformiter celebrantur, legem credendi lex statuat supplicandi.] Apertissimè vero **LEO PRIMVS** idipsum testatur, & constanter asserit dicens [Dubitandum non est dilectissimi, omnem obseruantiam christianam eruditionis esse diuinæ, & quicquid ab ecclesia in consuetudinem est deuotionis receptum, de traditione Apostolica, & de sancti Spiritus prodire doctrina, qui nunc quoque cordibus fidelium suis præsidet institutis, vt ea omnes & obedienter custodiant, & sapienter intelligant] **IOANNES DAMASCENVS**, occasione cuiusdam consuetudinis data, inquit [Non scripta autem est hæc Apostolorum traditio, nam multa sine scripto nobis tradita sunt] Hæc quidem generatim asserunt Patres de vniuersis ritibus ac moribus ecclesiasticis, de singulis verò speciatim plura illi testantur, & frequenter prædicant, quorum aliquot etiam testimonia hic adscribemus, vt non solum permultos singulares eiusmodi mores ab Apostolis traditos fuisse nominatim discamus, sed vniuersum quoque ipsorum genus ab illis fluxisse, tot exemplis ac testibus productis, certò cognoscamus. **DIONYSIVS AREOPAGITA** ritus illos in Ecclesiastica Hierarchia explicaturus, quæ circa sacramenta & sacrificia nouæ legis obseruari solebant, de illis dicit quòd Apostoli [partim scriptis, partim non scriptis suis institutionibus ex sacrosanctis legibus nobis tradiderunt, idque fecerunt, non profanorum modo causa, quibus ne signa quidem fas est contingere & tractare, sed etiam quòd Hierarchia nostra (id quòd dixi) pro modo nostro signis continetur, cum egeat rebus, quæ sensus mouent, ad diuinorem nostri ex ipsis ad eas, quæ mente comprehenduntur, reuocationem] Singulos

Epist. 1. ad
Orient. Epist.

De ieiun. Pæ-
ser. 2.

Orth. iud. li.
4. c. 2.

De eccl. Hie-
rar. c. 6.

deinde huiusmodi ritus in singulis sacramentis explicandis distinctè idem recitat, & Apostolis nominatim ascribit, quos nunc sigillatim recensere, tum nimis longum, tum parum vile nos iudicamus. **IGNATIUS** verò (vt potè vir Apostolis còxius) cum Quadragesimæ mentionem faciat, eum ieunandi morem Apostolos instituisse non obscurè iccirco declarat, inquit antem [Quadragesimam nolite pro nihilo habere, imitationem enim continet Dei conuersationis] idem festos dies in ecclesia tunc fuisse institutos indicat, cū in eadem Epistola scribit [Dies festos nolite inhonorare] & rursum dicit [Quarta & Sexta feria ieiunate] **IUSTINVS** quoque de consuetudine, quæ in Ecclesia olim vigeat, vt scilicet Christiani die dominico, & à Paschate vsque ad Pentecosten genu non flecterent, ait. [Hæc autem consuetudo ab Apostolorum temporibus cæpit, quæadmodum ait Beatus Irenæus martyr, & Lugdunensis Pontifex in libro de Pascha, in quo mentionem etiam Pêrecoptes facit, in qua genu non flectimus, quod eodem loco habèda sit, quo dominicus dies, ob eam causam, quam, de eo diximus] Idem pariter affirmat de prece Christianorum orientem versus, atque de precibus in vniuersum ait [A quibus autem ecclesia precandi morem accepit, ab ijs etiam vbi precandum sit accepit, idest à sanctis Apostolis] **TERTVLLIANVS** autem multò plures eiusmodi consuetudines non solum tunc in ecclesia viguisse, sed traditas quoque fuisse commemorat dicens [etiam in traditionis obtentu exigenda est, inquit, auctoritas scripta, ergo quæramus an Traditio non scripta nõ debeat recipi, planè negabimus recipendam esse si nulla exempla præiudicent aliarum obseruationum, quæ sine vllius scripturæ instrumento solius traditionis titulo exinde consuerudinis patrocínio vindicamus. Denique vt à baptismatè ingrediatur, aquam adituri ibidem, sed & aliquantò prius in ecclesia sub Antistitis manu contestamur nos rênunciare Diabolo, & Pompæ, & angelis eius, deinde ter-

Ep. ad Philip.

Ibidem.

Epist. 4. ad Philip.

Quæst. à gêt. pos. q. 115.

Ibidem q. 118

Ibidem.

Lib. de cor. mil.

mergimur amplius aliquid respondentem, quàm Dominus in Euangelio determinauit, inde suscepti lactis & mellis concordiam prægustamus, exquæ ea die lauacro quotidiano per totam hebdomadam abstinemus, Eucharistiæ sacramentum & in tempore victus, & omnibus mandatum à Domino, etiam antelucanis cœtibus, nec de aliorum manibus, quam præfidentium sumimus, oblationes pro defunctis, pro natalitijs annua die facimus. Die dominico ieiunium nephas ducimus, vel de geniculis adorare, eadem immunitate à die Paschæ in Pentecosten vsque gaudemus, Calicis autem panis etiam nostri aliquid decuti in terram anxie patimur, ad omnem progressum atque promotum, ad omnem aditum, & exitum, ad vestitum & calceatum, ad lauacra, ad mensas, ad lumina, ad cubilia & sedilia, quæcunque nos conuersatio exercet, frontem crucis signaculo terimus, harum & aliarum huiusmodi disciplinarum, si legem exoptules scripturarum, nullam inuenies, traditio tibi prætenderetur auctrix, consuetudo cõfirmatrix, & fides obseruatrice] **ORIGENS** inquit [Sed & in Ecclesiasticis obseruationibus sunt nonnulla huiusmodi, quæ omnibus quidem facere necesse est, nec tamen ratio eorum omnibus patet. Nam quòd (verbi gratia) genua flectimus orantes, & quòd ex omnibus cœli plagis ad solam orientis partem conuersi orationem fundimus, non facilè cuiquam puto ratione comperitum, sed & Eucharistiæ siue percipiendæ, siue eo ritu, quo geritur, explicandæ, vel eorum, quæ geruntur in baptismo, verborum, gestorumque, & ordinum, atque interrogationum, ac responsionum quis facilè explicet rationem? & tamen omnia hæc operata & velata portamus super humeros nostros, cum ita implemus ea, & exequimur, vt à magno Pontifice, atque eius filijs tradita & commendata suscepimus] **CYRILLVS** verò **IEROSOLYMITANVS** plurimas eiusmodi traditiones in ipsis Catechesibus recenset, quas in vniuersa ecclesia obseruari indicat, de crucis autem signo scribit [Non pudeat itaque

In Num. hom. 5.

Catech. 4.

que

que nos crucis Christi, quod si aliquis id occultet, tu manifestè signa te cruce in fronte, ut Dæmones signum Regis videntes, trementes procul fugiant, fac autem hoc signum, & manducans & bibens, & sedens, & stans, & loquens & ambulans, in summa in omni tuo negotio] Tandem verò de recitatis ab ipso traditionibus generatim monet [Videte itaque fratres ut seruetis Traditiones] **BASTILIUS** quoque scribit [figura crucis signare eos, qui in nomen Domini nostri Iesu Christi spem habent, quis docuit? Ad orientem conuersos esse nos dum oramus, quæ Scriptura nos docuit? Inuocationis verba dū ostenditur panis Eucharistiæ, & poculum benedictionis, quis Sanctorum scripto nobis reliquit? Non enim his contenti sumus, quorum Apostolus aut Euangelium mentionem facit, sed & antea, & postea alia quædam dicimus, velut magnum robur ad mysteria habentia, ex doctrina, scripto, non prodita, assumpta. Benedicimus aquam baptismatis, & oleum vncionis, in super ipsum, qui baptizatur, ex quibus Scriptis? nonne à tacita & arcana traditione? Ipsam verò olei illitionem quæ doctrina scripta docuit? At ter immergi hominem vnde est? Reliqua item, quæ circa baptismum fiunt, renunciare Satanz & angelis eius ex qua sunt scriptura? Nonne ex hac non publicata, & arcana doctrina, quam in minimè curioso ac sollicito silentio Patres nostri conseruarunt?] Quod autem istæ traditiones Apostolorum fuerint patet expressè ex eiusdem verbis, quæ in eodem loco pariter leguntur, sunt verò hæc [Quæ in Ecclesia seruantur ac prædicantur partim ex conscripta doctrina habemus, partim ex Apostolorum traditione ad nos delata in mysterio recipimus.] **EPIPHANIVS** similiter plures Ecclesiæ ritus enumerat dicens. [Communiones autem, siue Synaxes fieri ordinatæ sunt ab Apostolis, quarta & profabbato & dominica, Quarta verò & profabbato ieiunium statutum est vique ad horam nonam] & paucis interiectis [& per totum quidè annū ieiunium hoc seruetur in eadem Sancta Catholica Eccle-

Lib. de Spiritu sancto
c. 27.

Ibidem.

In fine Patrum.

Ibidem.

Ecclesia, quarta inquam & profabbato vsque ad horam nonam, excepta sola pentecoste per totos quinquaginta dies, in quibus neque genua flectuntur, nec ieiunium imperatum est, cæterum pro communionibus, quæ quarta & profabbato ad horam nonam fiunt, in die dominica matutinis horis communiones fiunt, Insuper verò in quinquaginta diebus Pentecostes, de quibus dixi, non est ieiunium, neque in die Epiphaniarum, hoc est apparitionis, & aduentus, quando natus est in carne Dominus, ieiunare licet, etiam si cōingat, vt sit quarta & profabbatū] Alias præterea ibidè recenset traditas cōsuetudines ipse **EPIPHANIVS**, ac denique concludit [Hic est character & forma huius sanctæ catholicæ ecclesiæ, cum ea, quam antè declarauimus, fide, & hæc statuta, ritusque ac traditiones in ipsa habentur. Hic enim est character ecclesiæ à lege & prophetis, apostolisque & euangelistis collectus] Vt iccirco non obscurè idem significet eiusmodi ritus fuisse ab Apostolis in ecclesiam inuectos. Cum quibus consentiens **HERONYMVS** ait [Vnde reor & traditionem Apostolicam permanuisse, vt in die vigiliarum Paschæ ante noctis dimidium populum dimittere non liceat, expectantes aduentum Christi, & postquam illud tempus transierit, securitate præsumpta, festum cunctis agentibus diem] **ET** alio in loco [Tria autem sunt tempora, quibus Deo flectenda sunt genua, tertiam horam, sextam, & nonam ecclesiastica traditio intelligit] **AVGVSTINVS** de die Dominico scribit [Dies tamen Dominicus non Iudæis, sed Christianis resurrectione Domini declaratus est, ex illo habere cœpit festiuitatem suam] & alias præterea in eadem epistola commemorat traditiones. **LEO** quoque primus de temporibus orationi, ieiunio, & eleemosynæ ecclesiæ more tributis ait [Tria verò sunt, quæ maxime ad religiofas pertinent actiones, oratio scilicet, ieiunium, & eleemosyna, Quibus exercendis omne quidem tempus acceptum, sed

Ibidem.

In Matth.
c. 25.

In Dan. c. 6.

Ep. 119. ad
Ianuarium.

De Ieiun.
c. men. ser. 3

Aa. 6.

Lib. 4. orth.
fid. c. 13.

Ibidē c. 17.

fed illud est studiosius obseruandum, quod Apostolicis accepimus traditionibus cōsecratum] **NICAENA** pariter **SYNO-
DVS** secunda, postquam probauit morem pingendi imagines Apostolicis temporibus viguisse, de eadem traditione, atque illi consimilibus declarat. [fatemur autem vnanimiter nos ecclesiasticas traditiones siue scripto, siue consuetudine valentes, & decretas, retinere velle, quarum de numero est imaginum effiguratō] **IOANNES** denique **DAMASCENVS** inquit [ipsum igitur expectantes ad orientem adoramus, non scripta autem est hęc Apostolorum traditio] & paulō post, cum locutus esset de sacrarum imaginum vsu, inquit [est autem hęc traditio non scripta, perinde ac adorationis ad orientem, adorare scilicet crucem, & alia plurima, ijs quę dicta sunt similia] Hęc rituum ac morum ecclesiasticorum exempla nos proferentes non vtique singulos recēserē, omnesque oratione complecti cogitauimus, vt potē qui optimē nouerimus innumerabiles ferē illos esse, qui vel olim floruerunt, vel hoc seculo in ecclesia vigent, atque ad sacras, ciuiles & domesticas, tum publicas, tū priuatas actiones, rite ac p̄e peragendas, adhiberi à Christianis hominibus solent, nec tamen eiusmodi, quos percēsuimus, ritus paucos esse putamus, cum præter illos, quos nominatim, & expressē recitauimus, plurimos tacitē indicauerimus, dū ad **Dionisij** ecclesiasticā Hierarchiā, **Clementis** cōstitutiones & **Cyrilli** Catecheses auditorē allegaremus. Quare tot adducta exempla ad ritus, ab Apostolis traditos, generatim, & apertē cōmonstrandos sufficere arbitramur. Plures etiā testes producere possemus, non solum ad quoscunque Ecclesiasticos ritus ac mores comprobandos, sed etiam ad Apostolicos demonstrandos (de quibus solis nunc agimus, veluti ad verbum Dei nimirum pertinentibus) eos tamen Patres potissimum selegimus, qui, vel Apostolis coœui, solos Apostolicos ritus recitare potuerunt, vel ipsi ætate inferiores aut nominatim & expressē, aut ipso orationis

nis

nis cōtextu eodē ritus Apostolis, veluti auctoribus, tribuerunt, aut saltem cum cæteris Patribus, apertē tribuentibus, consenserunt. Quibus testimonijs & exemplis, cumulatē (ni fallimur) demonstratum est, genus quoddam essentiuum, ceremoniarum, & consuetudinum, quod ab ipsis Apostolis fluxerit, fueritque ab illis voce, sine scripto, traditum, illudque inter Tradita Dei verba esse iccirco numerandum. Cui quidē soli posteriores aliqui Scriptores Traditionis vocabulum potissimum assignarunt, cum tamen illud (vt iam pridem diximus) multō latius pateat, atque in plurā Diuini Verbi genera congruenter accommodetur; Ex contrario autem aliqui eiusdem vocabuli significationem laxantes, ad ritus & mores à posteris institutos, & in ecclesiam inuectos, pios tamen & decoros, similitudine quadam transtulerunt, de quibus nos, veluti ecclesiasticis, quamuis non Apostolicis, paulō post, occasione data, sermone habebimus, interim tamen Traditionis nomine propriē & restrictē vtentes, tum exclusis ecclesiasticis solos apostolicos ritus ipso complectemur, tum nullum traditi verbi diuini genus ab eodē excludemus. Nec tamen miretur aliquis vel piē doleat plures ex illis Apostolicis ritibus, quos paulō ante expressē, aut tacitē recensuimus, in catholica ecclesia hoc seculo non obseruari, eos enim vel immutatos vel deletos non temerē fuisse mox cognoscet, cum nos Hæreticorum argumentationem, Deo iuuante, diluentes audiet. Constituto itaque Rituum, ceremoniarum, & consuetudinum Tradito genere, ipsum quoque mysteria salutaria significare nunc docebimus, quę quidem omnibus indiscriminatim aperiri nec solere nec debere præterea ostendemus. **DIONYSIUS** igitur **AREOPAGITA** cum huiusmodi ritus plurimos scribere atque ipsorum rationes, & significationes explicare instituisset, de iisdem dixit [Nec ea quidem Hierarchæ, diuino numine permoti, in commune Sacrosanctum munus apertis intelligentijs, sed sanctis signis tradiderunt, neque

Nota

Cap. 15.

Quod ritus
mythicū ali-
quid significatDe eccl.
Hier. c. 1.

Nunc enim

enim quid is sanctus est, nec omnium est, ut ait Paulus, scientia] **E T** nonnullis interiectis [Sunt tamen aperta & exposita signorum rationes ijs, qui sacra procurant, ac perficiunt] **E T** paulo post, Baptismi rituum rationes iam explicaturus, dicebat [Nos autem, cum ex sanctis gradibus mysteriorum initia aspexerimus, ijsque sanctè instituti fuerimus, tum denique & quarum figurarum exemplaria & quarum rerum obscurarum imagines sint intelligemus] Quæ quidem singula nominatim ipse recenset, & accuratè explicat, id ipsumque in cæteris sacramentis sigillatim, & longa oratione docet, quorum rituum significationes quicumque plenè cognoscere desiderat, is illum Dionysij librum totum legat. **FERTULLIANVS** verò, cum eiusmodi consuetudines plurimas recitasset, dixit [Rationem traditioni, consuetudini, fidei patrocinatorum aut ipse perspicies, aut ab aliquo, qui perspexerit, discas, interim nonnullam esse credes, cui debeat obsequium.] Dicebat quoque **ORIGENES** [Sed & in ecclesiasticis observationibus sunt nonnulla huiusmodi, quæ omnibus quidem facere necesse est, nec tamen ratio eorum omnibus patet, nam quòd verbi gratia, genuflectimus orantes, & quòd ex omnibus cæli plagis ad solam orientis partem conuersi orationem fundimus non facile cuiquam puto ratione compertum, sed & Eucharistiæ siue percipiendæ, siue eorum, quo geritur, explicandæ, vel eorum, quæ geruntur in baptismo, verborum, gestorumque & ordinum, atque interrogationum, ac responsionum quis facile explicet rationem? & tamen omnia hæc operata & velata portamus super humeros nostros, cum ita implemus & ea exequimur, ut à magno Pontifice, atque eius filijs tradita & commendata suscepimus, cuncta hæc ergo & horum similia cum gerimus, nec tamen eorum assequimur rationem, leuamus humeris nostris & portamus ad operata & obiecta diuina mysteria, nisi quis sit inter nos Aaron aut filius Aaron, quibus ista conceditur nuda & reuelata perspicere] **BASILIVS** idem sentiens inquit [Si enim aggredemur non scri-

Ibidem.

Ibidem. c. 2.

lib. 1. de cor. mil.

in Num. hom. 5.

lib. de spir. sanc. c. 27.

scripto proditas consuetudines, velut non magnam vim habentes, reijcere, imprudentes etiam ipsis principalibus euangelij partibus damnatum inferremus, imò potius ipsam Euangelij prædicationem ad nudum nomen contraheremus]. **Nec** solum quidem affirmant Patres arcanum & mysterium aliquid hos ritus significare, verum etiam quid illi significant aliquid quando explicant, ut **Dionysius Areopagita**, qui singulorum rituum, quibus sacramenta peraguntur, arcana mysteria, sensibilibus signis cõmonstrata, distinctè inquit, & doctè aperit in libro de ecclesiastica Hierarchia. **Et CLEMENS ROMANVS** de baptisni ritibus, atque ipsorum significatione dicebat [Datur igitur Baptisimus in mortem Iesu, aqua pro sepultura, oleum pro Spiritu sancto, sigillum pro cruce, unguentum est confirmatio professionis, mentio sui patris, uti causa & mittentis, Spiritus sancti uti testis, demeritio significat quòd commorimur, emeritio quòd resurgimus] **E T** rursus de oratione versus orientem [Oret autem versus orientem, nam id scriptum est in secundo paralipomenon. Cum enim templum à Rege Solomone perfectum esset, in ipsa dedicatione Sacerdotes, & leuitæ & Cantores cum cymbalis, & psalteriis constituerunt ad orientem conuersi, laudantes & confitentibus ac dicentes, Laudate Dominum quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius] **E T** alio in loco [Post hæc omnes simul assurgentes, & ad orientem conuersi, post Catechumenorum, & penitentium exitum, supplicent Deo, coelum coeli tenenti, idque ad orientem, in memoriam veteris possessionis Paradisi ad orientem positi, vnde primus homo, contempto mandato, serpentis consilio obtemperans, expulsus fuit] **IUSTINVS** martyr eiusdem consuetudinis rationem tradens inquit [Nec verò mos, & consuetudo, quam seruamus, cum orientem solem spectantes precamur, cum verbis prophetæ aut Apostoli pugnant. In omni enim loco oriens Sol sese offert precantibus, quoniamque quam in partem cernendi sen-

Quid significant.

lib. 3. const. apost. c. 17.

Clem. 7. const. Apost. c. 44.

lib. 2. const. apost. c. 61.

in expl. quest. a gē. chi. pontificum

sum conuertimus, in ea adoramus, nec fieri potest, ut precum tempore quatuor cœli partes intueamur, vnâ orbis partem intuentes veneramur, & adoramus, non quòd solum Dei opus sit, nec quòd ea pars Deo ad habitandû secreta & constituta sit, sed quòd locus sit venerationi & cultui, qui à nobis Deo adhibetur, constitutus] **CYRILLVS** vero **LEROSOLYMITANVS** totas quinque mystagogicas catecheses conscripsit de solis istis ritibus, ad sacramenta & sacrificia nouæ legis pertinentibus, quorum singulorum mysticas rationes diligenuissimè exposuit ac idoneo auditori tradidit. **BASILIVS** quoque tum omnes eiusmodi ritus & consuetudines arcana mysteria indicare sentiebat, tum verò aliquarum mysticam intelligentiam expressè tradebat inquit. [Qui etiam quoties genua flectimus, & rursus erigimur, re ipsa ostendimus, quòd propter peccatum in terram delapsi sumus, & per benignitatem eius, qui condidit nos, ad cœlum reuerti sumus.] **ET** rursus [Huius rei gratia, omnes respicimus ad orientem, cum oramus: pauci tamen nouimus, quòd veterem patriam requirimus, ipsû paradysum, quem plâtauit Deus in Edem ad orientem, & erecti perficimus preces in vna sabbati, rationem autem non omnes nouimus. Non enim solum, ut qui resurreximus cum Christo, & qui superna quærere debeamus in resurrectionis die datæ nobis gratiæ, per hoc quòd stamus in precando nos ipsos commonefaciamus, sed quòd etiam venturi seculi is diés quodammodo imago esse videatur.] **HIERONYMVS** pariter eiusmodi consuetudinum rationes aliquando explicauit, ut cum dixit [Dicamus aliquid, quòd forsitan lectori vile sit, Traditio iudæorum est, Christum media nocte venturum in similitudinem Aegyptij temporis, quando Pascha celebratum est, & exterminator venit, & dominus super tabernacula trāsijt & sanguine Agni postes nostrarum frontium consecrati sunt: vnde reor, & traditionem Apostolicam permanisse: vbi in die vigiliarum Paschæ ante

Aug. 1. 1. 1. 1.

Aug. 1. 1. 1. 1.
lib. de spir.
sanc. c. 27.

Ibidem.

Aug. 1. 1. 1. 1.

in Matthe.
cap. 25.

Aug. 1. 1. 1. 1.

ante

ante

ante noctis dimidium, populos dimittere non liceat, expectantes aduentum Christi: & postquam illud tempus transierit, securitate præscripta festum cunctis agentibus diem. Vnde & Psalmista dicebat: Media nocte surgebam ad confitendum tibi super iudicia iustificationis tuæ.] **ET** rursus trium horarum diei, quibus genua flectere solebant Christiani, rationem explicans ait [Denique tertia hora descendit Spiritus sanctus super Apostolos. Sexta volens Petrus comedere, ad orationem ascendit ad coenaculum, Nona Petrus & Ioannes pergebant ad templum.] Neque eiusmodi rationes reticebat **AUGVSTINVS**, ut potè qui scribebat. [Cuius rei significanda gratia, cum ad orationem stamus, ad orientem conuertimur vnde cœlum surgit, non tanquam ibi sit Deus, & quasi ceteras mundi partes deseruerit, qui vbique præsens est, non locorum spatijs, sed maiestate potentia, sed ut admoneamur, animam ad naturam excellentiorem se conuertere id est ad Dominum, cum ipsum corpus eius, quòd est terrenum, ad corpus excellentius, id est corpus cœlesti conuertitur.] Cuius quidem consuetudinis plurimas etiam ac pulcherrimas rationes & significationes longa oratione tradebat **IOANNES DAMASCENVS** libro quinto orthodoxæ fidei, ad quem locum, breuitatis causa, lectorem allegamus, atque vna ceterorum Patrum testimonia silentio præterimus. Quas quidem rituum significationes traditione acceptas, & paulatim postea peruulgaras, solebant olim religiosissimi Patres plurimos cœlare, & diligenter cauere, ne ad omnium aures indiscriminatum illæ peruenirent, atque iccirco **DIONYSIVS AREOPAGITA** rituum, quibus sacramenta peraguntur, significatione inter cetera iam explicaturus, Timotheo scribebat [Sunt tamen aperta & exposita signorum rationes ijs, qui sacra procurant ac perficiunt, quas illis nephas est ijs, qui etiam sacris nostris initiantur, enunciare, quòd latores sanctarum legum, quæ à Deo traditæ sunt, hierarchiam firmis, simplicibusque

In Dan.
cap. 6.

de ferm.
dom. 1. mo.
li 2.

Cap. 13.

Rituum rationes non esse cuius aperiendas. Ecc. hier. c. 1.

orna-

ornamentorum ordinibus, consentaneisque vniuersiufque facultati, ac sanctis distinctionibus descripsisse intelliguntur, itaque sanctis tuis promissionibus ductus (eas enim sanctum est commemorare) sacrosancti numeris pontificij, vt quod præstet omnibus, rationem cum alio non communicabis, nisi cum diuinis sacrorum perfectioribus collegis tuis] Et ORIGENES de iisdem rituum significatis mysterijs dicebat [cuncta hæc ergo, & horum similia cum gerimus, nec tamen eorum assequimur rationem, leuamus humeris nostris, & portamus adoperta, & oblecta diuina mysteria, nisi quis sit inter nos Aaron, aut filius Aaron, quibus ista conceditur nuda, & reuelata perspicere. Ita tamen conceditur, vt sciant sibi velanda hæc & operienda, vbi cæteris dari ea, & in opus proferri ratio poposcerit] CYRILLVS quoque IEROSOLYMITANVS eadem mysteria traditurus hac præfatione utebatur [Desiderabam vobis & antea, o germani & dilecti ecclesiæ filij, de his Spiritualibus & superæthereis mysterijs differere, sed, cum planè crediderim visum longe esse auditu certiorum, tempus hoc præsens expectaui, vt & vos ipsi melius percipere possentis, experientia iam edocti de his, quæ dicenda sunt, & ego facilius vos ad splendidiorem & fragrantiorum huius paradisi campum manuducerem, quandoquidem participes iam facti estis diuinorum mysteriorum, diuinoque ac viuificante lauacro digni habiti. cum itaque reliquum sit, vt perfectioris doctrinæ mensam apponamus, age hæc ipsa vobis accuratius trademus, vt vim eorum non ignoretis, quæ circa vos illo vespere fiunt] BASILIUS denique de iisdem rituum mysterijs ait [Hanc arcanam doctrinam in minime curioso ac sollicito silentio Patres nostri conseruarunt, rectè illi, vt potè docti mysteriorum reuerentiam ac auctoritatem silentio custodiri. Quæ enim ne inspicere quidem fas erat nõ initiatis, horum doctrinam quo modo par erat in litteris, vt in triumpho, ostentare?] Concludamus igitur, de orthodoxorum

In. Hum.
hom. 7.

Catech.
myst. 1.

lib. de spir.
san. c. 27.

Conclusio,

doxorum Patrum constanti sententia, tum ritus ac ceremonias, laudabilesque consuetudines plurimas fuisse ab Apostolis sine scripto traditas, tum verò earum rationes, & signis indicata mysteria, ab iisdem docentibus, & voce tradentibus Doctores & Pastores secreto accepisse, & cum cæteris idoneis auditoribus communicasse, quæ iccirco ab omnibus non intelligantur, Ea tamen omnia, atque ritus ipsos & illorum vsus sensibus subiectos, ad verbum Dei traditum pertinere, vt potè quæ Apostoli ipsi, vel à Christo docti, vel à Spiritu sancto concitati, tradiderint.

Sexto & septimo verbi traditi genere Christi gesta ac miracula non scripta, & Charitatis regulam contineri ostenditur. Cap. IX.

SUt autem & alia multa, quæ fecit Iesus (scribebat Ioannes Apostolus) quæ si scriberentur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt, libros] Horum igitur, quæ scripta non sunt, Christi factorum ac miraculorum, fuisse quidem plurima obliuione tandem deleta facile credimus, nonnulla tamen ad posterorum aures maiorum traditione ita peruenisse, vt nos quoque non lateant, nõ solum conijcimus, sed experientia ipsa nouimus, & certis Patrum testimonijs didicimus. Constanter enim in primis ferunt Christum Abgaro, Edessenorum Regulo, ipsius simulacrum videre cupienti, vt satisfaceret, vestem ad diuinam faciem admouisse, atque solo tactu statim oris lineamenta mirè effluxisse, quod quidem factum, non scriptum, sed à maioribus acceptum IOANNES DAMASCENVS commemorat inquitens [Fortur autem & quædam historia, quod Dominus Abgaro Edessenorum ciuitatis Regi, qui pictorem miserat, vt Domini similem pingeret imaginem, non valente autem

Ioan. vlc.

lib. 4. c. 17.

pictore

pictore ob resplendentem faciei suæ claritatem, ipse vestimentum suæ faciei diuinæ & viuificæ applicans, in vestimento sui ipsius imaginem absterfit, & sic desideranti misisse. Abgaro Idipsum refert Euagrius in ecclesiastica historia, cuius testimonium in SEPTIMA SYNODO recitatur his verbis [Reigitur ad summam desperationem deducta, imaginem à Deo factam, quam hominum manus non attigit, portant, Abgaro autem Christus Deus, quòdeam videre desiderabat, misit] LEO quoque Constantinopolitanæ ecclesiæ lector, eandem comprobans historiam, dicebat [Et ego, indignus vester famulus, cum descendissem cum Regijs Apocrifarijs in Syriam, Edeffam petiui, & venerandam imaginem, non factam hominum manu, adorari & honorari à populo vidi] Idipsum verò simulacrum Romæ, in monasterio sancti Siluestri religiosè asseruatam, nos quòque conspeximus. Cui aliud persimile Christi simulacrum, dispari quidem occasione, sed pari prorsus ratione confectum, & à maioribus traditum, in Basilica sancti Petri custoditur, & ex omnium seculorum memoria verissimum esse cognoscitur. Totius præterea sacrosancti corporis lineamenta in lineo mirabiliter impressa, quò illud inuolutum in sepulchro conditum fuit, apud Allobrogès asseruantur, & fideliter tradita religiosissimè custodiuntur, vt iam tria, non scripta, Christi miracula, in vno atque eodem genere, sola traditione teste, nota & probata sint. Alterius verò generis aliquot præterea eiusdem facta non scripta, veluti exempla, prodicemus. Narrant quidè scripturæ Christum Dominum à Magis Stella duce inuentum, ab iisdem prostratis adoratum fuisse, Quem à Ioanne postea baptizatum, in nuptijs quoque aquam in vinum mirabiliter conuertisse eadem testantur. Quo autem die singula hæc peracta sint scripturæ reticent, constans tamè traditio illud docet, cuius auctoritate Epiphania festum diem octauo Id. Ianuarij Ecclesia agit, Christi quoque baptismum, & aquæ miram

in

in vinum conuersionem, annis ad eandem illam diem recurrentibus, factam fuisse credimus, ea propter in catholica Ecclesia vno eodemque die hæc omnia simul publicè commemorantur, quæ pariter eodem hymno Sedulius coniunxit, & MAXIMVS EPISCOPVS de iisdem scripsit. [In hac, dilectissimi, celebritate, sicut relatu paternæ traditionis instruemur, multiplici nobis festiuitate letandū, ferunt enim hodie Christum dominum nostrum, vel Stella duce à gentibus adoratum, vel inuitatum ad nuptias aquas in vina vertisse, vel suscepto à Ioanne baptisate consecrasse fluenta Iordanis, suumque simul purificasse baptismam] De eodem quoque Domino traditione accepimus, quòd in ipsa cæna panem consecraturus oculos ad cælum eleuauerit, atque iccirco in missæ canone legimus [Eleuatis oculis in cælum] cum tamen nullibi in scripturis hoc eius factum scriptum legatur. sicut nec legimus quòd aquam vino in calice idem miscuerit, & Patres tamen, testantur illud tradentibus ipsis Apostolis nos accepisse. Plurima adhæc Christi facta recitare possemus, quæ in Scripturis expressa non leguntur, sed traditione accepta à Patribus commemorantur, breuitati tamen studentes, illa reticemus. Et postremum iam traditi verbi genus breuissimè explicabimus, quod quidem dicimus esse ipsam Charitatis Regulam, cuius definitio est. Actionis christianæ perfecta ratio. Hanc ecclesia custodit, atque in cantico de eadem dicit [Ordinavit in me charitatem] & quamuis in scripturis frequenter huiusmodi regula indicetur, nullibi tamen integrè legitur, nec ipsius charitatis partes, gradus, modi, & variæ circumstantiæ plenè & expressè in eisdem scripturis explicantur, quæ tamen omnia ab ecclesia catholica figillatim & integrè traditione cognoscuntur, quam iccirco singuli fideles & ecclesiæ singulares, data occasione, consulunt, ne fortè à Charitatis regula agendo declinent, & zelo feruidi, illum tamen (vt dicebat Apostolus) secundum scientiã non habeant, atque charitate flagran-

Hom. 1 fest. Epiph.

CHARITATIS REGULAM

Cant. I.

O O tes

Script. interpretatio Tit. de scrip. interp. & Tit. de sent. scrip. fac. res perturbatè & præposterè eadem vrantur. Hac autem regula scripturæ interpretes (vt aliàs diximus ac demonstrauimus) eas omnes interpretationes metiuntur, ac dijudicant, quæcunquæ ad mores & actiones pertinere dignoscuntur, atque iccirco extra scripturas illam nos habere oportebat, veluti mensuram & normam, qua extrinsecus adhibita possent scripturarum sensus metiri & dirigi, sicut illæ, quæ ad fidem pertinent, interpretationes Regula fidei, voce tradita, pariter metiuntur.

Legum Sanctio & Responsa. Hac eadem Regula Concilia & Pontifices leges & canones de conformandis moribus, & Christianæ vitæ disciplina restituenda decernunt ac promulgant, Antiquos scilicet Canones pro temporum varietate vel abrogantes, vel detractionibus & additamentis moderantes, vel etiam nouorum cumulo augentes. Consulentibus quoque respondent, & eas, quæ incidunt, quæstiones, ad mores pertinentes, rescribendo explicant.

Dispensatio & Absolutio. Ad hanc ipsam Regulam oculos adijcientes Summi Pontifices cum aliquibus personis mitius agunt, vel generalia præcepta dispensatione nominatim temperantes, vel admissa peccata absolutione diluentes, vel vtroque tum gestis, tum gerendis commodè prouidentes, & Regulares pariter Prælati id ipsum obseruant in ijs, quæ ad ipsorum Regulam pertinent.

De præceptis & dispensatione. Quæ omnia scitè admodum explicans BERNARDVS de præceptis & ipsorum dispensatione dicebat. [Quæ quoniam à Sanctis tradita sunt, sancita stabiliter perseverant, nec omnino cuiuis subiectorum ea aliquo modo variare vel mutare conceditur. Quia tamen ab hominibus, etiam per homines loco & officio illis canonica electione succedentes, licitè interdum innoxieque pro causis, personis, locis, & temporibus dispensantur. Vbi sanè qui hæc legit, attendat me cautè non dicere ea posse, vel ab istis leuiter pro voluntate mutari, sed ex ratione fideliter dispensari. Idè autem hanc ipsam mutationem taliter & à talibus recipere possunt, quoniam non naturaliter, nec per se bona sunt. Porrò inuenta atque instituta fue-

fuerunt, non quia aliter viuere non liceret: sed quòd ita magis expediret, nec planè ad aliud, quàm ad lucrum & custodiam charitatis. Quandiu ergo charitati militant, immobiliter fixa sunt, mutarique omnino, ne ab ipsis quidem præpositis, sine offensa possunt. At si è contrariò contraria fortè aliquando charitati visa fuerint, his duntaxat quibus hoc posse videre datum est, & prouidere creditum est, nonne iustissimè esse liquet, vt quæ pro charitate inuenta fuerunt, pro charitate quoque, vbi expedire videtur, vel omittantur, vel intermittantur, vel in aliud fortè commodius demutentur? Sicut è regione iniquum proculdubio foret, si statuta pro sola charitate contra charitatem tenerentur. Tenent ergo fixam firmamque immobilitatem etiam apud prælatos quæ ex stabili necessario sunt, sed quatenus charitati deseruiunt. Nunquid autem ego hoc vel solus sentio, vel primus dico? An non hoc ipsum & Papa Gelasius sensit? Ait siquidem. Vbi necessitas non est, inconuertibilia manent patrum sanctorum decreta. Leo quoque papa, vbi, inquit, necessitas non est, nullo modo Sanctorum patrum instituta violentur. Et infert. Vbi ergo necessitas fuerit ad vtilitatem Ecclesiæ, qui potestatem habet, ea dispenseret. Ex necessitate enim fit mutatio legis. Pluribus autem vel Patrum testimonijs vel rationibus ea confirmare, quæ de hac charitatis regula hucusque diximus, superuacaneum omninò putamus, vt potè qui optimè sciamus ea omnia nobis facile concessuros illos, qui Euangelium agnoscunt, charitatis vim vel experiuntur, vel admirantur, ecclesiæ interpretantis, præcipientis, respondentis, dispensantis, & absoluentis morem obseruant, ea denique legere non recusant, quæ nos, de scripturæ sensibus, atque de eiusdem interpretatione agentes, de hac ipsa charitatis regula scripsimus. Qui iam disputationem hanc concludentes dicamus, ea omnia Dei verba, quæcunque, voce tradita, sine canonico scripto in ecclesia custodiuntur, Symbolo, fidei mysterijs, scripturæ traditione & intelliguntur,

Tit. de sent. scrip. fac. Tit. de obscur. & interp. scrip. Conclusio

tia, Theologia, Rituum vsu & ratione, Christi historia, & charitatis regula contineri.

Quod tradita Dei Verba, generatim hucusque enumerata, et in septem genera distributa, in indiuiduas praeerea species plurimas partiantur, quas singulatim nunc recensere, & pertractare, non minus superuacaneum sit, quam longum & operosum. Cap. X.

AD hæc autem capita & genera, quæ hucusque percensuimus, pertinere utique videntur ea omnia Dei Verba, quæcunque traditione suscepta custodit ecclesia, quorum quidem indiuiduæ species tot numero sunt, ut singulas recensere vel certo aliquo numero definire sit admodum difficile & operosum. Quod tamen olim præstitisse tum Ignatiū, tum Egesippum (Apostolicos viros) EUSEBIUS testari videtur. de Ignatio quidem scribens [Apostolorum traditiones cautelæ gratia, & ne quid apud posteros remaneret incerti, etiam scriptas se asserit reliquisse] de altero autem [Egesippus integerrimam traditionem Apostolicæ prædicationis, simplici sermone conscriptam, in quinque libris memoriæ tradidit] id ipsumque ut faceret, amicorum stimulis sæpius concitatum fuisse Clementem Alexandrinum idem narrat EUSEBIUS his verbis [In libello autem, quem scripsit de Pascha, confitetur extorqueri sibi à fratribus, ut ea quæ à presbyteris, idest à successoribus Apostolorum, voce sola sibi tradita sunt, describeret in libris, & posteris traderet] An autem Patres isti, qui traditiones litteris consignasse dicuntur, omnes penitus, nulla excepta, complexi fuerint, vel (quod verisimile magis videtur)

lib. 3. hist. c. 36.

li. 4. hist. c. 8

lib. 6. hist. c. 11.

tur) præcipuas solas, atque selectas scriptis mandarint, cum ipsorum monumenta eiusmodi desiderentur, profectò ignoramus, Alij tamen nonnulli antiqui Patres, ut Clemens Romanus, Dionysius Areopagita, & Cyrillus Ierosolymitanus. Traditiones aliquas singulares, ut diximus (occasione data) scriptas reliquerunt, ac diligenter explicarunt, quæ etiam nunc, Dei benignitate, leguntur. Alios verò ipsarum Traditionum aliquot, veluti exempla, commemorasse, ut Tertullianum, Basilium, Epiphaniū, aliosque complures, iam pridem diximus, atque illorum testimonia totidem verbis recitauimus. Quorum quidem commentaria volutantes, atque ecclesiæ consuetudinem obseruantes aliqui hoc seculo viri (docti quidem & pii) ipsarum traditionum singulares & indiuiduas eiusmodi species non paucas collegerunt, recitarunt, Patrum testimonijs confirmarunt, atque diuinas illas esse longa disputatione demonstrarunt. Huiusmodi verò sunt. Baptismi ritus, Confirmatio, Auricularis confessio, Satisfactio, Sacer ordo, Altaris sacrificium, Mortuorum suffragia, Communio, Purgatorium, extrema vinctio, Sanctorum cultus & intercessio, Reliquiarum veneratio, Imaginum vsus, & adoratio, Paruulorum baptismus, Ieiunium, Delectus ciborum, coelibatus, & Episcopalis potestas. Sed præter hæc omnia ab istis commemorata, Traditione pariter de Deo trino, & vno permulta suscepit Ecclesia, quæ Arrius, Sabellius, Macedonius, alijque hæretici variè & acerrimè postea, veluti commentitia, oppugnarunt, quoniam scripturarum certis testimonijs confirmari illa posse non putabant. De Christi quoque ortu, naturis, persona, voluntatibus, doloribus, passione, ad inferos descensu, anima, scientia, & gloria, non pauciora à Deo, & Apostolis voce tradita verba custodiuntur. De Angelorum etiam cælesti hierarchia, gloria, lapsu, nostri custodia, adhuc multa similiter retinentur, De animarum denique origine, Paschate, die conceptionis Domini, Beatæ Mariæ perpetua virginitate, alijque

Martinus
Perecius

con-

confimilibus multò etiam plura ab Apostolis tradita creduntur, quæ paulatim postea fuerunt Patrum monumentis consignata, vel etiam, data occasione, œcumenicis Concilijs declarata, cur autem recentiores isti scriptores, qui singulas traditionum indiuiduas species nominatim tractandas sibi sumpsisse videntur, earum paucis explicatis & confirmatis, plurimas & quidem maximas ac difficillimas reticuerint, non equidem intelligimus, nisi fortasse illi solas eas traditiones dilucidandas sibi tacitè delegerint, quæ ab huius seculi hæreticis exagitatae ac in dubium vocatae sunt. Quod tamen nec integrè præstitisse illi videntur, vt enim silentio prætereamus, quæ Michael Seruetus de Christo, & quæ recentiores alij hæretici de ipsa Trinitate impiè pronunciarunt, cum vetustissimis, certissimisque Traditionibus apertissimè pugnantia, certè Prædestinationis, Iustificationis, Peccati originis, Indulgentiarum, Primatus Petri, Consiliorum aliquot Euangelicorum, Horarum canonicarum, atque librorum sacrorum singulæ traditiones ab iisdem hæreticis palàm & variè oppugnantur, atque impudentissimè repudiantur, quas æquè ac cæteras tueri, dilucidare, & corroborare vtique oportebat. Quòd si fortè dixeris hos Traditionum scriptores illas solas, non scriptas, complexos fuisse, de quibus diuinæ scripturæ omnino silent, eas autem consultò omisisse, quæ pariter scriptæ sunt (eadem enim Dei verba tum scriptura, tum traditione simul custodiri, nec quidem temerè, paulò post demonstrabimus) Hanc quoque excusationem non accipiet quisquis non scriptas consuetudines ac cæremonias memoria sigillatim repetet, & singulorum canonicorum librorum non scriptas traditiones cogitatione complectetur, vel etiam animaduertet eosdem scriptores ordinem sacrum, Mortuorum suffragia, Ieiunium, & cœlibatuum inter traditiones, ab ipsis collectas & explicatas, numerasse, quæ tamen omnia scripturis canonicis pariter docentur ac demonstrantur, Alij vero pij viri, hoc eodem seculo,

Cap. 12.

Ludouicus
mog. ola.

Io, nomine Apostolicarum Institutionum Traditiones non scriptas numero triginta quatuor colligentes, illas breuiter explicarunt, Qui tamen multò plures grauissimas, ac ferè innumeras omiserunt, quarum quidem nonnullas nos paulò ante commemorauimus, vt sunt (exempli causa) Indulgentiæ, librorum canonicorum singulæ traditiones, dies conceptionis Domini, Beatæ Mariæ perpetua virginitas. Alias verò iam pridem recitantes Patres audiuius, cum tamen præterea plurimas, tum Patres ipsi tacitè præterierint, tum nos etiam prudentes & scientes reticuerimus, in quarum numero sunt innumerales ferè ritus, quos vniuersa ecclesia, quamuis in nullo canonico libro scriptos, semper tamen custodiuit, ac religiosè vbiquè obseruauit, vt iccirco ab Apostolis traditos illos fuisse cum Augustino rectè dicamus. Quo autem consilio Aricularum confessionem, & Missæ sacrificium inter Apostolicas institutiones illi numerarint, cū sint hæc ab ipso Christo, non ab Apostolis instituta (qui quidem sacramenta & sacrificia instituere nullo modo poterant) ipsi viderint, nos certe huiusmodi inscriptionem in illa instituta accommodari debere vel posse non arbitramur, quod quidem ob charitatis zelum reticere hoc loco non potuimus, timentes scilicet ne quis, minus eruditus, auditor, Inscriptioni adhærens, in errorem labatur, Christi que institutiones, soli ipsi congruentes, Apostolis falsò ascribat. Nec tamen (quod quispiam fortasse suspicaretur) doctorum eiusmodi virorum, de quibus mentionem fecimus, pios conatus & fructuosos labores iccirco reprehendimus, quos, vt decet, probamus, sed quodcunque ipsorum scribentium fuerit consilium, nos illud profectò non sequemur, vt potè qui optimè intelligamus tum huiusmodi tradita verba in species ferè innumerabiles (vt diximus) parti ri, quas omnes simul complecti, sit vniuersam Theologiam longissima disputatione sub vnico traditionis capite comprehendere, tum verò, nostri instituti memores, non ignoremus

Cap. 8.

fin-

singulares istas Traditiones ad ipsam quidem Theologiam verè pertinere, Methodum autem, quam ad eam scientiam commodè perdiscendam nunc instituimus, non attingere, Ne igitur scientes & prudentes extra fines temerè vagemur, de ijsque intempestiuè disputemus, quæ postea, Theologiam ipsam, Deo fauente, tractaturi, abundè, & commodè explicabimus, in opportunum illud tempus hæc omnia reseruantes, quæ singulatim vix enumerata, integrum quidem opusculum sola implerent, diligenter autem pertractata multis libris, & longis voluminibus comprehendi vix possent, ad cætera, quæ magis urgent, nec tacitè præteriri debent, iam festinantes procedemus.

Quod etsi eorum Dei verborum, quæ tradita sunt, fuerint nonnulla Scriptis Canonicis consignata, multa tamen, sine scripto sola traditione in Ecclesia custodita, iisdem litteris mandari non debuisse probatur.

Cur autem illa in Patrum commentarijs, & Concilijs scripta nunc legantur interroganti respondetur.

Cap. XI.

Quamuis eorum, quæ Tradito Dei Verbo Ecclesia suscipit, non pauca libris canonicis contineantur, inter quæ palàm quidem expressa sunt omnia prima, & communia fidei obiecta, obscurius autem indicata fidei mysteria aliquot, arcana magis, & nonnulla etiam ad ipsam Diuinam scientiam propriè spectantia (vt paulò ante explicabamus), plurima tamen Theologica, & fidei recondita obiecta, Ritus etiam, atque eorundem intelligentiæ sola Traditione, sine canonico scripto, ab Ecclesia custodiri nouimus. Quæ quidem cur non sint

sint litteris mandata interrogati respondemus cum doctissimo BASILIO, qui ait [Hæc est ratio cur aliqua tradita sint citra scriptum, vt ne Dogmatum cognitio neglecta fieret, & in contemptum veniret apud vulgum propter consuetudinem] ET rursum [Arcanam doctrinam in minime curioso ac sollicito silentio Patres nostri conseruauerunt, scitè illi, vt potè docti mysteriorum reuerentiam, ac auctoritatem silentio custodiri, Quæ enim ne inspicere quidem fas erat non initiatis, horum doctrinam quomodo parierat in litteris, veluti in triumpho, ostentare? imò cum ipso DOMINO respondemus iubente [Nolite sanctum dare canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos, ne fortè conculcent eas pedibus suis, & conuersi disrumpât vos] Quod quidem Domini præceptum obseruans, simulque explicans CLEMENS ALEXANDRINVS inquit [Occultanda est sapientia, quæ dicta est in mysterio, quam docuit Dei filius, iam enim Isaias quoque Propheta igne linguam purgat, vt possit dicere visionem, & nec linguam solum, sed etiam aures castas nobis habere conuenit, si conemur fieri veritatis participes. Hæc mihi erant impedimento, quo minus scriberem, & nunc adhuc vereor, vt ait, ante porcos iacere margaritas, ne eas conculcent pedibus, & conuersi nos frangant, Est enim difficile de vero lumine verè puros, & perspicuos ostendere sermones suillis & indoctis Auditoribus, his enim vix possunt apud vulgus vlla magis audiri ridicula, rursus autem apud ingeniosos magis admirabilia, & Deum magis spirantia. Animalis autem homo non suscipit ea, quæ sunt spiritus Dei, sunt enim ei stultitia, Sapientes autem ore non præferunt, quæ in confes-
su cogitant, sed quod auditis, inquit Dominus, in aurem, prædicate super tecta, arcanas Traditiones veræ cognitionis, quæ excelsè & excellenter explicantur, iubens suscipere, & sicut in aurem audiuius, ita etiam tradere quibus oportet, non autem omnibus passim tradere, quæ eis in parabolis dicta

Lib. de Spiritu sancto.

Ibidem.

Matth. 7.

Strom li 1.

P p erant,

erant, præcipiens] **DIONYSIVS** verò Arcopagita eiusdem sine scripto Traditionis aliam huiusmodi causam assignavit [Sanctissima autem, venerationeque dignissima verba ea esse dicimus, quæ nobis à sanctis nostris præceptoribus in sacrosanctis, atque Theologicis scripturæ libris sunt prodita, quæ quæ ab iisdem sanctis viris institutione, quæ magis à materia abhorreret, proximaque iam quodammodo esset, ac similis cælesti hierarchiæ, ex mente in mentem verbo, corporeo illo quidem, sed quod minus est materiæ particeps, sine scripto studiorum nostrorum Duces, principesque didicerunt, ne ea quidem Hierarchæ Divino numine permoti in commune sacrosanctum munus apertis intelligentijs, sed sanctis signis tradiderunt] Ob varias itaque, nec contemnendas causas, tum ab ipso Domino, tum à Dionysio, Clemente, & Basilio assignatas, non pauca Dei verba iure optimo fuerunt sine scripto tradita & custodita. Sed dicit hoc loco quispiam si eiusmodi tradita verba non sunt, iccirco Scripturis canonicis consignata, quia litteris eadem mandari, nec expediebat, nec decebat, neque (vt videtur) licebat, cur eorum plurima, partim quidem in Apostolicis constitutionibus à Clemente Romano, partim verò in Theologicis institutionibus, cælesti, ecclesiasticaque Hierarchia, atque Divinis Nominibus à Dionysio Arcopagita, & in Carechesibus à Cyrillo Ierosolymitano sunt cõscripta, cur denique Egesippus & Ignatius, vt Eusebius Cæsariensis testatur, ea omnia sigillatim ac diligenter litteris mandarunt? pari enim ratione concludi omnino videtur, vel nullibi scribi illa debuisse, vel ubique litteris consignari eadem potuisse. Cui acutè argutèque interroganti respondemus disparem profectò, ac longè diuersam rationem nos in vtrisque scriptis, subtilius examinatis, animaduertere, Canonici enim ipsi libri publicè & quotidie legi, ab omnibus indiscriminatim audiri, & ab ecclesiasticis viris Populo diligenter explanari, semper & ubique soliti sunt, quare

quæcun-

De eccl. Hic
rar.

Dabitatio.

Lib. 4. hist.
cap. 8. lib. 3.
hist. c. 36.

Responsio.

quæcunque in illis expressè contenta, & litterali præsertim sensu significata leguntur, vix Auditorem aliquem celari utique potuerunt. Constitutiones autem Apostolorum solis Episcopis, & Ecclesiarum Doctoribus patebant, cum cæteros, Laicos præsertim & Idiotas, studiosè reconditæ, laterent, vt Clemens ipse illarum Scriptor his verbis diligenter cauerat [Ordinationes vobis Episcopis per me Clementem in octo libris editæ, quæ nõ sunt omnibus diuulgandæ propter ea, quæ sunt in eis mystica] libri quoque **DIONYSII AREOPAGITAE** solis initiatis ac idoneis Auditoribus ab ipso scripti sunt, vt idem palàm testatur, atque de eo Timotheum diligenter admonet inquitens [Aures sacras sacris Diuinorum nominum interpretationibus adhibeamus, sanctis sancta, vt scripta Diuina tradunt, dantes, & inserentes, eaquæ ab illorum, qui initiati non sunt, risu ludibrioque vindicemus, aut eos potius, si qui sunt, planè huiusmodi homines, à bello, quod hac ex parte cum Deo gerunt, liberemus. Tu quidem hæc obseruare debes Timothee ex sanctissima interpretatione, neque diuinas res vel diuulgare ijs, qui initiati non sunt, vel enunciare] **ET** rursum [Vide autem ne quis eorum, qui non sunt initiati, hæc audiat] Quare de ipsius libris illud Aristotelicum vsur pari commodè poterit, eos scilicet tum editos, tum non editos fuisse, **CYRILLVS** denique **IEROSOLYMITANVS** Catecheses ipsas conscribens, non omnibus iccirco peruulgandas illas perabat, sed ab idoneo Auditore tacitè custodiendas monebat, huiusmodi enim præfatione in primis utebatur [Cum autem Catechesis recitatur, si catechumenus ex te quæsierit, quid dicebant Doctores, nihil dicas extra, mysteria enim tibi & spem futuri seculi tradiderunt, custodi hoc mysterium retributori] **ET** alio in loco [Hæc mysteria, quæ nunc Ecclesia narrat tibi catechumeno, non est moris ethnicis enarrare, nec enim Ethnico mysteria de Patre, & filio, & Spiritu sancto declaramus, quin & catechumenis non adeò

Pp 2 aperte

Can. vi.
apost.

De Diu. No
min.

Ibidem.

Præf. catec.

Catech. 6.

apertè dicimus myſteria, ſed ſæpius obſcùrius dicimus ve
ſcientes fideles intelligant, & qui neſciunt non corrumpant] idipſum quoque ille indicauit in præfatione myſtagogicarum
Catecheſum: Quamuis igitur Clemens, Dionyſius, & Cy-
rillus Traditiones arcanas aliquas litteris (quod obijciebatur)
mandarint, eaſ tamen cum paucis ac idoneis Auditoribus cõ-
municandas fore expreſſè & diligenter admonuerunt, quaſ
iccirco in lucem non editas fuiſſe potius, quàm editas dicere
debemus, Atque eandem moderationem in conſcribendis
Traditionibus adhibuiſſe tum Ignatium, tum etiam Egeſippũ
credere quidem debemus, quamuis, deletis ipſorum eiufmo-
di ſcriptis, certò idipſum affirmare non poſſimus. In hac ta-
men reſponſione noſtra moroſus aliquis interrogans fortaffe
non acquieſcens ſtatim obijciat, quòd Clementis conſtitu-
tiones, Dionyſij monumenta, & Cyrilli Catecheſes (quale-
cunque fuerit Auctorum in ſcribendo conſilium) ſint tamen
poſtea ita peruulgatæ, vt iam typis etiam impreſſæ cuiuſ ho-
mini, Idiota, Carechumeno, hæretico, Iudæo, Ethnico, &
quomodolibet infideli apertè ac publicè pateant, Catechiſ-
mus præterea Romanus, eiufmodi Traditionũ copia affluens,
non ſolũ omnibus pateat, ſed etiam dedita opera ad ipſum
populum, atque imperitorum vulgum erudiendum, inſtitu-
tus & publicè expoſitus ſit, Innumeri denique recentiores
Theologi, tum prædicantes, tum ſcribentes, quaſcunque poſ-
ſunt, Traditiones promptè ac ſedulò doceant, aperiant, con-
firmant, tueantur, & cuiuſ indiscriminatim notiſſimas illas
eſſe vehementer cupiant, & ſtudioſiſſimè curent. Imò ipſa
œcumenica concilia omnia, quaecunque leguntur vel nume-
rantur, Tradita eiufmodi verba ſcriptis, quauiſ occasione da-
ta, conſignarint, vt potè qua neminem cælanda hæc eſſe iu-
dicarint, quod quidem hoc ſeculo fuiſſe à Tridentino Con-
cilio liberè & diligenter obſeruatũ omnes profectò norũt.
Cum itaque Verba ipſa tradita non ſolum abditis ac retruſis

com-

commentarijs contineantur, ſed iam publicis quoque monu-
mentiſ conſignata, & innumerabilium Doctõrum peruul-
gariſ ſcriptis ac ſermonibus decantata, omnibus pateant, Id
verò tum Dei Verbo congruens, vtile, & honorificum, tum
Eccleſiæ fruſtuofum, commodum, ac neceſſarium eſſe, ea
omnia, quæ generatim protulimus, publica & priuata iudicia
non obſcùrè teſtètur & confirmant, atque vſus ipſe (optimus
nimirũ magiſter, ac certiffimus teſtis) palàm & abundè
comprobet, dicendum utique erit Verba Dei, quæ Tra-
dita dicebantur, potuiſſe, uel debuifſe potius, ſcriptis
canonicis pariter conſignari, atque iccirco captioſas & fal-
laces eſſe iudicandas rationes illas omnes, quaſ Traditioni,
eiufque cuſtodia Patres aliquos prætexentes paulò ante au-
diuimus. Huic autem, non modo acutè, ſed ſcitè etiam (vt vi-

Reſponſio

detur) interroganti, nec temerè Patrum & Conciliorum iudi-
cia, atque vſum ipſum, eumque perutilem, obijcanti, vt cu-
mulatè ſatiſfaciamus, paulò longius exordium huius rei de-
clarandæ nunc repetemus. Florente igitur olim Synagoga
Deum multa myſteria ſine ſcripto ſolis eiuf Principibus & ſe-
nioribus tradidiſſe iam demonſtrauimus, quæ quidem cæte-
ros tunc latere ipſe volebat, quamuis non pauca Hebræis om-
nibus ille per Scripturas etiam ſignificauerat, quæ Ethnicis
adhuc occultanda decreuerat, atque iccirco verborum inuo-
lucro, vel detractiõne eadem regi interiori afflatu docuit, ac
iuſſit, dum Scripturas ſacras ad eos ferri, atque in ipſorum lin-
guam transferri per ſeptuaginta Interpretes conceſſit, per
quos eſt illud (exempli cauſa) ex ſcripturis detractum [Ex
AEgypto vocaui filium meum] Quæ omnia ſigillatim obſer-
uans Hieronymus, ex illis hoc vniuerſum tandem ratione
concluſit [Vnde conijcio noluiſſe tunc temporis ſeptuaginta

Prol. in Iſa.

interpretes fidei ſuæ ſacramenta perſpicuè Ethnicis prodere,
ne ſanctum canibus & margaritas porcis darent, quæ, cum
hanc editionem legeritis, ab illis animaduertetis abſcondita]

Deinde

Deinde verò idem ipse Deus, postquam in terris (vt inquit Baruch) visus est, & cum hominibus conuersatus, quamuis omnes indiscriminatim alloqueretur, & cuius interroganti responderet, vulgo tamen imperitorum, ac cæteris omnibus, præter discipulos, in parabolis loqui solebat, vt audientes illi Diuina mysteria, quæ loquens proferebat, intelligentia percipere non possent, vt potè quæ illis solis erant ab ipso referenda, quibus (vt idem dicebat) datum erat nosse mysteria Regni cælorum, isdem verò cum eiusmodi arcana mysteria, remoris arbitris, aperiebat, statim quoque ipsis præcipiebat, ne eadem mysteria peruulgarent, & cum indignis communicarent, dantes, scilicet, sanctum canibus, & proijcientes margaritas antè porcos, qui quidem Domini præceptum sanctè, vt decebat, seruantes, atque eiusdem exemplum studiosè sequentes loquebantur postea (vt Paulus testatur) sapientiam inter perfectos, vix ipsorum pauci aliqua scribebant, scribes illi mysteria plurima retinebant, reliqua (quamuis pauca) verborum obscuritate tegebant, ne scilicet mystica & spiritua lia illa non solum ad impuros, & cupidos homines (quos carnales, & animales vocabant) sed etiam ad infideles, quibus vndique conclusi Christiani præmebantur, indignè peruenirent, atque nudata impiorum, ac scelestorum hominum aspectu polluerentur, & quasi contaminatis manibus turpiter attrectata macularentur, Quoniam tamen ipsi Apostoli Euangelium, Christi præcepto, omni creaturæ prædicantes, Episcopos Ecclesijs præficientes, eosdem erudientes, atque administrandi rationem omnem docentes, erant per vniuersum orbem dispergendi, distracti & dispersi in carceres & vincula conijciendi, atque ab impijs hominibus necandi. Visum iccirco est illis adhuc collectis, & Ecclesiæ vexationem maximam futuram Dei spiritu cernentibus, quædam constituere, quæ Episcopis & Doctoribus peruulgarentur, & per eos vbique summa consensione seruarentur, Id enim ad Ecclesiæ vinculum,

Baruch. 3.

Matth. 13.

Matth. 7.

1. Cor. 2.

lum, Doctrinæ & Morum integritatem, atque rectæ nec disparis administrationis vsu maxime vtile, & commodum fore putarunt. Hæc litteris consignans Clemens, quia mysteria aliquot continebant, cum paucis (vt audiimus) communicanda esse illa diligenter monebat, cauebatque. Hierotheus autè & Dionysius institutiones Theologicas cõscribentes, & mystica arcanaque, ab Apostolis hausta, commentarijs admiscerent, tum sobriè, verecundè, & obscurè eadem explicarunt (vt, quæ supersunt, Dionysij Opuscula testantur) tum paucissimis, perfectisque viris eadem scripta cautè ostendentes, ipsos pariter & frequenter admonuerunt, ne illa peruulgarent, sed voce vel scripto mysteria illa per manus secretò tradentes, cum solis sibi similibus communicarent. Hac enim moderatione adhibita fieri posse putarunt, vt absentes æquè ac præsentis erudirentur, arcana tutius & incorruptius seruarentur, nec tamen indignè diuulgarentur, atque iccirco Eusebius de Ignatio, tunc scribente ait [Apostolorum Traditiones cautelæ gratia, & ne quid apud posteros remaneret incerti, etiam scriptas se asserit reliquisse.] Deinde verò non iam imminente, vel inchoata & præsentis, sed maxime & vbique sæuiente impia Ecclesiæ persecutione, Ethnicis quidem ferro & flamma eam vastantibus, Iudæis autem & hæreticis lingua & insidijs eandem oppugnantibus, non solum Tradita, sed scripta etiam Dei verba maxime periclitabantur, Canonici enim libri repudiabantur, aut verborum additionibus, detractionibus & inuersionibus corrumpebantur, Traditiones autè, vt potè paucioribus notæ, in ore & auribus assiduè fluentes potius, quam vigentes, multò promptius & facilius dissimulabantur, immutabantur, atque variè oppugnatae obscurabantur, nec tamen Ecclesia, non minus tunc uexata, quam propagata, poterat iam Verba Dei Tradita apud omnes dispersos Christianos incorrupta seruare, aut quos oportebat diligenter docere, aut etiam obiectas calumnias liberè, ut cupiebat, propulsare, vt

pote

lib. 3. hist. cap. 36.

potè quæ Pastores in vnum locum cogere, atque Concilia Oecumenica habere non poterat, quibus Traditionū veritatem & sanctitatem ex antiquitate, vniuersitate, & consensione demonstraret. Interim verò quod poterant summi Pontifices, Episcopi, & Doctores, illud saltem non prætermittabant, vt scilicet Epistolis & Commentarijs Tradita Dei verba palàm testarentur, profiterentur, atque ipsorum corruptores publicè arguerent, confutarent, ac damnandos ostenderent, imbecilles verò fideles, ne hæreticorum fraude à veritate abducti ad commentitias fabulas traducerentur, ipsi diligenter cauere, atque arcanis etiam referatis, & mendacijs detectis erudirent, ac confirmarent. Hinc factum est, vt non solùm occasione urgente, sed necessitate quadam cogente, Patres ipsi scientes ac prudentes, quamuis inuiti, Tradita Dei Verba, suis commentarijs comprehensa, proferrent potius & explicarent, quàm eadem maledictis oppugnata, & mendacijs obscurata, funditus tandem euersa perire silentes ferrent, & à pietate fideles abduci, atque in perniciosas hæreses turpissimè labi permitterent. Quod quidem inter cæteros testatus ORIGENES dicebat [Hæc oportebat abscondere, & in medium non proferre, sed hæretici nos impellunt, vt celanda efferamus in publicum, quia tecta sunt vtiliter apud eos, qui adhuc paruuli iuxta animæ ætatem sunt] Id ipsum comprobans HILARIUS ait [sed compellimur hæreticorum & blasphemantium vicijs illicita agere, ardua scandere, ineffabilia loqui, inconcessa præsumere] Postquam autem, Christiano Imperatore iam Ecclesiam protegente, haberi Oecumenica Concilia liberè cœperunt, ipsorum quoque publicis Decretis prophanæ illæ vocum nouitates, ab impijs hominibus in Ecclesiam paulatim inuictæ, concordia Patrum consensu explosæ sunt, contrà verò Dei Tradita Verba pari necessitate comprobata, expurgata, & explicata fuerunt, vt singuli fideles, publico magisterio docti, ab hæreticis quidem importatas vocum nouitates cauerent,

In Ezech.
hom. 1.

De Trin. li.
2.

uerent, vel iam susceptas deponerent, Diuini autem Traditi Verbi antiquitatem amplecterentur, tuerentur, & sanctè custodirent, Atque iccirò Nicæni Concilij Patres Symbolum fidei, ab Apostolis summa breuitate constrictum, paululum laxantes, inuictas tunc nouitates excluderunt, antiquam verò fidem, vberiori symbolo explicatam, posteris tradiderunt, Nec tamen illis ætate inferiores Patres maiorum exempla huiusmodi sequi, atque Traditionum testes & patronos esse iccirò desierunt, cum ipsi etiam Hæretici easdem assiduè exagitare, & obscurare non cessauerint, quos Spiritum sanctum à Filio procedere negantes vt Latini Patres exploderent, Nicænum ipsum symbolum interpretantes verborum additamento illud locupletare non sunt veriti. CYRILLVS quoque ALEXANDRINVS Nicæno, & Constantinopolitano Concilij iam habitis, cum nouitate Nestorius Traditionis antiquitatem depellere studeret, eius stimulis ipse concitatus dicebat [Audiui rumores quosdam graues & perniciosos apud vos esse sparros & oberrare quosdam, qui sinceram vestram fidem destruant, & inania verba apud turbas oblaterent, ac percunctentur dicentes, An Beata Virgo Deipara nominari debeat, nec nè. Præstiterat quidem prorsus huiusmodi quæstionibus abstinere, & quæ veluti in speculo, & ænigmate, contemplatu difficilia sunt, omnino inquirere, ne eos quidem, qui mente sunt integra, & intellectu prouectiore (simpliciorum nanque mentem etiam minutiora Theoremata trāscendunt) quoniam verò factum est, vt talium verborum haud permanferitis expertes, & vero simile est futuros inter vos, qui perniciem ex illis, veluti clauos quosdam imbecilliorum mentibus infigant, necessarium duxi pauca quædam de his rebus ad vos proferre, non vt hæc amplius contendatis, sed vt, si quidam vos magis his adorianur veritati repugnantes, ipsi & perniciem, quæ ex errore est effugiatis, & alios competentibus rationibus, tanquam fratres, adiuueis] Mirum itaque es-

Ep. 1.

se nemini debet tum Patres, tum Concilia, eiusmodi hæreticorum stimulis exagitata, Dei Verba voce olim tradita & custodia, litteris postea mandasse, ut potius scilicet illa corroborata quàm expugnata, illustrata quàm obscurata, tuta quàm periclitantia, nota quàm ignota, scripta quàm nulla posteris relinquerentur, Quæ ferè omnia, cum nihilominus sint his temporibus in dubium reuocata, & incredibili temeritate exagitata, spreta, dissimulata, iam, vi quadam maiore cogente, necessarium profectò fuit ad immanissimæ impietatis cursum inhibendum, & impetum propulsandum, non solum Concilia antiqua omnia, diligenter conquisita, in lucem edere, & Patrum singula commentaria plurima è tenebris eruta proferre, & in notiores linguam transferre, sed illa etiam scripta, quæ olim paucis ostendebantur (ut sunt Apostolorum Constitutiones, & Cyrilli Catecheses) liberè diuulgare, Catechismum præterea Romanum conficere, & prædicandum decernere, De omnibus ferè mysterijs publicè prædicare, scribere, disputare, atque singula Dei tradita Verba, non solum indicare, & sobriè ac priuatim tractare, sed apertè, plenè, & cumulatè voce, calamo, typis publicè referare, ostentare, & cuius sigillatim explicare. Tantam igitur Ecclesiæ liberalitatem, tamque profusam Traditionum largitionem excuset temporum calamitas, Hostium immanitas, Verbi Dei utilitas, atque fidelium salus, & commodum.

Quòd

*Quòd Verba Dei Tradita aliquot, etsi postea sint scriptis
canonicis mandata, non temerè tamen Traditione quo-
que adhuc custodiantur, Quam ipsorum custodiam
Verbo Dei, & Ecclesiæ congruentem, com-
modam, utilem, & necessariam esse
probat. Cap. XII.*

HAec autem, quæ diximus, Dei Verba, canonicis libris non expressa, quamuis vel Conciliorum publicis monumentis, vel Patrum commentarijs contineantur, non scripta nihilominus dicuntur, ut potè quæ in canonicis scriptis non legantur, quæ canonica nimirum sola vocare Verba scripta Patres consueuerunt, cætera tradita dicuntur, quamuis postea, occasione data, aliorum scriptis sint quomodolibet consignata. Nec tamen scripta ipsa Verba, & libris canonicis comprehensa, iccirco dici è contrario debèt non tradita, eadem enim Verba, tum scripta, tum tradita esse, iam pridem diximus ac explicauimus, Quæ quidem non solum Canonicis libris, ut scripta, sed etiam traditione ipsa, ut nimirum tradita, in Ecclesia custodiuntur. Quæcunque enim (exempli causa) Fidei Apostolico symbolo expressè continentur, atque eiusmodi traditione asseruantur, ea omnia in Canonicis quoque Scriptis variè & multis modis explicata leguntur, multa quoque arcana mysteria, ipsorumque ac rituum præterea spirituales intelligentiæ in eisdem libris (quamuis obscurius indicata) agnoscuntur à viris illis, qui Traditiones norunt, & incorruptè custodiunt. Sed fortasse dices interrogans. Cur nam factū est, ut eadem Dei Verba non solum scripto, sed voce quoque ac traditione asseruantur? superuacanea nanque videtur omnino huiusmodi traditione custodia, cum ea sit Scripturarum firmitas, perpetuitas, auctoritas, perspicuitas ac certitu-

Dubitatio

Qq 2 do,

do, vt adminiculis non egeat, testes non requirat, nec aliquo probationum genere sua dicta (vt potè certissima) confirmari patiatur. Interroganti nos respondemus hanc, præter scripturam, traditione custodiam nõ esse superuacaneam, sed verbo Dei & Ecclesiæ congruentem, commodam, vtilem, ac necessariam, Vtrique quidem congruentem dicimus, quoniam Scripta Dei verba prius voce ac traditione, quàm litteris ab Ecclesia fuisse suscepta iam demonstrauimus, litteras autem posteriores anteriorem ipsam Traditionem è medio tollere non decebat, cui ab illis confirmari, in tuto magis collocari, & quasi matrem foueri ac sustentari maximè congruebat, funditus autem ab iisdem eueri omninò repugnabat, tum quia verbum Dei eiusdem verbo consonum & cohærens est, tum quia Traditum ipsum verbum in ore & auribus fidelium assidue vigeat, Traditione ipsa alebatur, prædicatione in dies propagabatur, atque apud barbaras Nationes disseminatum altas iam radices egerat, vnde extirpari ac diuelli Scripturis non poterat, cum nullus ibi esset (vt Irenæus testabatur) litterarum vsus, imò erat in posterum (quod experientia nouimus) illud idem verbum apud consimiles barbaras Nationes, scribendi arte carentes, prædicatione disseminandum, Accidit igitur, decuit, & oportuit id ipsum Verbum, quamuis scriptum, Traditione tamen in Ecclesia adhuc retineri, afferuari, propagari, & ad posteros deferri. Quod quidem traditum verbum multò etiam commodius oratione ac memoria repetitur, & facilius docetur, quàm scriptum, cum ipsa viua vox habeat nescio quid latentis energiæ, atque in ea plenum quiddam & sonans magis, quàm in scripto, esse deprehendatur, Atque ab Auditore eiusmodi verbum citius perceptum in eiusdem memoria diutius residet, vt potè quòd breuius multò sit, quàm idem scriptum, atque ordine præterea partim dispositum, partim verò ab ipso Doctore commodè & faciliè disponendum. Hoc qui negat, vel de

eo

eo fortasse dubitat, periculum ipse faciat, Apostolorum in primis Symbolum memoria repetat, deinde singulos eius articulos in scripturis accuratè inquireat, locos omnes Scripturæ dispersos colligat, conferat, interpretetur, statim ipse cognoscet innumera ferè esse scripturarum loca, quibus illi articuli nunc verbis proprijs, nunc translatis significati, sæpius etiam rebus alijs indicati, & multis modis iterati contineantur, eosdem præterea in illis Scripturis præposteros, confusos, nullo inter se ordine copulatos, discissos, dispersos & dissipatos esse comperiet, quos breuiter, & apertè explicatos, atque in optimum ordinem redactos Symbolum comprehendebat. Cætera verò mysteria in Scripturis pariter dispersa & confusa, sed magis præterea obscura, & inuoluta, poterit Doctor, Traditionibus nudata, & collecta, tum faciliè recensere, tum recto ordine disponere, & breuiter explicare. Quare commoda maxime est, non, vt dicebatur, superuacanea, hæc scripti Verbi traditione custodia. Quæ præterea est perutilis existimanda. Scripturas enim Diuinas iam in Babylonica Iudæorum seruitute perijisse, vel saltem confusas, perturbatas, & corruptas in magno squalore iacuisse, & ab Esdra iterum renouatas, ac in pristinum statum restitutas fuisse omnes fatentur, præterea verò de ipso Deuteronomio speciatim ammissio, ac tandem ab Helia pontifice denuò repperito scriptum est [Librum legis reperi in domo Domini] de qua quidem scripturarum iactura scribit CHRYSOSTOMVS [Magna librorum copia periit, & pauca ex priori captiuitate volumina extiterunt, quod ex reliquis captiuitatibus planè constat, etenim inquit Apostolus quòd à Samuele, & qui secati sunt Prophetæ omnes locuti sunt de eo, quæ tamen non certò feruntur, Paulum autem, vt potè legislatorem & à Spiritu locutum, credibile est omnia procul dubio cognouisse, & quid ego captiuitatem memoro? nam etiam ante captiuitatem multa abolita sunt librorum volumina] Nos quoque

ali-

Responso

Congruens

li. 3. aduer.
hæc. c. 4.

Commoda

Vtilis

4. Reg. 22.

In Epist. ad
Cor. hom. 7

^a Tit. de lib. can. cap. 33. ^b Tit. de vni uerbo Dei Verbo
^{34 35 36.}
 aliquot ipsarum scripturarum volumina nunc deesse, nec cætera ab eodem periculo vacare iam pridem ostendimus, ut iccirco uerba eadem, quamuis scripta, traditione quoque asseruari utilissimum sit, ad ipsas nimirum Scripturas ueritati & integritati restituendas, uel, illis etiam ammissis, ad Catechumenos instituendos, atque fideles Verbo Dei erudiendos, sicut enim tradita Verba fuerunt postea, ut demonstrauimus, scripta, ita scripta ipsa, consumptis fortè membranis, traditione rursus sine scripto manere non est improbabile, uel inutile, quin potius congruens, æquum, ac salutare. Quare interim, ob eiusmodi scilicet periculum, eadem uerba Scripturis simul, & traditione custodiri maximè opportunum ac utile dicendum est. Sed alia præterea utilitas, & quidem maxima, accedit, quæ ex hac duplici custodia percipitur, Nam, utraque salua & incolumi, duplex pariter demonstratio ad idem probandum exoritur, quarum altera ex Scripturis, reliqua ex Traditione ducitur, ambæ autem ita firmæ & certæ sunt, ut neutri contradicere Catholico viro liceat, utriusque repugnare ne hæreticus quidem audeat, atque altera quidem sola, quasi unisona, mentis sensum moueat, ambæ uero iunctæ, ueluti consonæ, concentu ipso eundem permoueant, flectant, & oblectent. Eas autem & copulatas & disiunctas accuratè & fusè tunc explicabimus, cum, Theologicas demonstrationes tractantes, singularum vires examinabimus, ac plurimum concordiam & consensum expendemus. Huiusmodi autem tum utilitates, tum commoda sentiens Papias, referente Eusebio, maximum ex traditione fructum se percepisse scribit inquit [Si quando aduenisset aliquis ex ijs, qui secuti sunt Apostolos, ab ipsis sedulo expiscabar quid Andreas, quid Petrus dixerit, quid autem Philippus uel Thomas, quid uero Iacobus, Ioannes, Mattheus, nec enim tantum librorum lectiones prodesse credebam, quantum uiuæ uocis, præsentisque magisterium] Nec solum quidem congruens, commoda,

&

& utilis est hæc traditione custodia, uerum etiam necessaria est existimanda, propter hæreticos scilicet Scripturas diuinas tum corrumpentes, & decurtantes, tum palam præterea negantes ac repudiantes Quos quidem in uersionibus & detractionibus illas corrupisse codices ipsi testantur, testatur & HIERONYMVS dicens [Hæretici quicquid contrarium suo Dogmati uiderunt, eraserunt] quasdam uero negasse illos affirmat generatim TERTULLIANVS inquit [Hæresis nõ recipit quasdam Scripturas] Speciatim uero animaduertit ac testatur THEODORETUS, qui nominatim de Arrianis, Epistolam Pauli ad Hebræos negantibus, ait [Cum non possent ijs, quæ de uirgeniti diuinitate aperte dicta fuerant, resistere, ausi sunt totam Epistolam reijcere] Omnes tandem Scripturas hæreticos olim negasse, atque ipsarum ueritatem, integritatem, & auctoritatem repudiasse IRENEVS his uerbis palam testatur [Cum enim ex Scripturis arguuntur, in accusationem conuertuntur ipsarum Scripturarum, quasi non rectè habeant, neque sint ex auctoritate, & quia uariè sunt dictæ, & quia non possit ex ijs inueniri ueritas ab ijs, qui nesciunt Traditionem] Ad euincendos itaque eiusmodi hæreticos, Scripturas omnes, uel aliquas negantes, necessaria professio est traditi uerbi sine scripto custodia, ut illi scilicet qui scripturæ testimonia callidè, & impudenter subterfugiunt, illa esse Dei uerba negantes, Traditionis saltem argumentis, quasi uinculis, astringantur, Cuius præterea testimonio Codicum uitia, si qua sunt perniciofa, deprehenduntur, salutaris integritas in cæteris exemplaribus confirmatur, atque aduersariorum fraus & hæresis manifestè conuincitur. Ad hæc uero Scripturæ ipsæ uariè interpretari & explanari utique possunt, quas ipsi hæretici ad suos errores impiè, ac peruersè contorquentes, sola interpretatione corrumpunt, prauas autem, & impias interpretationes diiudicare, & à rectis secernere Regula fidei, & Ecclesiæ sensu, utique oportet, quod VINCENTIUS LI-

RI-

Tit. de Theol. Demonstrationib⁹.

li. 3. hist. ecc. c. 39.

Necessaria

Præem. in Ep. ad Tit.

De præscrip.

Arg. in Ep. ad heb.

Li. 3. aduer. hæret. cap. 2.

De prof vo-
cū nouitati-
bus .

Tit. de senf.
fcripte sacre
Tit. de scri-
ptu. sac. ob-
fcuritat. at-
que eiuſde
interpr.

Li. 3. aduer.
hæ r. cap. 2.

RINENSIS docebat inquiring [Quia Verba diuina pro ſuo plerique arbitrato interpretantes varias opiniones, erroreſque concipiant, atque idèd neceſſe ſit, vt ad vnã eccleſiaſtici & catholici ſenſus normam dirigantur] idipſumque nos etiam, de ſcripturæ tum ſenſibus, tum interpretatione agentes, fuſè demonſtrauimus, Regulam autem fidei, & ſenſum ſcripturæ catholicum traditione ipſa accepimus, & cuſtodimus, (vt paulò ante diximus, & Patrum teſtimonijs confirmauimus) Quare Verbum ipſum Traditum neceſſarium quoque putandum eſt ad ſcripturæ interpretationes diiudicandas, & prauas à rectis ſecernendas. Eodem denique tradito verbo adulterinæ etiam traditiones facilè exploduntur, quas quidem ab impijs & perditis hominibus excogitari & proferri poſſe illi non dubitabunt, qui meminerint nō deſuiſſe olim hæreticos, qui eiufmodi euentitas Traditiones affererent, vt germana Dei Verba ſcripta delerent, quòd IRENEVS de illis reſtatur dicens [In accuſationem conuertuntur ipſarum ſcripturarum quāſi non rectè habeant, neque ſint ex auctoritate, & quia variè ſunt dictæ, & quia non poſſit ex ijs inueniri veritas ab ijs, qui neſciunt traditionem, non enim per litteras traditam illam, ſed per viuam vocem, ob quam cauſam Paulum dixiſſe, Sapientiam autem loquimur inter perfectos, ſapientiam autem nō mundi huius, & hanc ſapientiam vnusquiſque eſſe dicit, quam à ſemetipſo adinuenit, fictionem videlicet] Atque eiufmodi ſingulas fictiones, quas hæretici illi traditiones vocabant, Cerinthi ſcilicet, Marcionis, Valentini & Baſilidis ipſe Ireneus recitat, & veris ac germanis traditionibus ita oppugnat, vt penitus euertat. Quare traditum Dei verbū (quamuis ſcriptum) non temerè eſt, vel vnquam fuit ab eccleſia cuſtoditum, Hæc enim verbi traditione cuſtodita tum ſcripto verbo, tum eccleſiæ ipſi opportuna, perutilis, ac neceſſaria ſemper fuit, vt potè quæ verbi dignitatem tueatur, & augeat, auctoritatem firmet, integritatem ſeruet, periculum caueat,

caueat, obſcuras intelligentias enodet, atque hoſtium impetum ab eo fortiter propulſet. Fideles verò erudiat, confirmet, tutos faciat, iſdemque arma det, quibus pugnare, atque hæreticos iugulare commodè poſſint, quod quidem ſecundum allegoriam, quaſi ænigmate quodam, fortaſſe expreſſit SALOMON dicens [Melius eſt ergo duos eſſe ſimul, quàm vnū Eccl. 4. habent enim emolumentum ſocietatis ſuæ, ſi vnus ceciderit ab altero fulcietur, vñ ſoli, quia cum ceciderit non habet ſubleuantem ſe, & ſi dormierint duo fouebuntur mutuò, vnus quomodo caleſcit?]

An tradita verba, non ſcripta, eius ſint auctoritatis, vt fides illis ſit adhibenda, atq; ipſorum præcepta ſint ſanctè ſeruanda, vel potius, veluti falſitatis ſuſpecta, ea omnia ſint negligenda, queritur. In primis verò illorum auctoritatem negans aſſeritio ponitur, et argumentatione firmatur. Cap. XIII.

Quoniam autem paulò ante cōcludebamus plurima Dei verba, voce tradita, ſine canonico ſcripto ab Eccleſia cuſtodiri, quæret hoc loco non inſcitè quiſpiam. An eiufmodi verba id auctoritatis habeant, vt fide ſint amplectenda, & factis ſeruanda, cum plurimi ſemper fuerint, & nunc ſint, qui illa contemnant, ac palàm repudient, quorum quidem ſententia multis & firmis rationibus corroborari poſſe videtur. Hæc enim tradita Verba, de quibus ambigitur, ſcripturis canonicis non continentur, ſed præter ipſas ſcripturas & tradita & cuſtodita dicuntur, Quodcunque autem præter id, quod ſcriptum eſt, præcipitur, ac prædicatur id omne eſt negligendum, ac repudiandum, cum ſola nimirum ſcriptura

Argumenta quibus probatur, quòd verba tradita ſint repudianda.

Arg. 1.

ad ipsam pietatem, & ad salutem nostram abundè sufficiat, dicente **APOSTOLO** [Omnis scriptura, diuinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corrigendum, ad erudiendum in iustitia, vt perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus. Præterea verò scripta Dei verba immutare, vel ipsis aliquid addere, nec decet, nec licet, de quo quidem Dominus palàm nos admonebat per **MOYSEM** dicentem [Non addatis ad verbum, quod vobis loquor, nec auferetis ab eo] **ET** rursum [Quod præcipio tibi, hoc tantum facito Domino, nec addas quicquam, nec minuas] Id ipsumque comprobans **PAVLVS APOSTOLVS** dicebat [Si quis vobis euangelizauerit præter id, quod accepistis, anathema sit] **ET** paulò ante dixerat [Sed licet nos, aut Angelus de cælo euangelizet vobis præter quàm, quod euangelizauimus vobis, anathema sit] Quæ quidem verba, non in Traditiones, sed in solas diuinas Scripturas accommodans Augustinus ait [Si Angelus de cælo vobis annunciauerit præter quàm quod in Scripturis legalibus & Euangelicis accepistis, anathema sit] in quam sententiam accipiebat pariter Basilus in Moralibus summis. Nominatim verò de ipsis Traditionibus dicebat **CHRISTVS** [In vanum me colunt, docentes doctrinam & præcepta hominum] Quod autem per Christum, Paulum, & Moysem didicerat **CYPRIANVS** Martyr, id studiosè obseruans, obiectam sibi à Stefano traditionem quamdam eo nomine repudiabat, quia in Scripturis sacris illa non continebatur, cuiusmodi quidem traditiones solas esse obseruandas palàm ipse prædicabat dicens [Vnde est ista Traditio? vtrumne de Dominica, & Euangelica auctoritate descendens? an de Apostolorum mandatis atque epistolis veniens? Ea enim facienda, quæ scripta sunt, Deus testatur & proponit ad Iesum Naue dicens. Non recedet liber legis huius ex ore tuo, sed meditaberis in eo die ac nocte, vt obserues facere omnia, quæ scripta sunt. Item Dominus Apostolos mittens mādāt bapti-

zari

zari gentes, & doceri, vt obseruent omnia quæcūque ille præcepit, Si ergo aut in Euangelio præcipitur, aut Apostolorum epistolis & Actibus continetur, vt à quacunque hæresi venientes non baptizentur, sed tantum manus illis imponantur in pænitentiam, obseruetur etiam hæc sancta Traditio] Cum quo consentiens **HERONYMVS** de verbo quodam non scripto ait [Sed hoc, quia de Scripturis non habet auctoritatem, eadem facilitate contemnitur, qua probatur] Quibus subscribens Augustinus ait [Cum multa fecisset Dominus Iesus, non omnia scripta sunt, sicut idem ipse sanctus Euangelista testatur, multa Dominum Christum & dixisse & fecisse, quæ scripta non sunt, electa sunt autem, quæ scriberentur, quæ saluti credentium sufficere videbantur] Et alio in loco [Quicquid ille (Christus scilicet) de suis factis & dictis nos legere voluit, hoc scribendum illis (discipulis videlicet) tanquam suis manibus imperauit] Multò verò antea Irenæus (quem inter latinos Patres nunc numeramus, siue latinè is scripserit, vt nunc legitur, siue græcè, vt multi suspicantur, siue etiam latinè, & græcè, vt alij conijciunt) Irenæus, inquam, testabatur Hæreticos à Scripturis ad Traditiones confugere solitos fuisse, Ne igitur catholici & pij viri hæreticorum vestigia sequantur, atque illis inhærentes, hæretici iudicentur, erit profectò in Diuinis Scripturis insistendum, nec inde, hæreticorum more, ad Traditiones progrediendum. Cum latinis autem Patribus optimè consentire videntur ipsi Græci inter quos **BASILIVS** dicebat [Oportet omne verbum, aut rem confirmare testimonio sacræ scripturæ, ad certitudinem quidem, & perfectionem bonorum, ad confusionem autem malorum] Quam quidem Scripturam omni quæstioni & indigentia sufficere. **IDEM** apertè nos admonet inquit [In quacunque re vnusquisque se indignum senserit, si in illis scripturis conuerfetur, velut ex communi medicamentaria officina medicamentum ægritudini commodum reperit] **CHRYSOSTOMVS** pariter inquit

R r 2 [Omnia

In ep. ad Th. hom. 1. [Omnia euangelium continet, præsentia, futura, honorem, pietatem, fidem, simul omnia prædicationis verbo conclusit].

Arg. 11. Li. 2. Pasch. Theophilus quoque Alexandrinus ait [Ignoras quòd demoniaci spiritus esset instinctus, sophismata humanarum mentium sequi, & aliquid extra Scripturarum auctoritatem putare diuinum?] CYRILLVS denique Alexandrinus dicebat

Arg. 12. In 10. li. 2. cap. vlt. [Non omnia igitur quæ Dominus fecit conscripta sunt, sed quæ scribentes tam ad mores, quam ad Dogmata putarunt sufficere] Præterea verò traditiones aliqua recitantur, atque ab Apostolis fluxisse narrantur, quæ tamen inter se pugnautes, & omninò contrariæ deprehenduntur, vt iccirco vel Apostolicas illas esse negandum sit, vel saltem liberè, & nulla præcepti vi cogente obseruandas fatendum, atque earum exemplo de omni traditione id ipsum concedendum, contrariæ autem ac pugnautes traditiones (exempli causa) comperiuntur, quæ de Paschatis festo, & sacerdotum coniugio variè obseruantur, nam Pascha celebrant occidentales Ecclesiæ die Dominica post decimā quartā Lunæ, quod quidē ipsis tradidisse Petrum & Paulum Apostolos asserunt, solebāt autē plurimæ Orientales ecclesiæ idem festum die ipsa decima quarta Lunæ agere, quem morem à Ioanne & Philippo Apostolis se pariter accepisse constanter narrant, Eadem quoque Ecclesiæ de Sacerdotum coniugio apertè dissident, cuius quidem ius traditione Apostolica sacerdotibus esse tributum Orientales contendunt, At Apostolorū pariter præcepto iisdē seruandū esse coelibatum Occidentales ipsæ Ecclesiæ docēt ac profitentur.

Quam quidem controuersiam animaduertens STEFANVS Papa, & à traditione dissidium pendere testatus, referente Gratiano ait [Aliter se orientalium traditio habet Ecclesiarum, aliter huius sanctæ Romanæ Ecclesiæ, nam earum sacerdotes, diaconi, aut subdiaconi matrimonio copulantur, istius autem Ecclesiæ vel occidentalium nullus sacerdotum à subdiacono vsque ad Episcopum, licentiam habet coniugium sortendi]

Dist. 31. s. aliter.

tiendi] Multi præterea traditione Apostolica affirmant Christum dominum, trigessimū quartum annum agentem, cruci affixum fuisse, IRENEVS tamen scribit eundem passum quinquagesimum iam annum attigisse, idque Ioannis Apostoli traditione confirmat dicens [Sicut Euangelium, & omnes seniores testantur, qui in Asia apud Ioannem discipuli Domini conuenerunt, id ipsum tradidisse eis Ioannem] Nec desunt etiam (dicunt isti) Traditiones, quæ veluti Apostolicæ commemorantur, atque ab ipsarum fautoribus obseruantur, cum tamen illæ cum diuinis Scripturis apertè pugnent, cuius generis sunt Dierum festorum religiosæ obseruationes PAVLO APOSTOLO repugnautes scribenti [Ne quis vos iudicet in parte diei festi, aut nouilunij, aut Sabbati] ET alio in loco Galatas reprehendens ait [Dies obseruatis & menses] vt iccirco testaretur Socrates [Erat Apostolorum institutum non de diebus festis sancire, sed rectam vitam, & pietatem docere] Sunt quoque plurimæ Traditiones quos Apostolis falsò tributas fuisse compertum est, vt potè quæ à Romanis Pontificibus vel Cocilijs institutæ deprehenduntur, Quorum exempla aliquot ipsi (Hæretici videlicet) proferunt, sunt verò hæc. In primis Innocentius tertius ad Archiepiscopi Lugdunensis interrogata respondens de verbis aliquibus in Calicis consecratione additis, quæ in Diuinis Scripturis nullibi leguntur, scribit [Sanè multa tam de verbis, quam de factis dominicis inuenimus ab Euangelistis omissa, quæ Apostoli vel suppleuisse verbo, vel facto expressisse leguntur] cum tamen ex ipsis historijs, & gestis Pontificum singula verba, in canone missæ addita, percenseantur, & suis auctoribus, præter ipsos Apostolos, nominatim tribuantur. Deinde dicunt totum canonem missæ solere Apostolis ascribi, cuius tamen singulæ particulæ in Pontifices auctores certò referantur. Alexander etiam primus testatur se instituisse aquæ & salis benedictionem, & aquæ cum vino in calice mixtionem. Quorum tamen institutio-

Lib. 2. c. 39.

Arg. 14.

Coloss. 2.

Gal. 4.

Lib. 5. hist.

cap. 22.

Arg. 15.

Chemnitij
mendacia.

Ex. de celeb.
miss. c. cura
marthe:

Epist. 1.

tutiones falsò Apostolicæ dicuntur. Apostolis Quadragesimæ institutio tribuitur, cuius auctor Thelephorus ex ipsiusmet Decreto deprehenditur. Higinus Chrisma instituit, quod Apostolos tradidisse narratur. Calixtus quatuor temporum ieiunium præscripsit, quod tamen inter Apostolicas traditiones numeratur. Puerorum confirmationis auctor fuit Silvester, ergo Apostoli illam non tradiderunt. Felix Altaria consecranda mandauit, nulla igitur ipsorum ab Apostolis traditio. Instituit Felix infirmos in extremis laborâtes oleo unguendos, non igitur Apostoli illud tradiderant. Sanctos in missa commemorari, & implorari debere Siricius decreuit, quod tamen in Apostolos auctores refertur, Pelagius denique mortuorum memoriam in missa repetendam decreuit, quam esse Apostolicam traditionem alij prædicant. Quibus quidem exemplis abundè (vt putant) demonstratum videtur plurimas institutiones Pontificum Apostolis falsò ascribi, quo comperto ac perspecto totum Apostolicarum Traditionum genus conuulsum ruit, & veluti suspectum repudiatur. Præterea etiam plurimæ Traditiones inter Apostolicas olim numerabantur, quæ tamen nunc non obseruantur, vt iccirco vel non fuisse Apostolicas illas fatendum sit, vel grauiter peccet quisquis easdem, quamuis Apostolicas, prudens & sciens neglexerit, huiusmodi verò sunt. Orientem versus orare, Die dominica & post pascha vsque ad Pentecostem stantes precari, Vigilias & nocturnas stationes agere, Baptizatum lac & mel gustare atque à lauacro quotidiano, (vt dicebat Tertullianus) per totam hebdomadam abstinere, infantibus pueris Eucharistiam sub vtraque specie tradere, aliæquæ permultæ consuetudines immutatæ, neglectæ, ac repudiatæ. Earum verò, quæ adhuc vigent, plures parui momenti sunt, non pauca etiam variè obseruantur, quod testatus EPIPHANIUS ait [Rursus verò communionem perficiunt per easdem sex dies, & totam Quadragesimam à nona vsque ad vesperam; in quibusdam verò locis quintam solam

Epist. 1.

Arg. 16.

lib. de cor.
mil.

Arg. 17.

In fine Pa-
uarj

solam illucescentem vigilant in profabbatum ac dominicam, in alijs autem locis cultus diuinus dispensationis mysterij in quinta fit hora nona, & sic cessat, permanentibus ipsis in eodem siccorum esu, in alijs rursus locis non fit cultus diuinus dispensationis mysterij, nisi solùm illucescente Dominica, quando illos dimittit circa gallinicum &c.] A VGVS TINVS quoque scribit [Illa quæ per loca terrarum, regionesquæ variantur, sicuti est, quòd alij ieiuniant sabbato, alij verò non, alij quotidie communicant corpori, & sanguini dominico, alij certis diebus accipiunt, alibi nullus dies intermittitur, quo nõ offeratur, alij sabbato tantum & dominico, alibi tantum dominico, & si quid aliud huiusmodi animaduerti potest] Harum itaque consuetudinum tum varietas tum etiam leuitas non obscurè indicat illas vel ab Apostolis institutas non fuisse, vel saltem ea conditione traditas, vt liberè à fidelibus obseruentur. Nec etiam æquum videtur, ac diuinæ prouidentia consentaneum, vt dogmata, & præcepta, ad salutem nostram necessaria, traditione sola nitantur, re scilicet fluxa, incerta & inconstanti, vt potè quæ in ore & auribus vigeat, vel fluat potius, obliuione extingatur, atque hominum interitu obruatur. Hæc denique libertate concessa, vt scilicet aliquod non scriptum verbum, tanquam à Deo traditum fide suscipiatur, & opere seruetur, poterunt iam impij & impudentes homines non solum eiusmodi verba facilè traditione ipsa corrumpere, & frequenti transitu immutare, sed etiam incuria, vel dolo delere, quinimò veritati quoque contraria proferre, & magna iccirco mendacia in Ecclesiam inuere, atque specioso diuinæ traditionis nomine ornare, quod quidem Iudæorum Rabbini olim fecerunt, qui, Cabalam professi, non diuina verba, sed commentitias fabulas tradiderunt. Chiliastræ quoque hæretici errorem, à Papiæ haustum, esse verbum à Deo traditum prædicabant, atque eadem, vel etiam maiori, impudentia Cerintus, Marcion, Basilides, & Valentinus, perniciosas hæreses, turpissimè

lib. 1. ad in-
quirit. Ia-
nuarj c. 1.

Arg. 18.

Arg. 19.

pissimè excogitatas, Verbo Dei tradito ascribere non verébantur, Quos Irenæus Scripturis conuictos, & ad ipsas traditiones callidè prouocantes redarguebat, atque eiusmodi licentiam fortiter reprimebat. Ne igitur nos hæreticorum frau de incauti decipiamur, atque fictis Traditionibus, quasi imperiti Iudæi Rabbiorum Cabala, importunè vrgeamur, & nolentes etiam compellamur, videntur omnino ea omnia verba repudianda, quæcunque in Scripturis sacris non leguntur, et si voce, sine scripto, tradita esse constantissimè dicantur.

*Quòd Traditi Verbi dignitas, & auctoritas sit à
Catholico viro magnificiè probatur, &
de Auctoris sententia asseritur.
Cap. XIII.*

Quid hæretici viri, Tradito Dei Verbo à Catholicis accerrimè oppugnati, ne eiusdem pressu miserè opprimantur, atque oppressi veritatem ipsam fateri cogantur, Traditionibus generatim & falsò obijcere aut soleant, aut possint paulò ante audiuius. De quibus mentionem faciens **BASILIVS** dicebat [Quapropter, velut æris alieni debitores, probationes ex Scriptura implorant, non scriptum Patrum testimonium, velut nullius ponderis, reijcientes] Eo enim saluo Apostolicum Romanum iugum (pijs quidem viris iucundum) à suis ceruicibus excutere posse ipsi desperant, conuulsis autem traditionibus tum à seipsis acerbissimam seruitutem repulsam putant, tum impia, quæ prædicant, Dogmata, quasi vehementissimo impetu propulsato, in tuto iam collocari arbitrantur, vtrumque verò fallaci argumentatione se consecutos sperant, vel saltem se sperare simulant, qnam nos mox diluente traditi verbi summam dignitatem, & auctoritatem firmissimè sustinebimus, in primis verò eandem rationibus confir-

mabi-

i. de spiritu
sancto

Confirma-
tio

mabimus. Omne igitur Dei Verbum sacrosanctum esse, lo-
quentis sanctitas & maiestas cumulatè demonstrat, absitque
à Christiano viro, vt aliquod eiusmodi verbum, quomodolibet
prolatum, ipse spernat, neget, repudiet, quoddam quidem san-
ctum à sancto traditione, vel scripto, profectum, sanctè quo-
que ille venerari debet. Is etiam fidei Regulam, diuina my-
steria complectentem, Theologicis contemplationes, Scri-
pturarum veritatem, integritatem ac intelligentiam, Rituum
denique rationes (Traditione scilicet, vt paulò ante demon-
strauimus, ab Ecclesia susceptas & custoditas) statim ignora-
bit, negabit, & pro virili dolèbit ac perdet, quicunque Tradi-
tum Dei verbum (quo nimirum ea omnia continentur, decla-
rantur, & patent) negligere, inficiari, ac impudenter repudiare
non perhorruerit. Idem quoque Scripturas ipsas diuinas,
quamuis illas se venerari publicè profiteatur, re ipsa contem-
net, vt potè, qui earum monita & præcepta negligat, quibus
ipsæ nos frequenter hortantur & cogunt ad Traditiones in-
quirendas, discendas, narrandas, & diligenter seruandas, vt
exempli causa [Interroga Patrem tuum, & annuntiabit tibi,
maiores tuos & dicent tibi] & [Interroga enim generatio-
nem pristinam, & diligenter inuestiga patrum memoriam] Et
[Non te prætereat narratio seniorum, ipsi enim didicerunt à
Patribus suis] Et [Vbi sunt mirabilia eius, quæ narrauerunt
patres nostri] Et [Narrabilique filio tuo in die illo dicens,
hoc est quod fecit mihi Dominus, quando egressus sum de
Aegypto] Et [Quanta mandauit Patribus nostris nota facere
ea filijs suis, vt cognoscat generatio altera, filij qui nascentur
& exurgent, & narrabunt filijs suis] Et [Deus auribus nostris
audiuimus, patres nostri annunciauerunt nobis] Quæ quidem
omnia de narrationibus voce, sine scripto, traditis sunt profe-
ctò intelligenda, quas tum faciendas, & discendas monet, tum
factas probat veteris Testamenti Scriptura, in Nouo autem
PAVLVS APOSTOLVS apertè iubet [Tenete traditiones,

si
quas

Arg. 1.

Arg. 2.

Arg. 3.

Deut. 32.

Job 8.

Eccl. 8.

Jud. 6.

Exod. 132.

Ps. 77.

Ps. 43.

2. Thess. 3.

quas didicistis, siue per sermonem siue per epistolam nostram.]
 1. Cor 11. E T rursus Corinthiis primam Epistolam scribens [Laudō
 autem vos, fratres, quod per omnia mei memores estis; & sic
 Arg. 4. eut tradidi vobis; præcepta mea tenetis.] Ecclesiam quoque
 ille non audiet, qui eiusmodi Traditiones repudiauerit; quas
 Ecclesiam custodire, Apostolis acceptas referre, fidelibus tra-
 dere, & vltimo ipso comprobare omnes norunt (vt nos etiam
 paulo ante cumulatè demonstrauimus) erit igitur iste, Eccle-
 siam non audiens, inter ethnicos & publicanos Domini præ-
 cepto iure habendus. Qui Patrum auctoritatem similiter con-
 temnerit, cum illi tum diuina scribentes; tum coniunctim de-
 cernentes fide amplectendas, & factè seruandas esse Traditio-
 nes constanter prædicent ac iubeant, inter quos CYRILLVS
 Catech. 3. IEROSOLYMITANVS, inquit [Videte itaque fratres, vt ser-
 uetis traditiones, quas nunc accepistis; & in latitudine cordis
 eas describite, vt cum pieque illas custodiaris] BASILIVS VE-
 ro ait [Si consuetudines, quæ non sunt scriptæ, veluti non ma-
 gni ponderis, ac momenti non emur reijcere; pro se ad Euan-
 gelia in his, quæ necessariæ sunt, inscientes damnabimus, ac
 (quod maius est) prædicationem ad nudum nomen contrahe-
 mus.] Et rursus [Apostolicum arbitror esse etiam in non
 scriptis traditionibus perseverare. Laudo enim, inquit Pau-
 lus, quod omnia mea meministis & quemadmodum tradidi
 vobis, continetis traditiones, & obtinetis traditiones; quas
 accepistis, siue per sermonem, siue per epistolam.] Cum quo
 In 2. Theff. optime consentiens CHRYSOSTOMVS scribit [Sine Scri-
 ptura, & cum Scriptura nonnulla tradebant, Apostoli, & vtra-
 que digna erant, quæ obseruarentur.] atque THEOPHILACTVS
 In 1. Cor. inquit [si que ex his cum Paulum, tum Apostolos reliquos
 haudquaquam omnia litteris mandasse præcepta, quæ popu-
 lis tradidissent.] Præcepta autem Apostolica negligenda es-
 se qui dixerit? SEXTA SYNODVS de singulari quadam
 A& 4. traditione dicebat [Hæc est Apostolorum Christi vna tradi-
 tio,

tionem, quam ubique existens Ecclesia, qua præcipue diligen-
 da, atque fouenda, & fiducialiter prædicanda est.] Quod si ab
 Apostolis voce tradita, non essent ab Ecclesia seruanda, &
 obseruanda, certè AVGVSTINVS huiusmodi argumento
 non esset vsus [Quia per totam custodiuntur Ecclesiam,
 non nisi ab Apostolis tradita, & commendata creduntur.]
 Neque INNOCENTIVS primus dixisset [Non quod no-
 ua præcepta aliqua imperentur; sed ea, quæ per desidiam
 aliquorum neglecta sunt; ab omnibus obseruari cupimus,
 quæ tamen Apostolica Patrum traditione sunt constituta,
 Scriptum namque est.] State & tenete traditiones quas didi-
 cistis siue per Epistolam siue per sermonem.] vel NICOLAVS
 primus affirmasset [Ridiculus, & satis abominabile de decus
 est, vt traditiones, quas antiquitus à Patribus suscepimus,
 infringi patiamur.] Hoc præterea Verbo tradito catholica
 Dogmata confirmantur, errores cauentur, hæses conuin-
 cuntur, & mores conformantur, quare illi auctoritatem liben-
 ter concedemus, fidem adhibebimus, factis obtemperabimus.
 Imò summam auctoritatem in eo agnoscemus, certa & con-
 stanti fide illi adhærebimus, quod, cum Scripturis collatum,
 dignitate, & auctoritate illis æquari mox intelligemus, atque
 Argumentis ac testimonijs cumulatè demonstrabimus. Ne
 igitur tot ac tantos sapientiæ thesauros incautè vel malitiose
 amittamus, Traditum hoc verbum, quod Ecclesia cu-
 stodit & tradit, Patres quoque singuli, vt vidimus, hono-
 rificè commemorant, prædicant, & comprobant, prom-
 pto nos animo, & sine cunctatione amplectamur, fide & ope-
 re foueamus, atque acutè, & accuratè retentum mordicus
 defendamus.

Lib. 2. de
 bapt. con.
 Donat.
 Ep. ad Eu-
 gubinum.

Ep. ad Hil-
 matum.

Arg. 6.

Arg. 7.

Conclusio.

Responsiones ad singula argumenta, quæ eradi-

Verbo paulo ante obijciebantur.

Cap. XV.

Ad 1. Arg.
1. Tim. 3.

2. Theff. 2.

PLurima quidem numero argumenta, ui autem & pondere (vt nunc cognoscemus) leuia & infirma, paulo ante adduximus verbum ipsum traditum impugnantibus, quorum aliquot ipsi hæretici obijcere solent, cætera nos excogitauimus vt veritatis vis, maiori impetu propulsato, firmior ostendatur, Hæc igitur omnia sigillatim iam diluamus, atque omnem iniectum scrupulum ex priorum, & imbecillium hominum animis quamprimum euellamus. Paulus itaque Apostolus non temerè scripturam vtilem ad docendum, ad arguendum, ad corrigendum, ad erudiendum in iustitia, vel etiã ad omne opus bonum esse dicebat, nec tamen sufficere illam (quicquid dicant hæretici) iccirco assererat, aut Traditum, sine scripto, verbum inutile iudicabat, quod quidem Thessalonicenses tenere & obseruare alibi scribens iubebat, Scriptura quidem homo Dei instruitur, sed traditione quoque eruditur & confirmatur, & quamuis omnia necessaria generatim scriptura complecteretur, singula tamen distinctè & plenè non exprimeret, quorum cognitio (vt iam demonstrauimus) magna ex parte à Traditione pendet, qua etiam tum vniuersa Scriptura, tum singuli eiusdè libri, atque illorū intelligentiæ dilucidantur, iudicantur, & confirmantur, vt iccirco, ea seclusa, Scripturæ ipsius utilitas, & vis labefacteretur, & corrumpatur. Hæc verò omnia sunt abundè & fusè à nobis paulo ante demonstrata. Quare scripturæ vim & subsidiū expressè laudās Apostolus, Traditionis quoque præfidiū & robur tacitè commendabat. Præterea verò nō de vniuersa Scriptura, sed de singulis scripturæ partibus loquebatur Apostolus, perindè ac si diceret. Quæcunque scriptura diuinitus inspirata. In omni enim

nim libro quatuor illa deprehenduntur, ad quæ scripturā vtilē esse ipse affirmabat, vt quilibet periculū de eo faciens faciliè cognosceret, nec tamen iccirco cæteræ scripturæ dicendæ erunt superuacaneæ, quare nec tradita verba essent propterea, veluti inutilia, repudianda. Verum estò etiam quod de vniuersa scriptura Paulus loqueretur, certè non poterat loqui nisi de illa vniuersa, quæ tunc extabat, at nondum Ioannes Euangelium & Apocalypsim conscripserat, & nonnullæ etiam Epistolæ deerant, quæ omnes reliquæ Scripturæ inutilis iccirco dicendæ essent. Quod si verum liberè fatendum est, de sola veteri scriptura id expressè assererat Apostolus, vt potè qui de illa sola tunc sermonē habebat, quod orationis contextus apertè demonstrat, cum enim hæc verba ille scripsisset [Ab infantia sacras litteras nosti, quæ te possunt instruere ad salutaria per fidem, quæ est in Christo Iesu] Quæ profectò verba de veteri testamento intelligenda sunt, cum ea sola potuerit ab infantia Timotheus didicisse. Statim adscripsit [Omnis scriptura diuinitus &c.] Vel igitur vnà cum traditis verbis euangelica scripta erunt (quod absit) infructuosa, vel omnia simul erunt vtilia. Deus quoque per Moysen iubebat ne Verbo, quod ipse loquebatur, vel præcepto, quod dabat, aliquid adderetur. Cui quidem nos planè obtemperamus, vt potè verbo ac præcepto nihil addentes, sed omne ipsius Verbum & præceptum traditum sine cunctatione suscipientes, omni Verbo, quodcunque locutus est Deus, fidem adhibentes, & quicquid ipse quomodolibet præcepit, id omne, saltem secundum spiritualem intelligentiam, seruantes. At ipsi hæretici Deo verè non obediunt, vt potè qui è contrario solū scriptum Verbum, & præceptum custodiunt, atque Dei generali enunciatō (illud nimirum contrahentes) detrahunt, loquitur enim Deus sine scripto (vt iam probatum est) ipsi verò non credunt, præcipit sine scripto, ipsi non parent, cum tamen Deus per Moysen omni verbo quod loquebatur, atque omni

2. Tim. 3.

Ad 2. arg.
Deut. 4.
Deut. 12.

ni præcepto, quod tradebat, obtemperandum esse generatim iusserit. Verumtamen illorum quispiam fortasse dicet se nihil profectò Dei enunciato detrudere, nec illud etiam iccirco contrahere. Quicquid enim tunc loquebatur Deus ac præcipiebat, id omne utique fuisse per ipsum Moysen litteris postea mandatum, se autem scriptum quodcunque Verbum liberè suscipere. Huius quidem dictum & dicti interpretationem nos in primis admittimus, ut potè quod nostræ assertioni non repugnet, nec Dei Verbum omne scriptum esse generatim concludat, præterea verò demonstramus Verbo ipsi, per Moysen scripto, plurima necessariò addenda esse Dei expressa verba, Evangelica enim præcepta ac verba Moysen non scripsisse, imò nec totum vetus testamentum eundem conscripsisse ipsi etiam hæretici negare non audent, negantes autem illos facilè Prophetica, & Apostolica scripta evincere. Hoc autem constituto illud statim ruit, quod ex Moysis verbis obijciebatur, quibus alia Dei verba addere cum nobis liceat, Tradita quoque eiusdem verba adiungentes iusta reprehensione carebimus. Quòd si illi dixerint (ut quidam dicere videntur) cætera omnia tum Prophetica tum Apostolica scripta Mosaicis libris quoquomodo contineri, nos pariter dicere poterimus Tradita quoque verba eodem profus modo, quo scripta, ab iisdem libris comprehendi, par enim est amborum ratio. Quamvis de expressis verbis noster institutus sit sermo. In Pauli deinde Apostoli obiectis testimonijs verbum illud [Euangelizare] in primis est obseruandum, & quid valeat videndum, putant enim illi hoc significare. Euangelium scribere. falsa tamen verbi significatione falluntur, cum id potius significet, Euangelium nunciare ac prædicare, quòd quidem per Angelum DEVS indicavit, pastoribus voce non scripta dicentem [Euangelizo vobis gaudiũ magnum] & DOMINVS Ioannis discipulis dixit [Pauperes euangelizantur] nemine tamen euangelium adhuc scribente, atque

iccirco

Ad 3. arg.

LUC. 2.

Matth. 11.

iccirco Euangelij etiam nomine Verbi prædicationem, non scripturam, significare Apostoli ac discipuli consueverunt, quòd OECUMENIVS obseruans de ipsis Euangelistis affirmat, quòd illi narrationes, à se scriptas, Euangelium nuncupare minimè solebant, Marci verò testimonium (quòd obijcere forsàn aliquis potuisset) interpretatur dicēs [& Mattheus liber, inquit, generationis, quòd si Marcus dixit, Initium Euangelij Iesu Christi, non tamen suam scripturam vocat Euangelium, sed Christi prædicationem, initium enim prædicationis Christi fuit, progressus à prædicatione Ioannis, initium verò reuelationis mysterij Christi, & incarnationis ipsius fuit natiuitas ex Virgine, & quæcunque ad hæc secuta sunt, quo etiã initio scriptorum suorum vsus est Mattheus, & idem hic Lucas, quæ scripta fideles postmodum Euangelia quoque appellare dignati sunt, tanquam verè complectentia Euangelium, hoc est Christi doctrinã] Id ipsum quoque sentiens PAVLVS APOSTOLVS dicebat [Secundum Euangelium meum] non quidem scripturam, sed prædicationem ipsam significans, quòd animaduertens AVGVSTINVS ait [Quòd Apostolus secundum Euangelium suum prædicare testatus est, quòd autem erat Apostoli Pauli Euangelium, hoc etiam cæterorum Apostolorum, & omnium fidelium dispensatorum tanti sacramenti. Hoc enim alibi dixit, siue ergo ego, siue illi sic prædicamus, & sic credidistis, non enim omnes illi Euangelium conscripserunt, sed tamen omnes Euangelium prædicauerunt, narratores quippe originis, factorum, dictorum, passionum domini Iesu Christi propriè dicti sunt Euangelistæ, nam & ipsum nomen, si quæramus quòd latinè interpretetur, bonum nunciũ dicitur Euangelium, vel bona annunciatio, quòd quidem cum aliquid bonum annunciat, semper dici potest, propriè tamen hoc vocabulum obtinuit illa, quam dixi annunciatio Saluatoris] Ex vi igitur verborum (euangelij scilicet, & euangelizare) possumus iam quid Paulus senserit, ad

Galatas

In Act. Ap.
cap. 1.

2. Tim. 2.

Cõtra Fau-
stum lib. 2.

Galatas scribens, & quæ obijciebantur verba proferens, non obscure intelligere, atque iccirco liberè affirmare non verëbimur illum de ipsa verbi prædicatione, ac traditione locuti fuisse, quod etiam declarant hæc, quæ proximè sequuntur, verba [Præter id quod accepistis] quod enim traditur, id propriè accipitur, Aduersarij autem istud Apostoli testimonium perindè nobis obijciebant, ac si de ipsis Scripturis, & quidem solis ille loqueretur, in quo pariter testimonio aliud quoque verbum est considerandum, cum enim ipse Paulus [Præter] dicebat, non additionem cum cæteris dictis vel scriptis coherentem, sed inuersionem, diuersitatem ac repugnantiam significabat, cuiusmodi sanè erat illorum doctrina, aduersus quos Paulus tunc disputabat, quod apertissimè declarant quæ proximè antecedunt verba, sunt verò hæc [Miror quod sic tam citò transferimini ab eo, qui vos vocauit in gratiam Christi, in aliud Euangelium, quod non est aliud, nisi sunt aliqui, qui vos conturbant, & volunt conuertere Euangelium Christi] sequuntur verò illa [Sed licet nos aut Angelus de cælo euangelizet &c.] Eadem quoque vocabuli. Præter. significatione utebatur Apostolus alio in loco dicens [Qui dissensiones & offendicula præter doctrinam, quam vos didicistis, faciunt] Præterea verò quomodo dicitur anathema id omne verbum, quodcunque Pauli scripturæ, vel doctrinæ additum fuerit, cum Ioannes Apostolus Apocalypsim, & Epistolas addiderit, imò Euangelium adiunxerit, quod quidem quadraginta saltem annis post Christi ad cælum ascensionem, vel etiam sexaginta (ut alij asserunt) in Asia ipse conscripsit? Ea propter dicebat AVGVSTINVS [Si quis uobis euangelizauerit præter quàm quod accepistis anathema sit, non ait plus quàm accepistis, sed præter quàm quod accepistis, nam si illud diceret sibi ipsi præiudicaret, qui cupiebat venire ad Thessalonicenses, ut suppleret quæ eorum fidei defuerunt, sed, qui supplet, quod minus erat addit, non quod inerat tollit]

Quam

Gal. 1.

Gal. 1.

Rom. 16.

Tract. 98.
super Io.

Quam etiam interpretationem idem comprobat aduersus Lib. 17. c. 3.
Faustum manichæum scribens, atque illo ætate superior CY-
PRIANVS eadem Apostoli verba interpretatus inquit [Sed Ep. ad Cæ.
licet nos, aut Angelus de cælo aliter annunciet, præter quàm cillum.
quod annunciauimus vobis, anathema sit, sicut prædiximus,
& nunc iterum dico, si quis vobis annunciauerit præter quàm
quod accepistis anathema sit, cum ergo neque ipse Aposto-
lus, neque Angelus de cælo annunciare posset aliter aut do-
cere, præter quàm quod semel Christus docuit & Apostoli
eius annunciauerunt, miror satis vnde hoc usurpatum sit, vt
contra Euangelicam, & Apostolicam doctrinam &c.] Qua-
quidem interpretatione non obscure asserit Cyprianus ver-
bum [præterquam] non plusquam, sed contrà, & secus quàm
acceperint, significare ita quoque interpretantur Hierony-
mus^a Ambrosius^b & Basilius quod pariter inueniunt. CYRIL-
LVS ALEXANDRINVS dicebat [Tam certus est autem Bea-
tus Paulus, quod & Angelos anathematizet si inuertat euan-
gelium Christi] Nos autem nec inuertimus nec peruertimus
ipsum Christi euangelium ac Dei verbum, imò nec ei aliquid
addimus, sed traditum Dei verbum, ab Ecclesia custoditum,
libenter agnoscimus ac veneramur, quod quidem cum scri-
pto verbo aptissimè cohæret, illud interpretatur, auget, con-
firmat, & ab eodem pariter declaratur & corroboratur. Quæ
verò ab Aduersarijs obijciebantur Augustini verba nobis nõ
obsunt, is enim Apostoli dictum non interpretabatur, sed ad-
uersus illos proferebat, qui contraria Scripturis docebant,
quas Euangelio comprehendi dicimus, quo scilicet tum scri-
ptum tum traditum Verbum continetur. Quare Scripturarum
aduersarios, Euangelij pariter hostes esse fatemur. Quisquis
enim speciem euerit eiusdè quoque genus oppugnat. Quo-
modo verò Augustinus illud Pauli testimonium alibi inter-
pretatus sit paulò ante audiuius. Atque Basilius similiter
id ipsum Apostoli dictum asserbat ad probandum quod à

T t

scriptu-

a In Ep. ad
Gal. c. 1.b In Ep. ad
Rom. c. 16.
c Mor. 72.c. 1.
lib. de reſta
fide ad Reg.Lib. 3. con-
tra lit. Pet.
c. 3.

Mor. sum. 72. c. 1. scripturis aliena sint repudianda, dicebat enim [Quòd oportet Auditores eruditos in scripturis probare ea, quæ a Doctolibus dicuntur, & quæ quidem consona sunt scripturis suscipere, quæ verò aliena rejicere] idque Apostoli testimonio confirmabat, quod & nos fatemur, qui tamen in Traditum quoque verbum accommodari posse illud Pauli testimonium asserimus, ut potè quod vniuerso generi congruat, traditis ac scriptis verbis communi. Nec etiam à Christo (ut dicebatur) hoc traditum Verbum respuit, is enim solas humanas traditiones repudiabat, quas quidem ipsi Iudæi, in synagogam temerè introductas, studiosissimè obseruabant, cum interim diuina præcepta iidem sæpius negligerent, inter eiusmodi autem pharisaicas traditiones profectò numerabantur ipsa manuum, calicum, vrceorum, ærumentorum & lectorum baptismata, quorum occasione discipuli Domini, ut potè illotis manibus cibum capientes, à Iudæis reprehendebantur, quos iusta reprehensione carere ipse Dominus, reiectis illis traditionibus, constanter affirmavit, de Iudæis autem dixit [In vanum me colunt docentes doctrinam, & præcepta hominum] De hominum itaque præceptis & traditionibus ipse loquebatur Christus, ut Irenæus etiam notauit dicens [Non per Moysen datam legem dicens præcepta hominum, sed traditiones presbyterorum ipsorum, quas finxerunt, quas vindicantes frustrabantur legem Dei, & propter hoc nec verbo eius subiecti erant] Id ipsum obseruarunt, ac de eo nos diligenter admonuerunt cæteri Patres, atque Christus ipse palàm testatus est eiusmodi traditiones, tum humanas, tum verò cum Dei verbo apertè pugnantem fuisse, ait enim [Irritum fecistis præceptum Dei, ut traditionem vestram seruetis] Ad quos Iudæos, ad fidem postea conuersos, P E T R V S scribebat [Redempti estis de vana vestra cõuersatione paternæ traditionis] & P A V L V S de seipso olim infideli testatur [Proficiebam in Iudaismo super multos coetaneos meos in genere meo, abundanti-

dantius æmulator existēs paternarum mearum traditionum] ad Titum verò scribebat [Non intendentes Iudaicis fabulis, & mandatis hominum] Huiusmodi verò Iudaicas traditiones quibus auctoribus Iudæi olim tribuerint, si quispiam quærat, audiat is E P I P H A N I V M dicentem [Traditiones seniorum expositiones apud Iudæos appellantur, sunt autem hæ quatuor, Vna quæ Mosis nomine fertur, altera eius, qui vocatur Rappiaciba, tertia Adda, siue Iuda, quarta filiorum Asamonei] Quarum tria posteriora saltem genera reprehendebantur, si tamen primum erat germanum & incorruptum Moysis verbum, Nos autem non de humana traditione, sed de ipsius Dei verbo tradito sermonem habemus, quod quidem amplectimur, custodimus, ac (ut decet) magnificimus, sicut pharisaicas traditiones contemnimus, & irridemus. Nec à sanctis Patribus iccirco abhorremus, quorum doctrinam semper amplectentes, ipsorum vestigia studiosè persequimur, imò illis ducibus, auctoribus, & doctoribus diuinas & apostolicas traditiones agnoscimus, suscipimus, atque earum auctoritatem ratam habemus. Cyprianus autem, nobis obiectus, illas non repudiat, sed nouas, confictas, & vanas traditiones meritò spernit, atque diuina & apostolica auctoritate carètes respuit, cuius quidem generis illam esse consuetudinem sibi (quamuis falsò) persuadebat, quam Stephanus illi obiecerat. Ne scilicet hæreticus vir, ad Ecclesiam reuersus, à Catholicis baptizetur, sed illi accedenti manus in pænitentiam solum imponatur. Quam quidem consuetudinem ac traditionem, veluti humana auctoritate (ut ipse tunc putabat) introductam, imò cum diuinis præceptis ac dogmatibus expressè pugnantem, liberè damnabat, & in ipsam acriter inuectus dicebat [Quæ ista obstinatio, quæ uè præsumptio humanam traditionem diuinæ dispositioni antepone, nec animaduertere indignari & irasci Deum, quoties diuina præcepta soluit & præterit humana traditio? sicut per Isaiam prophetam clamat & dicit Populus iste

Tit. 1.

li. 1. Tom. 2
aduer. Ptol.fortasse Rab
bi Akiba

Ad quintũ.

Ep. ad Póp.

labijs honorificat me, cor autem eorum longè separatum est à me, sine causa autem colunt me, mandata & doctrinas hominum docentes, Item Dominus in Euangelio increpans similiter & obiurgans, ponit & dicit. Deiecistis mandatum Dei vt traditionem vestram statuatis, cuius præcepti memor beatus Paulus monet ipse quoque, & instruit dicens. Si quis aliter docet, & non acquiescit sanis verbis Domini nostri Iesu Christi, & doctrinæ eius, stupore elatus est, nihil sciens, descendendum ab huiusmodi. Præclara sanè ac legitima traditio à Stephano fratre nostro proponitur, vt auctoritatè nobis idoneam præbeat] legitimas itaque traditiones, cum Scripturis ac præceptis diuinis cohærentes, non respuebat Cyprianus, sed humanas, cum Dei verbo pugnantes, repudiabat, eiusmodique esse à Stephano productam traditionem tam certò, quàm falsò sibi persuadebat, atque iccirco illius traditionis originem proferri, & sibi indicari postulabat, vt eandem, si fortè illà à Domino vel Apostolis manasse Stephanus demonstrasset, ipse pariter amplecteretur, interrogabat igitur. [Vnde est ista traditio? vtrumne de dominica & Euangelica auctoritate descendens? An de Apostolorum mandatis & Epistolis veniens?] Dominicam autem & euangelicam auctoritatem non eam profectò solam is vocabat, quæ in scripturis est, cum eadem ad Traditum quoque, verbum (vt demonstrauius) pertinere possit ac debeat, qua tamen auctoritate obiectam traditionem carere, nec apud omnes vigere, sed apud quosdam solos absque veritatis auctoritate eandem obrepisse ipse putabat, quare illam pariter repudiabat dicens] Nec consuetudo, quæ apud quosdam obrepserat, impedire debet quominus veritas præualeat, & uincat, nan consuetudo sine veritate uetustas erroris est, propter quod, relicto errore, sequamur ueritatem [Quas itaque Traditiones Cyprianus tum respuat, tum etiam amplectatur, abundè iam suamet uerba declarant, cui nos quoque libenter subscribimus, ut paulò post fusius

expli-

explicabimus, cum certas notas trademus, quibus diuinæ, & Apostolicæ traditiones ad humanis, germanæ & veræ ab adulterinis & falsis sine errore discernantur, interim autem de germanis ipsis, & solis uerbis à Deo traditis sermonem nos habemus, atque illorum dignitatem & auctoritatem agnoscimus, ac prædicamus, quæ Cyprianus pariter (vt uidimus) non repudiat, sed potius suscipit, & frequentissimè commendat. Eadem uerò Hieronymus quoque amplectitur, ac reueretur, nec ipsius uerba nobis obiecta, illis quomodolibet repugnare putanda sunt, is enim Zachariæ uaticinium quoddam, ex apocryphis (vt ipse referebat) somnijs temerè sumptum, eo loco respuens dicebat [Quia descripturis non habet auctoritatem, eadem facilitate refellitur, qua probatur] id ipsum nos quoque liberè concedimus, Apocrypha enim somnia non esse tradita Dei uerba, sed adulterina scripta fatemur, vt potè qui sola canonica scripta ueneremur, cum itaque Hieronymus non de ipso Verbo tradito, sed de scripto loqueretur, quod tamen non ex canonicis scripturis, sed ex apocrypho quodam libro proferebatur, mirum esse non debet de huiusmodi uerbo ipsum dixisse, quòd eadem facilitate refelleretur, qua probabatur. Cum Augustino autem nos quoque dicimus suffice- re ad salutem nostram, quòd ea sola Dei uerba scripta sint, quæ in canonicis libris leguntur, quoniam cætera traditione custodiuntur, ea enim ab Augustino excludi dicendum profectò non est, quem Traditiones ipsas non scriptas sapius commemorantem, ac magnificentè iam pridem audiuius, quare in eandem sententiam ipsum ea scripsisse fatendum est, quæ Aduersarij, peruersè interpretata, nobis obijciebant. Apostolus tamen eo in loco de solis Christi miraculis loquebatur, quòd si eiusdem quoque dicta (vt Augustinus addit) oratione is complecteretur, non tamen iccirco Augustini testimonium Traditum Verbum excluderet, quo nec etiam illæ Scripturæ excluduntur, quibus Christi facta vel dicta non con-

tinentur,

Ad sextum.

Ibidem
In Matth. c.
23.

Ad septimū

Ep. ad Pom-
peium

Ibidem.

tinentur, vt sunt Acta Apostolorum, & ipsorum epistolæ, in quibus plurima Diuina Verba, nec quidem superuacanea, Christi autem facta vel dicta pauca admodum leguntur. In altero autem Augustini testimonio nobis obiecto obseruandum est verbum [legere] consultò enim eo vsus est Augustinus, ne scilicet Traditum Verbum excluderet, sola enim scripta leguntur, tradita tamen æquè ac scripta intelliguntur. Multò verò minus tradita verba negabat Irenæus, qui toties illa, vt vidimus, commendabat, ac religiosè suscipienda esse monebat, dolebat tamen ille versutos quosdam hæreticos, diuinas ipsas scripturas atque illarum sensum temerè declinantes, ad commentitiam traditionem callidè confugere, nec ad ueram & Apostolicam traditam doctrinam prouocare, quam ipse venerabatur, & cum Scripturis sacris aptissimè cohærere nouerat, atque iccirco paucis interiectis verbis hæc adscribebat [Cum autem ad eam iterum traditionem, quæ est ab Apostolis, quæ per successiones presbyterorum in Ecclesijs custoditur, prouocamus eos, qui aduersantur traditioni, dicent se non solum presbyteris, sed etiam Apostolis existentes sapientiores, sinceram inuenisse ueritatem] cui nos subscribentes Apostolicas quidem traditiones libentissimè amplectimur, fidas autem & commentitias hæreticorum fabellas cum eodem pariter improbamus, ac reiiciendas monemus. Fatemur quoque cum ipso Basilio demonstrationes, ex Scriptura ductas, optimas esse ac necessarias, nec tamen Traditiones iccirco negamus, vel, quas pariunt, demonstrationes contemnimus, sed cū eodem Basilio tum has, tum illas magnificamus, vt potè cum scriptura congruentes, & ab ipsa probatas, cuius etiam remedia, ægris adhibenda, illarum quoque adiunctam medicinam non respuunt. An verò dicemus Chrysoctomum diuinas traditiones iccirco repudiasse, quia Euangelio, & prædicationis verbo concludi omnia assererat? id quidem nos quoque liberè affirmamus, qui tamen scripturis omnia contineri

li. 1. de cõf.
Euang. c. vi-
timo
Ad Octa-
uum.

li. 3. c. 2.

Ad Nonum

Ad Decimū

tineri negamus, Ipsum enim Euangelium ac prædicationis verbum ea omnia simul comprehendere nouimus, quæcunque scripto vel voce tradita sunt, vt paulò ante, nominis vim ac interpretationem explicantes, demonstrauimus, Absit igitur vt dicamus Chrysoctomum traditionem repudiasse, vel in repudij suspicionem aliquando incidisse, qui illam ita constanter asserit, atque in ipsa acquiescendum monet, vt dicat [Traditio est, nihil quæras amplius] Cum Theophilo etiam nos pariter dicimus humana sophismata non esse sequenda, nec aliquid extra Scripturarum auctoritatem putandum esse diuinum, traditiones autem humana esse sophismata, vel scripturarum auctoritate carere constanter negamus, eas enim pro diuinis verbis habemus, atque Scripturarum testimonijs generatim niti iam pridem diximus ac demonstrauimus. Cyrillus autem de solis factis Christi loquebatur, cum nostra quæstio omnia Diuina verba complectatur. Præterea verò non concedimus Diuinas vel Apostolicas traditiones aliquas inter se pugnare aut diffidere, quod quidem nec obiecta exēpla demonstrat. Paschatis nāque festum, ab Apostolis traditum, dominica die post decimam quartam lunæ agendum esse Nicænum Concilium, eadem Apostolica traditione nixum, decreuit, atque Romanæ Ecclesiæ morem apostolicum esse declarauit, quem autem orientales Ecclesiæ aliquot à Ioanne & Philippo se accepisse iactabant, ementitum & prauum esse pronunciauit. Connubio quoque sacerdotibus Apostolica, traditio interdixit, à quo illi in occidentali Ecclesia iccirco semper abstinerunt, eiusdem autem ius & vsus sibi ipsis arrogant Orientales, atque temeritati ac licentiæ traditionem pariter prætexunt, vt scilicet libidini ac errori excusationem aliquam parent, quamuis Apostolorum decreta & exempla contrarium omnino iubeant, & ostendant, quod testatus EPIPHANIVS dicebat [Reuera non suscipit sancta Dei prædicatio post Christi aduentum eos, qui à nuptijs mortua eo-

in Ep. ad
Theff. hom.
3.
Ad Vndeci-
mum.

Ad Duode-
cimum.

Ad Decimū
Tertium.

Hær. 59. li.
li. 2. tom. 1

rum

rum vxore secundis nuptijs coniun&i sunt, & hæc certò sancta Dei Ecclesia cum sinceritate obseruat, sed adhuc viuentem, & liberos gignentem vnius vxoris virum non suscipit, sed eū, qui se ab una continuit, vel in viduitate vixit, Diaconū & presbyterum & episcopum, & hypodiamonum, maxime vbi sinceri sunt canones Ecclesiastici, At dices mihi, omnino in quibusdam locis adhuc liberos gignere presbyteros, & diaconos & hypodiamons, At hoc non est iuxta canonem, sed iuxta hominum mentem, quæ per tempus elanguit.] Stephanus autem, cuius dictum aduersarij nobis obijciebant, de hac praua Orientalium consuetudine loquebatur, quam ab Apostolica traditione fluxisse non concedit Epiphanius, Nec tamen Stephanum de contrahendo matrimonio loqui dicendum est (vt aduersarij ipsi sibi persuadent) sed de matrimonij vtu, cum enim dixit [Matrimonio copulantur] copulatio vtuntur significauit, vt sciè Glossator exposuit, & NICOLAUS Papa accepit ad Salonitanum Episcopum scribens [Nosse desideras vtrum mulier, quæ viri filium, ex alia femina genitum, de sacro fonte leuauerit, postea possit cum eodem viro copulari] atque Augustinus & Gregorius pariter acceperunt. Sed de his aliàs. Irenæum autem falsa quadam narratione deciprum fuisse fatemur, à quo Patres omnes vno ore dissentiunt, & Christum dominum, trigésimum quartum annum agentem, Cruci affixum esse constanter prædicant. Nullas tamen Traditiones, quas veluti Apostolicas retinemus, cum diuinis Scripturis pugnare concedimus, quò verò ad dies festos, nobis obiectos negamus Apostolum Paulum dies festos, quos Christiani obseruant, vnquam damnasse, qui scribit [Permanebo autem Ephesi vsque ad Pentecostem] Et de quo LUCAS narrat [Festinabat autem, si possibile sibi esset, vt diem Pentecostes faceret Ierosolymis] Quæ quidem dicta non de Iudæorum Pentecoste, qui quagesimo scilicet die post agni immolationem, sed de Christianorum festo die quinquagesimo post

Joan. 1. 1. 1.

1. Cor. 16. Act. 10. Apoc. 1.

a De nupt. & con. li. 1. c. 4. b li. 9. ep. 44

Ad 14.

1. Cor. 16. Act. 10. Apoc. 1.

post Christi resurrectionem sunt profectò intelligenda, vt Augustinus, Beda & cæteri Patres interpretati sunt, nec de Paulo Apostolo aliud affirmare licet, Iudæorum scilicet festa repudiante, ac dicente [Ne quis vos iudicet in parte diei festi aut Nouilunij, aut Sabbati] nisi ipsum (quod absit) pugnantia loqui diceremus. Dominicæ quoque diei meminit Iohannes dicens [Fui in spiritu in Dominica die] cuius festi, & Paschatis, aliorumque dierum festorum, tanquam Apostolicarum traditionum, honorificam mentionem fecerunt Clemens Romanus, Ignatius, Irenæus, cæterique Apostolici viri, quorum etiam testimonia aliquot paulò ante producebamus, Quæ igitur festa & tempora Paulus reprehendebat, tum ad Galatas, tum ad Colossenses scribens, erant profectò Iudicæ consuetudines & ceremoniæ, vel etiam superstitionis obseruationes, vt Patres omnes palàm fatentur ac docent, & orationis Apostolicæ contextus ipse non obscurè declarat, cū enim Paulus Galatas obiurgans dixisset [Quomodo conuertimini iterum ad infirma & egena elementa, quibus denuò seruire vultis?] hæc verba statim adscripsit [Dies obseruatis, & mensibus & temporibus & annis, timeo vos, nè fortè sine causa laborauerim in vobis] Ad Colossenses verò scripserat [Nemo vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, aut Sabbatorum] de quibus omnibus, veluti Iudicis vmbri, omittendis, ait [Quæ sunt vmbra futurorum] Nos autem nec vanas superstitiones, nec Iudicas ceremonias amplectimur & obseruamus, sed Apostolicas, salutes, ac mysticas Traditiones & consuetudines retinemus, & religiosè colimus, quæ si fortè cum Iudicis videantur aliquando conuenire, ab illis tamen mysterio, sine, & modo maximè seiunguntur, vt ipsum (exempli causa) septimi mentis Ieiunium, de quo LEOMAGNVS scribit [Cum ergò vos, dilectissimi, ad quædam, quæ etiam in veteri Testamento instituta sunt, cohortamur, non Iudicæ vos obseruantia iugo subdimus, nec consuetudi-

Coloss. 2.

Apoc. 1.

August ep. 119. c. 7. Epist. contra Adimantum cap. 16. Chry. in ep. ad Gal. c. 4. Gal. 4.

Ibidem.

Coloss. 2.

Ibidem.

De ieiunio 7 mēsis fer. 4.

nem vobis carnalis populi inducimus, Excellit super illorum ieiunia continentia Christiana, & si quid nobis atque illis commune est in temporibus, non concordat in moribus. Habeant illi nudipedalia sua, & in tristitia vultuum ostendant ociosa ieiunia, nos in nullo ad habitus nostri honestatem dissimiles, nec à iustis & necessarijs operibus abstinentes, edendi licentiam simili parcitate cohibemus, vt in vsu ciborum modus eligatur, non creatura damnetur] Quod autem obijciebant Aduersarij ex Socratis historia Catholicæ assertioni non obest, quāuis enim huiusmodi testimoniū, veluti Hæretici hominis, com modè & honestè declinare possemus, eo tamen admissio facile respondemus, dicentes scopum & finē Apostolicæ prædicationis fuisse quidem rectum & pium viuendi institutum, non autem festos dies, quos tamen superuacaneos & inutiles iccirco esse negamus, vt potè qui ad eum, quem diximus, Apostolicum finem & scopum dirigantur, & veluti media quædam, ad illum nos commodè ducant, qui scilicet Diuinorum beneficiorum, & mysteriorum hac ratione memores, auctorem amore prosequemur, atque ociosi diem festum agentes, Vacabimus & videbimus quoniam ipse est Deus, ab omnique opere malo abstinentes honestè ac piè viuemus. Festos itaque dies sancire non fuit Apostolorum scopus, sed illos, quasi media salutaria, ad hominum vitam piè & sanctè transigendam, salutemque commodè acquirendam adhibere ipsi voluerunt. Quas autem Traditiones, à posteris inuentas, nos Apostolis falsò tribuere Hæretici mentiebantur, suis auctoribus nunc figillatim ascribemus, ac nostram de singulis sententiam distinctè aperientes aduersariorum mendacia apertè detegemus. Innocentius itaque eo in loco de illis verbis loquebatur, quæ in ipsamet consecratione, vel immediatè ante ipsam proferruntur, quæ quidem cum ipsi Christo tribuantur nec in Scriptura legantur, sola Apostolorum traditione ad nos peruenire utique potuerunt. Sunt verò hæc Innocentij verba [Si for-

Ad decimū
quintum.

Ex. de celeb.
miss. c. cum
marthe.

nam

nam ipsius canonis inspicias diligenter, præter hoc, de quo tua fraternitas requisuit, alia duo videlicet. Eleuatis oculis in cælum. Et. Aeterni testamenti. poteris in ipso Canone reperire, quæ in textu Euangelico non leguntur, sanè multa tam de Verbis, quàm de factis dominicis inuenimus ab Euangelistis omissa, quæ Apostoli vel suppleuissent verbo, vel facto expressisse leguntur] cætera igitur Canonis verba suos habere auctores Pontifices ipsos concedimus, consecrationis autem & quæ recitauimus, verba, in Scripturis prætermissa, sola Apostolorum traditione nos accepisse profiteamur. Quare alterum erit Aduersariorum mendacium, quòd totum Canonem nos Apostolis acceptum referamus, cuius auctores Pontifices fuisse, non solum grauissimis testibus, sed ipsiusmet verbis facile euincitur, cum in eo sanctorum hominum mentio fiat, qui longo post Apostolos tempore nati sunt. Nec Alexander (vt dicebatur) ea sibi tribuit, quæ nos, vnà cum illo, ab Apostolis tradita prædicamus, sed de Aqua benedicta scribit [Aquam enim sale conspersam populis benedicimus, vt ea cuncti asper si sanctificentur ac purificentur] Quæ verba id in vsu & instituto maiorum positū fuisse indicant, quāuis id ipsum ab omnibus cōstanter obseruari is etiā iubeat, Quod Apostolos instituisse Clemēs Romanus, Basilius, & alij testantur, De aqua verò VINO in calice admiscenda idē ALEXANDER inquit [Non debet enim (vt à Patribus accepimus & ipsa ratio docet) in calice Domini aut vinū solū, aut aqua sola offerri, sed vtrumque per mixtum, quia vtrumque ex latere eius in passione sua profuisse legitur] mentiūtur itaque apertissimè aduersarij dicentes huiusmodi institutū sibi ipsi Alexandrū arrogasse. Absit quoque vt dicamus Thelesphorum quadragesimæ ieiunium instituisse, de quo Ignatius, Apostolis coæuus, meminit, & in Apostolorum Canonibus legitur, ac Patres omnes de eodē, veluti Apostolico instituto, mentionē faciunt, Thelesphorus autem ipsi quadragesimæ aliquot dies addidit, quibus ieiunare clerici

Epist. i.

Lib. 3. apost.
const. c. 35.
Li de Spir.
san. c. 27.
Epist. 1.

Can. 68.

V v 2

cis

Dist. 4. c. Statuimus.

cis iussit dicens [Statuimus, vt septem hebdomadas, plenas ante sanctum Pascha, omnes Clerici, idest in sortem Domini vocati, à carne ieiuent, quia sicut discreta debet esse vita clericorum à laicorum conuersatione, ita & in ieiunio debet esse discretio] Higinum quoque Chrismatis auctorem fuisse apertum mendacium est, quod in veterum monumentis nullibi legitur. Calixtus verò quatuor temporum ieiunia non instituit, sed tribus ieiunijs quartum addidit dicens [Ieiunio, quod tertium in anno apud nos celebrare didicisti, conuenientius nunc per quatuor tempora fieri decernimus] quam consuetudinem postea comprobabat Leo, & doctrinæ Spiritus sancti congruere asserbat, cuius dicta, si accuratè legantur, cum hoc Calixti decreto (quicquid dicant aduersarij) minimè pugnant. Nec Siluester confirmationis puerorum auctor extitit, nullibi enim apud catholicos hoc legitur, Nec Felix Altarium consecrationem instituit, quam nec ipsi Apostoli tradiderunt, sed ipsius auctorem Siluestrum constanter agnoscunt Catholici. Qui præterea vñtionis grauius ægrotantium traditionem se accepisse ab Apostolis profitentur, non Felici papæ eiusmodi institutionem ascribunt, de qua etiam in Scripturis aliqua fit mentio, dicente IACOBO [Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros Ecclesiæ, & orent supra eum, vngentes eum oleo in nomine Domini] & de discipulis scribente MARCO [Vngabant oleo multos ægros, & sanabant] Huiusmodi autem vñtionem esse sacramentum à Christo institutum Ecclesiastici Canones docent, & pij viri palàm fatentur. Nec Siricius addidit Missæ commemorationem, & implorationem sanctorum, quam quidem Basilius, ætate illo superior, in sua liturgia non prætermisit, &, qui vtrumq; tempore antecessit, Cyrillus Ierosolymitanus tacitus non præterijt, dicens [Cum hoc sacrificium offerimus, postea facimus mentionem etiam eorum, qui ante nos obdormierunt, primùm Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, vt Deus orationibus illorum,

&

& deprecationibus suscipiat preces nostras] Qui pariter meminit oblationis pro mortuis, cum ait [Denique pro omnibus oramus, qui inter nos vitam functi sunt, maximum esse credentes animarum iuamèn pro quibus offertur obsecratio sancti illius & tremendi, quod in Altari positum est, sacrificij] De qua oblatione mentionem quoque fecit vetustissimus scriptor Tertullianus dicens [pro anima eius orer, & refrigerium interim adpostulet ei, & in prima resurrectione consortium, & offerat annuis diebus dormitionis eius] & rursus [oblationes pro defunctis facimus] Non igitur Pelagius huiusmodi oblationem, commemorationem, & orationem pro ipsis mortuis instituit, vt mentientes aduersarij impudentissimè assererant, quorum ingentibus mendacijs iam detectis ac reiectis, ad reliqua, quæ supersunt, argumenta respondeamus, Concedentes in primis consuetudines & ritus aliquos, ab Apostolis traditos & institutos, paulatim oblanguisse, atque obsoleuisse, & re denique vel etiam verbis & decretis fuisse deletos, nec tamen iccirco verbi traditi dignitatem & auctoritatem labefactatam vel imminutam esse putantes, sicut scripti etiam Verbi maiestatem, auctoritatem, & veritatem saluam & incommen manere profitemur, quamuis nonnulla scripta instituta fuerint postea Ecclesiæ vel more dissoluta, vel canone rescissa, vt, exempli causa, est institutum illud quod Apostoli in vnū locum coacti, omnium suffragijs promulgarunt, ac decernentes litteris consignarunt his verbis [Visum est Spiritui sancto & nobis nihil vltra imponere vobis oneris quàm hæc necessaria, vt abstinere vos ab immolatis simulachrorum, & sanguine & suffocato, & fornicatione, à quibus custodientes vos bene ageris] quod quidem Decretum Ecclesia integrum non obseruat, vt potè quæ iamdiu à sanguine & suffocato, & immolato abstinere, fideles non cogat, quæ pariter potuit sine Verbi traditi contumelia ritus aliquos, ab Apostolis traditos, post aliquot secula, occasione data, omittere atque in alios salu-

lutaes

Ibidem.

Lib. de monog.

Lib. de cor. mil.

Ad decimum festum.

Ad. 15.

Epist. 1.

Ser. 2. de Ieiun. Pent. ser. 8. de Ieiun. x. men. ser. 5. de Ieiun. 7. men.

Iacob. 5.

Marc. 6.

Catech. mysta. 5.

lutares commutare, quæ verò omittendi occasio, & commutandi ratio fuerit interroganti respondemus varias quidem & graues eas tum occasiones tum rationes fuisse, quod etiam quibusdam propositis exemplis declarabimus. Solitos quidem fuisse Christianos orantes se ad Orientem conuertere, eamque Apostolicam esse traditionem iam pridem Patrum testimonijs demonstrauius, hanc verò consuetudinem etsi docti & pijs viri aliqui ita defendere conentur, vt in Ecclesia adhuc eam vigere asserant, nos tamen ipsam iamdiu neglectam esse credimus, quam nec priuatim nec publicè obseruari animaduertimus, eum non solum personæ ipsæ precantes ad opposita loca aspectum referant, sed Altaria quoque & Tempia ipsa (minus præsertim vetusta) ita sint extructa, vt ad varias Coeli plagas conuersa cernantur, cur autem hæc Traditio fuerit paulatim neglecta, & studiosè tandem deleta nobis inquirentibus, ea in primis occasio & ratio se offert, quam **LEO** primus narrat, & de ea valdè conqueritur dicens [De talibus institutis etiam illa generatur impietas, vt Sol inchoatione diurnæ lucis exurgens à quibusdam insipientioribus de locis eminentioribus adoretur, quod nonnulli etiam Christiani adeò se religiosè facere putant, vt priusquam ad Beati Petri Apostoli Basilicam, quæ vni Deo viuo & vero est dedicata, perueniant, superatis gradibus, quibus ad suggestum Aræ superioris ascenditur, conuerso corpore ad nascentem se solem reflectant, & curuatis ceruicibus in honorem se splendidi orbis inclinent, Quod fieri partim ignorantia vitio, partim paganismi spiritu multum tabescimus & dolemus. Quia etsi quidam creatorem potius pulchri luminis, quam ipsum lumen, quod est creatura, venerantur, abstinendum tamen est ab ipsa huiusmodi specie officij, quam cum in nostris inuenit, qui Deorum cultum reliquit, nonne hanc secum partem opinionis vetustæ, tanquam probabilem retentabit, quam Christianis & impijs videret esse communem? Abijciatur ergo à con-

suetu-

suetudine fidelium damnada perversitas, nec honor, vni Deo debitus, eorum ritibus, qui creaturis deseruiunt, misceatur] Quamuis verò ipse Leo veterem orandi versus orientem traditionem apertè non damnet vel tollat, abusum tamen reprehendens, & scandalum ex eo ortum narrans, nec ferendum putans, occasionem non leuem nobis offert conijciendi huiusmodi scandalum causam tandem præbuisse pijs fidelibus à veteri Traditione paulatim recedendi, quorum exemplo, horratu ac Prælatorum monitu cæteros quoque ab eadè postea abstinuisse, quare mos denique percrebuerit, vt Christiani nullam aspectus rationem, in occidentali præsertim ecclesia, precantes haberent, quem nos quoque omnes in eadè ecclesia nunc obseruamus. Quid mirū autem, si consuetudinē eam, quæ sit offendiculi occasio, ecclesia negligat? cum Christus ipse moneat [Si oculus tuus dexter scandalizat te erue eum, & projice abs te, expedit enim tibi, vt pereat vnū membrorum tuorum, quam totum corpus tuum mittatur in gehennam. Et si dextera manus tua &c.] ea propter de ablutione pedum dicebat pariter **AVGVSTINVS** [De lauandis verò pedibus cum Dominus hoc propter formam humilitatis, propter quam docendam venerat, commendauerit, sicut ipse consequenter exposuit, quæsitum est quonam tempore potissimū res tanta etiam facta doceretur, & illud tempus occurreret quo ipsa commendatio religiosius inhaereret, sed ne ad ipsum sacramentum baptismi videretur pertinere, multi hoc in consuetudinem recipere noluerunt, nonnulli etiam de consuetudine auferre non dubitauerunt] Propter varia quoque scandala, quæ in ecclesiasticis historijs, & Patrum commentarijs recitantur, illæ consuetudines immutatae sunt, per quas Eucharistiam pueris infantibus tradere, & laicos viros ac pueros sub vtraque specie communicare olim licebat, atque osculo pacis inuicè & promiscuè osculari, & noctu vigilias ad aedes sacras publicè agere decebat. Omnes denique ritus, quicun-

que

In Nat. Do.
serm. 7.

Matth. 5.

Epist. ad Iu-
narium.
cap. 18.

quæ ab Apostolis traditi, veluti mutationi quandoque obnoxij, postea obsoleuerunt, ob cauenda & declinanda scandala prætermittos, tandem fuisse conijcimus, & nominatim etiam demonstrabimus, dum singulos eiusmodi ritus, Theologiam ipsam tractantes, proprijs in locis, occasione data, examinabimus. Ea propter non æreferimus plures Apostolicos ritus oblanguisse, vel omninò deletos fuisse, quos sapienter olim institutos, temporum varietate, ac hominum malitia in scandala deinde contortos ac deflexos nouimus, atque iccirco immutari charitatis regula debuisse, & Ecclesiæ auctoritate potuisse non dubitamus. De trina quidem mersione in baptismo ab Apostolis in ipsorum canonibus (vt legitur) instituta, rescribēbat GREGORIUS magnus [Sed si nūc vsque ab hæreticis in baptismo infans tertio mergebatur, siendum apud vos esse non censeo, ne dum mersiones numerant diuinitatem diuidant, dumque quod faciebant faciunt, morem vestrum se vicisse glorientur] Illæ autem consuetudines, ab Apostolis traditæ, quæ posterioribus seculis fructuosæ & salutares cōpertæ sunt, Ecclesia studiosè retinuit quousque earum utilitas permansit, quod quidem apertè LEO primus testatur inquit [Ad horum ergo operam, Dilectissimi, piâ curam dies nos Apostolicæ institutionis inuitat, in quo sanctorum collectionum prima collectio est prudēter à Patribus & utiliter ordinata, vt quia in hoc tempore gentilis quondam populus supersticiosus dæmonibus seruebat, contra prophanas hostias impiorum sacratissima à nobis nostrarum elemosinarum celebraretur oblatio, quod, quia incrementis ecclesiæ fructuosissimum fuit, placuit esse perpetuum] vt enim dicebat ORIGENES [Lege fidei manente, cætera iam disciplinæ & conuersationis admittunt nouitatem correctionis, operante scilicet & proficiente vsque in finem gratia Dei] Quæ verò adhuc vigent Traditiones, non sunt utique parui momenti, nisi apud hæreticos, qui earum significationem & occultam

Li. 1. Reg.
op. 41.

De collectis
hom. 4.

In Il. ho. 5.

St. Decimū
Aep. imun.

cultam rationem vel non intelligunt, vel intelligentes malignosè negant & contemnunt, quid enim, exempli causa, maioris apud fideles tum ponderis tum fructus esse potest, quàm crucis ipsum signum, ab hæreticis, veluti nullius momenti, palam contemptum? cuius quidem vsus salutaris & ad omnia utilis est, significatio autem maximorum est mysteriorum plena. De illo tamen dicere traditionum hostes non horrent, quòd perindè sit digitis crucem formare, ac si quis circulum in aere figuraret, cum potius Redemptionis nostræ mysteria in hoc signo agnoscere illi deberent, & facilè possent, cum enim dextera à fronte ad pectus lineam ducimus, Filium è cœlo in terram descendentem & humanam naturam assumentem significamus, cum rursus, à sinistro humero ad dextrum alteram ducimus lineam, cur ille humana natura indutus fuerit declaramus, vt scilicet nos, qui hædi meritò dicebamur, à sinistra ad dextram per ipsum translati, agni efficeremur, & benedicti vocaremur. Integra verò Crux, ex iisdem duabus lineis figurata, ipsius passionem commonstrat, qua media ille nos redemit, & illum sequentes in cœlum ducit. Verbis denique prolatis Trinitatem, hæc omnia perficientem, exprimimus, vt iam vnice Crucis signo Christi diuinitatem, incarnationem, passionem, Trinitatem, redemptionem nostram, extremumque iudicium significemus. Quàm autem fructuosum & salutare sit huiusmodi signum, & ad quot & quæ utile sit AVGVSTINVS breuiter exposuit dicens [signum crucis præsidium est amicis, obstaculum est inimicis, Crucis mysterio rudes catechizantur, fons regenerationis consecratur, per manus impositionem baptizati dona gratiarum accipiunt, Basilicæ dedicantur, altaria consecrantur, altaris sacramenta cum interpositione Dominicorum verborum conficiuntur, sacerdotes & leuitæ ad sacros ordines promouentur, & omnia Ecclesiastica sacramenta in huius virtute conficiuntur] & de eiusdem signi vi, & efficacitate dicebat

Brentius.

Ser. 19. de
sanc. s.

Xx præ-

Catech. 13. præterea CYRILLVS IEROSOLYMITANVS [Magna hæc est custodia, quæ propter pauperes gratis datur, sine labore propter infirmos, cum à Deo sit hæc gratia, signû fidelium & timor dæmonû, triumphauit enim de illis in hoc signo] Hoc tamen signû & ipsius vsum, parui & nullius momenti esse palam prædicant, qui Traditiones repudiant, quare hoc potissimum exemplo ad eos arguendos ac euincendos vsi sumus. An autem variè tradantur & obseruentur in Ecclesia ritus & consuetudines, & cur id fiat, ac fieri rectè possit, nunc respondentes explicabimus. Dicimus itaque Ritus omnes non esse eius generis, vt ab vniuersa Ecclesia obseruari debeant, sed aliquos apud singulares Ecclesias institutos fuisse, qui quidem vel non sunt Apostolici, vel si ab Apostolis fortè fluxerunt, ita tamen ab illis instituti fuerunt, vt eorum esset libera obseruatio apud illos præsertim, quibus eiusmodi ritus traditi non erant, cuiusmodi certè sunt, quos nobis Aduersarij obiecebant, De quibus omnibus nos doctè & apertè admonebat

Lib. 1. Regi
stii ep. 41.
Cap. 5.

GREGORIUS magnus ad Leandrû rescribens [In vna fide nihil officit sanctæ Ecclesiæ consuetudo diuersa] Quâ sententiâ (vt decet) cõprobat, & verba recitat Toletanû etiam Concilium, atque eodem responso nos singulis obiectis ritibus cumulatè satisfacimus, nec tamen omnes iccirco Ritus hac Regula complectimur, vt potè qui plurimos, ab Apostolis vniuersæ Ecclesiæ traditos, ab eadem semper, & concordissimè custoditos fuisse nouerimus, quod etiam paulò ante demonstrabamus. Nunc autem aliam præterea aduersariorum argumentationem diluamus, qua illi hanc Verbi diuini, sine scripto, traditionem, veluti parùm tutam, oppugnabant, qui eadem ratione Scripturam quoque diuinam arguere vtique possent, quam à periculo pariter non vacare tum ratio, tum experientia ipsa planè demonstrant (vt nos aliàs explicauimus, & abundè ostendimus) Vtrumque tamen, tum Scriptum, tum Traditum Dei verbum, fideli Ecclesiæ custodia

Ad 18.

Tit. de vni
Dei verbo
c. 78.

dia munitum, in tuto est collocatum (quod eodem in loco pariter demonstrauiamus) eam autem custodiam si Aduersarij vnà nobiscum agnoscerent, atque Tradita Verba, Concilij & Patrum monumentis consignata, legentes animaduertent, nõ vtique illa perire facile posse putarèt. Neque falsa & ementita verba veluti tradita suscipi iidem timerent, Patrum enim testimonij allatis, atque Ecclesia ipsa teste & iudice producta, eiusmodi mendacia statim deprehenderentur, & conuicta damnarentur, sicut olim innumeri hæretici, qui tam nefarium facinus committere non horruerunt, in iudicium vocati, & à custode Ecclesiæ conuicti, ab eadem iudice condemnati denique fuerunt, vnà cum illis, qui adulterinas pariter scripturas proferebant, atque ipsarum auctoritate impia Dogmata confirmabant, est enim huiusmodi periculum & incommodum tam scriptis, quàm traditis verbis commune, vt aliàs demonstranimus. Contrarijs itaque argumentationibus dilutis, certa iam & perspecta magis erit conclusio nostra, Quòd Verbum Dei Traditum sit à fideli homine amplectendum, ac magnificandum, An verò sit cum Scripto verbo conferendum, & omnino æquandum mox inquirentes cognoscemus.

Tit. de vni
Dei verbo
& Tit. de li.
canonicis.

Ad 19.

Quòd Tradita Dei Verba sint dignitate & auctoritate Canonicis Scripturis paria demonstratur. Cap. XV I.

Verbum traditum à Catholico viro religiosè suscipiendum esse, & cum scripto comparatum, antiquitate & copia illud superare, hucusque fuit demonstratum, an verò auctoritate sit cum eodem æquandum, & par vtique fides adiungi debeat nondum apertè demonstrauiamus, Hæc tamen quaestio, quæ permagni vtique momenti est ad Traditi verbi vim plenè intelligendam, ex ijs, quæ iam sunt demonstrata &

Argumētū. certò constituta, facillè enòdari fortasse poterit. ^a Huius namque verbi auctor cum sit ipse Deus, ^b Atque eo usus sit ille ad homines in fide ac moribus erudiendos, ^c Idipsum Christus & Apostoli prædicarint. ^d Quod scriptum est idem traditum antea fuerit. ^e Canonici libri eodem confirmantur, ac intelligantur. ^f Quo etiam fidei mysteria contineantur & asseruntur (quæ omnia sunt abundè à nobis demonstrata). Quis iam mentis compos negare audebit (de quo etiam dubitare nefas putatur) Diuinam auctoritatem in ipso esse agnoscendam, atque certissimam fidem illi adhibendam, verbum quoque verbo par esse, Nec vocem membranis inferiorem existimandam? Quæ omnia animaduertentes Sancti Patres, tum verba Dei tradita studiosè retinuerunt, ac religiosè venerati sunt, tum verò dignitate & auctoritate canonicis Scripturis paria illa esse liberè affirmarunt, quorum aliquot testimonia ad illud demonstrandum nunc proferemus. CYPRIANVS in primis Apostolorum Traditiones, etiam non scriptas (de quibus scilicet agebat) verbis ipsius Christi auctoritate pares esse pronunciat dicens [Sicut par est Spiritui sancto & Christo diuinitas, ita etiam in suis institutis æqua est auctoritas, & potestas, nec minus ratum est, quod dictante Spiritu sancto Apostoli tradiderunt, quàm quod ipse tradidit.] Quòd si quis morosus fortè (quamuis falsò) dixerit de scriptis Traditionibus Apostolicis loqui Cyprianū, audiat is CHRYSOSTOMVM cum scriptis non scriptas apertè æquantè traditiones, cum ait [Paret quòd Apostoli non omnia per epistolas tradiderint, sed multa etiam sine litteris, eadem verò fide digna sunt tam illa, quàm ista] Cum quo optimè consentiens, illi coæuus, BASILIVS dicebat [Dogmata, quæ in Ecclesia seruantur, ac prædicantur, partim ex conscripta doctrina habemus, partim ex Apostolorum traditione ad nos delata in mysterio recipimus. Quæ vtraq; eandem ad pietatem vim habent, & nemo his contradicit, qui vel modicam saltem Ecclesiasticorum iurium

1. a.
2. b.
3. c.
4. d.
5. e.
6. f.

7. Argum.

De ablutione pedum

In Ep. 1 ad Theoph. hom. 3.

Li. de Spir. san. c. 27.

rium experientiam habet. Illoquebatur autem hic (vt audiui-
mus) de ipsis Dogmatibus, quæ quidem omnia ad fidem per
se spectant, eorum tamen aliqua sine scripto tradita recipi ip-
se affirmat, quibus nisi esset plena & summa fides adhibenda,
iam essent aliqua fidei dogmata absque certa & cōstanti fide
(quod absit) amplectēda. Leo quoque primus asserit non scri-
ptas Traditiones eruditionis esse Diuinæ, & de Sancti Spiritus
prodire doctrina, huiusmodi verò doctrinæ ac eruditioni sum-
mam esse auctoritatem concedendam quis ambigat? cum
etiam Scriptis Apostolicis & Propheticis fidem iccirco adiun-
gamus, quia Spiritum sanctum illa docuisse credamus, inquit
igitur LEO [Dubitandum non est, dilectissimi, omnem obser-
uantiam christianam eruditionis esse Diuinæ, & quicquid ab
Ecclesia in consuetudinem est deuotionis receptum, de tradi-
tione Apostolica, & de sancti Spiritus prodire doctrina.]
CONCILIVM denique TRIDENTINVM cum de Scriptu-
ris sacris mentionem fecisset, de ipsis Traditionibus statim di-
cit [Traditiones ipsas, tum ad fidem, tum ad mores pertinen-
tes, tamquam vel ore tenus à Christo, vel à Spiritu sancto di-
ctatas, & continua successione in Ecclesia catholica conserua-
tas, pari pietatis affectu suscipit ac veneratur.] Quare iam li-
berè concludamus Verba Dei Tradita esse Scripturis canoni-
cis dignitate, & auctoritate paria, & parem vtriusque fidem à
catholico viro esse adhibendam.

De Ieiunio
Peut. ser. 2.

Sess. 4.

*Quomodo Diuina, & Apostolica Traditiones discer-
nantur, Atque ab humanis, Ecclesia-
sticis, & adulterinis secernan-
tur. Cap. XVII.*

QVonia verò in Ecclesia quamplures Ritus & consue-
tudines vigent vel olim viguisse ferunt, quæ post Apo-
stolo-
Dubitatig.

stolorum tempora capisse videntur, aut certis etiam auctori-
 bus tribuuntur, nec semper & ubiq; custoditæ deprehendun-
 tur, quæret non inscitè quispiam an eiusmodi institutiones
 omnes inter Diuinas & Apostolicas traditiones numeremus,
 vel potius ab istis omnino illas seiungamus, cui respondentes
 dicimus certum & perspectum esse non solum Apostolos plu-
 rimas ceremonias, ritus, & consuetudines posteris tradidisse,
 sed Romanos præterea Pontifices, & Oecumenica Concilia
 non paucas instituisse, Quasdam etiam fuisse prouincialium
 Synodorum auctoritate constitutas, alias vel Prælatorum vel
 fidelis populi religione & pietate quadam introductas, cæte-
 ras Hæreticorum, & impiorum hominum calliditate indu-
 ctas, quas omnes ab ipsis Diuinis & Apostolicis Traditio-
 nibus seiungere utique oportet, ne humana diuinis, at-
 que optima & salutaria instituta noxijs & perniciosis ritibus
 imprudenter admisceamus, sed, modum unicuique consuetu-
 dini statuente, nihil immoderatè vel imperitè agamus, in ò
 singula Dei tradita verba tum à vero iudice ac teste compro-
 bata, tum certa aliqua nota palàm deprehensa suscipientes,
 adulterina omnia constanter respuamus, cum non solum præ-
 uos ritus inducere, sed improbos quoque mores ac impia
 dogmata in Ecclesiam inuehere conati sapius sint hæretici vi-
 ri, assiduèque conentur, vt enim Simonem, Ebionem & Ce-
 rintum silentio prætereamus, quos ipsi Apostoli voce ac scri-
 ptis confutarunt, atque impia ipsorum commenta damnarūt,
 paulò post surrexit Valentinus, ex cuius schola Gnostici pro-
 dierunt, qui pleroma quoddam confinxerunt, in varias Aeo-
 num coniugationes distinctum, quod quidem veluti Dei ver-
 bum, tradebant, de quibus I R E N A E V S scribebat [Veritatem
 refutantes quidam inducunt verba falsa] Huiusmodi autem
 verba, non scripta, sed tradita esse illi affirmabant, vt his ver-
 bis refert idem I R E N A E V S [Cum enim ex Scripturis arguun-
 tur, in accusationem conuertuntur ipsarum Scripturarum,
 quasi

Responso

Præf. li. r.

Li. 3. c. 2.

quasi non rectè habeant, & non sint ex auctoritate, & quia va-
 riè sint dictæ, & quia non possit ex his inueniri veritas ab his,
 qui nesciant traditionem, non enim per litteras traditam il-
 lam, [sed per viuam vocem] Montanus quoque, nouus, idem-
 que falsus, Propheta, vnà cum infans mulieribus, secundas
 nuptias, in persecutione fugam, & in Ieiunio moderationem
 respuebat, atque eiusmodi commentitias nec scriptas tra-
 ditiones pro Dei Verbis habendas esse docebat, id ipsum
 agebat Manes, egeruntque alij etiam hæretici, germa-
 na Dei verba tum scripta, tum tradita ementitis traditioni-
 bus corrumpentes, prorsusque conuellere studentes. Quare
 aliqua erit Catholicis viris certa regula tradenda, qua adul-
 terinas istas traditiones, tum ad fidem, tum ad mores, tum ve-
 rò ad externos ritus pertinentes, deprehendant, nec ab illis se
 decipi incautè permittant, illud in primis memoria repeten-
 tes, de quo nos Deus diligenter olim admonuit dicens [Si
 surrexerit in medio tui Prophetes, aut qui somnium vidisse
 se dicat, & prædixerit signum atque portentum, & euenerit
 quod locutus est, & dixerit tibi. Eamus & sequamur Deos
 alienos, quos ignoras, & seruiamus eis. non audies verba Pro-
 phetæ illius, aut somniatoris, quia tenet vos Dominus Deus
 vester, vt palàm sit vtrum diligatis eum an non, in toto corde,
 & in tota anima vestra] Dij alieni sunt quoque extranei erro-
 res, quos quidem hæretici perindè obseruant & venerantur,
 atque Gentiles ipsi Deos suos colunt, nos autem illos ignora-
 mus, quia noui sunt & inauditi, illis autem seruiemus si incau-
 ti fidem ijsdem adiungemus, Ne igitur in huiusmodi errores
 turpissimè labamur ad Ecclesiam Catholicam erit confugien-
 dam, vt enim admonebat Tertullianus [Non alia agnoscenda
 erit Traditio Apostolorum, quam quæ hodie apud ipsorum
 Ecclesiam editur] Ab ipsa itaque Ecclesia erit fidei & charita-
 tis Regula, Rituum vsus, & Scripturarum intelligentia postu-
 landa, illius auctoritas & doctrina Pseudopphetæ obijcien-
 da,

Deut. 13.

Aduersus
Marcionem

da, eiusdem testimonio errores arguendi, & iudicio damnandi erunt, Hoc erit tutum per fugium, & singulare præsidium, vt nos iam pridem probauimus, dum vniuersum Dei verbum tractaremus. Quomodo autem hoc præsidio testi Hæreticorum vim reprimere, & qua ratione tradita verba in Ecclesia inuestigare, & quasi notis quibusdam deprehensa inuenire debeamus, nunc erit inquirendum. VINCENTIVS quidem LIRINENSIS, illustris & politissimus scriptor, nos admonet vt ad Vniuersitatem, Antiquitatem, & consensionem oculos adijciamus, Quodcunque enim ab vniuersa Ecclesia, & semper, & concordia consensu, veluti Dei verbum, obseruatum & veneratum est, id omne pro Dei Verbo habendum esse nouerimus, & eadem ratione Hæreticos, illud impugnantem, refellemus, atque ipsorum noua, singularia, & inaudita Verba confutabimus, inquit igitur ille [Catholicæ, apostolicæque Ecclesiæ sequantur necesse est Vniuersitatem, Antiquitatem, Consensionem, & si quando pars contra Vniuersitatem, nouitas contra vetustatem, vnius vel paucorum errantium dissensio, contra omnium, vel certè multò plurium catholicorum consensionem rebellauerit, præferant partis corruptioni vniuersitatis integritatem, in qua eadè vniuersitate nouitatis prophanti antiquitatis religionem, itemque in ipsa vetustate, vnius siue paucissimorum temeritati primum omnium generalia, si qua sunt, vniuersalis Concilij decreta præponant, Tunc deinde, si minus est, sequantur, quod proximum est, multorum atque magnorum consentientes sibi sententias magistrorū, quibus, adiuuante Domino, fideliter, sobriè, sollicitè obseruatis non magna difficultate noxios quosque exurgentium hæreticorum deprehendemus errores] Notæ igitur istæ in tradito Dei Verbo insignitæ apparebunt, atque illud, quasi digito, demonstrabunt, vt quisquis ad eas oculos adiecerit Germanum Dei Verbum statim agnoscat, & ab adulterino, nouo scilicet, inaudito & singulari verbo, facillè discernat. Quod si quis maiore

ditio-

adhuc breuitate delectetur, poterit (ni fallimur) tres istas conditiones & notas vnica consensione complecti, qua nimirum vniuersitas, & antiquitas continentur, vbi enim est integra consensio, ibi necesse est partes cum partibus, & cum ipso toto consentire, nullamque temporum & locorum esse dissensionem, erit igitur vniuersitas consentiente toto, erit antiquitas temporibus, etiam præteritis, consentientibus. Quod intelligens Irenæus, vir Apostolicus, atque ipsa Consensione vniuersitatem & antiquitatem breuiter complectens, eam solam Hæreticis opponebat, & germanum Dei verbum ab adulterino, quasi certissima nota, secernebat dicens

Aduer. hæret.
li. i. c. 3.

[Hanc prædicationem cum acceperit, & hanc fidem, quemadmodum prædiximus, Ecclesia, & quidem in vniuersum mundum diffeminata, diligenter custodit, quasi vnā domum inhabitans, & similiter credit ijs, videlicet quasi vnā animam habens, & vnū cor, & consonanter hæc prædicat, & docet, & tradit, quasi vnū possidens os, Nam etsi in Mundo loquelæ dissimiles sunt, sed tamen virtus traditionis vna & eadem est, & neque hæ, quæ in Germania sunt fundatæ, Ecclesiæ aliter credunt, aut aliter tradunt, neque hæ, quæ in Hiberis sunt, neque hæ quæ in Celtis, neque hæ quæ in Oriente, neque hæ quæ in Aegypto, neque hæ quæ in Lybia, neque hæ quæ in medio mundi sunt constitutæ, sed sicut sol, creatura Dei, in Vniuerso Mundo vnus & idem est, sic & lumen, prædicatio veritatis, vbique lucet.] Id ipsum sentiens ORIGENES dicebat [Seruetur verò Ecclesiastica prædicatio per successionis ordinem ab Apostolis tradita, & vsque ad præsens in Ecclesia permanens, illa sola credenda est veritas, quæ in nullo ab Ecclesiastica traditione discordat.] Hac itaq; perfecta consensione vniuersitas ipsa continetur, atque antiquitas traditione, quæ à maioribus ad posteros fuit, demonstratur, & consensione inter maiores & posteros, comprehenditur, vt iam totius, partium, temporum, & locorum summa sit consensio.

In Ep. ad Titum.

Yy

Quæ

Quæ sola utique sufficit ad Tradita verba dignoscenda, atque ab euentis verbis, ad fidem præsertim pertinentibus, seiungenda. Quod si distinctionem aliquam consensionis huius desideras, habes illam à Lirinensi doctè explicatam, & à nobis paulò ante recitatam, cuius membra sunt Vniuersitas, Antiquitas, & consensio. Vniuersitatem verò, totius, Antiquitatè, temporum, consensionè, singularum personarum (Doctorum scilicet) consensum intelligas, Quibus omnibus verbo congruentibus, veluti Diuinum illud statim agnoscas, nouitate autem, singularitate, ac dissensione euentita verba ab ipso seiungas. Hoc tamèn Diuini Verbi indicio vtendum in primis est in Traditionibus ad fidem spectantibus, cum illæ stabiles sint & immutabiles, atque apud omnes, semper, & vbiq; eadem fuisse, & à Christo Apostolisq; fluxisse dicendum sit, Ritus autem externi aliqui ab Ecclesia sint instituti, & Apostolici nonnulli, varietati & mutationi obnoxij, obsoleuerint, vel etiam exortis scandalis studiosè deleri sint, quod paulò ante exemplis demonstrabamus. Vt igitur Ritus omnes ab Apostolis traditos tum vigentes, tum obsoletos ac extinctos agnoscamus, & ab Ecclesiasticis institutis, humanisque consuetudinibus discernamus, erunt iam regulæ & notæ aliquæ præterea tradendæ, quibus eiusmodi Traditiones dijudicentur, & illæ omnes (cuiuscunque generis sint) agnoscantur, quæ non solum ab Apostolis manasse, sed ab Ecclesia quoque atq; ab eius Pastoribus, & Doctoribus pariter institui & tradi potuisse videntur. In his itaque omnibus sine errore dijudicandis ad quinque Notas à catholico viro adiiciendos esse oculos putamus, quas nunc breuiter exponemus.

NOTAE, quibus Apostolicæ Traditiones ab humanis & Ecclesiasticis discernuntur.

NOTA I.

Inter Apostolicas Traditiones numerentur.

Quæ

Quæ Apostolos tradidisse Oecumenica Concilia, & publica Ecclesiæ monumenta statuunt, vel testantur.

Notæ istius efficacitas illis est planè perspecta, qui Conciliorum vim, & Ecclesiæ auctoritatem agnoscunt, de quibus nos aliàs copiosè tractauimus. Exemplo esse potest Imaginum vsus, quem ab Apostolis traditum fuisse Septima Synodus docet.

Explicatio
a Tit. de Concilijs. & Tit. de Ecc. auctoritate.

NOTA II.

Quæ Apostolos tradidisse consentientes Patres expressè testantur, vel saltem, ipsis coæui, aut ætate paulò inferiores Scriptores illustres iisdem auctoribus certò ascribunt.

Consensum quidem Patrum summæ esse auctoritatis pij omnes fatentur, & nos, de eo agentes, fusè demonstrauimus. Quàm verò graue sit eorum testimonium, qui non solum illustres Scriptores ab omnibus iudicantur, sed illa etiam, quæ narrant, ipsi vel viderunt, & iisdem interfuerunt, vel ab illis saltem, qui viderint, audire potuerunt, omnes utique norunt. Huius Notæ exempla, ferè innumerabilia, in Patrum & Ecclesiasticæ historiæ scriptorum monumentis leguntur.

Explicatio
Tit. de Patrum auctoritate.

NOTA III.

Quæ vniuersa Ecclesia, viuis Apostolis, obseruasse deprehenditur, neque in Canonicis scriptis instituta leguntur.

Exceptis illis, quæ in veteri lege obseruabantur, quicquid, non scriptum, Apostolicis temporibus constanter obseruatū legimus, id omne à Christo vel ab Apostolis institutum, & ab iisdem traditum fuisse oportet. Apud quos nimirum omnis erat auctoritas, & quorum arbitrio ac nutu cuncta administrabantur. Exempla peti possunt ex Dionysij Arcopagitæ, Clementis Romani, Ignatij, cæterorumque Apostolicorum virorum commentarijs.

Explicatio

Yy 2 Nota

NOTA IIII.

Quæ vniuersam Ecclesiam posterioribus temporibus religiosè obseruasse compertum est, nec tamen eiusdem aliquo Decreto sunt instituta.

Explicatio

Quod enim Ecclesia non instituit, & nihilominus constanter obseruat, se accepisse fatetur, & auctoris dignitatem, traditionem obseruans, profitetur, quare Apostolorum etiam auctoritatem ac institutionem tacitè agnoscit. Quod animaduertens **AUGUSTINVS** dicebat [Quod vniuersa tenet Ecclesia, nec Concilijs institutum, sed semper retentum est, non nisi auctoritate apostolica traditum rectissimè creditur] **ET** rursum [Multa non inueniuntur in Apostolorum litteris, neque in Concilijs posteriorum, & tamen quia custodiuntur per vniuersam Ecclesiam, non nisi ab ipsis tradita, & commendata creduntur] Atque de Traditione baptisimi hæreticorū **DEM** dicebat [Apostoli autem nihil quidem exinde præceperunt, sed consuetudo illa, quæ opponebatur Cypriano, ab eorum traditione exordium sumpsisse credenda est, sicut sunt multa, quæ vniuersa tenet Ecclesia, & ob hoc ab Apostolis præcepta bene credentur, quamquam scripta non reperiantur] **LEO** quoque **PRIMVS** in eadem sententiam scribebat. [Dubitandum non est, dilectissimi, omnem obseruantiam Christianam eruditionis esse Diuinæ, & quicquid ab Ecclesia in consuetudinem est deuotionis receptum, de traditione Apostolica, & de Spiritus sancti prodire doctrina] Exemplo sit Baptismus ipse hæreticorū, Aqua Vino in calice admixta, Aquæ fale conspersæ benedictio, & Quadragesima, vt cæteras, eiusdem notæ, Traditiones nunc silentio prætereamus.

NOTA V.

Quæ ab vniuersa Ecclesia constanter obseruata, ab eadem institui non poterant.

Quæ

Quæ enim instituire Ecclesia non potuit, nec etiam instituisse puranda est, vt potè quæ à Spiritu sancto ita gubernetur, vt definiens errare non permittatur, quod nos, de ipsa agentes, abundè ostendimus. Quare illam ea omnia sibi tradita accepisse fatendum est, quæcunque constanter eadem obseruat, cum tamen instituire illa non potuerit.

Explicatio

Tit. de Ecclesia.

Exemplo sit Auricularis confessio, ab ipso quidem Christo, veluti sacramentum, instituta, ab Apostolis autem Ecclesiæ tradita.

His autem quinque Notis singulæ (ni fallimur) Diuinæ Traditiones discerni ac dijudicari commodè poterunt, quæ quidem ab Apostolis in Ecclesiam deriuatæ, in eam tamen suspicionem fortasse venerint, quod sint humanæ, vel Ecclesiasticæ, hæc enim suspitione, eiusmodi notis animaduertis, dimota, ipsarum summa auctoritas, omnis Ecclesiasticæ institutionis dignitate longè superior, facillè agnosceretur. Quarum quidem exempla plurima, singulis notis distincta, hic adscribere, & quomodo in ipsis Notæ illæ insignitæ appareant, cumulatè ostendere potuissimus, sed vniuersæ Ecclesiæ tum auctoritatem, tum consuetudines declarare, Patrum ac temporum consensionem demonstrare, atque illustrium Scriptorū singula testimonia totidem verbis recitare, id agentes oportebat, Quæ certè omnia, imò & singula, longissimam orationem, vel potius disputationem desiderabant, & accuratè (vt decebat) disputata institutæ Methodi, ac Theologiæ vniuersæ ordinem nostrum perturbabant, cum hæc singula, in proprios & opportunos locos coniecta, diligenter, & commodè (fauente Deo) tractare cogitemus. Nunc autem, postquam Diuinæ Traditionum occasione, Ecclesiasticarum quoque mentionem fecimus, de illis hoc saltem *ἢ παράπρην* reticere non possumus, nec fortasse debemus, Quod eiusmodi Traditiones, quamuis inter Diuina tradita verba non sint numerandæ, non iccirco tamen despicatui sint ducendæ, vt potè quæ ab Ecclesia,

Ecclesiasticæ Traditiones

Prou. 2. *Pro. 2.* *Epist. 86. ad Casulanum Dist. 1. c. in his rebus* *Can. 6.* *Ad Inquis. Ianuarij li. 3. c. 18.* *Ad Inquis. Ianuarij li. 1. c. 2.* *Epist. 86.*
 sia, columna & firmamento veritatis, ac fidelium magistra, proficiscantur, atque ab ea ortus sui exordium capiant. Quā quidem si quis non audierit, habendum à nobis eum esse pro Ethnico & publicano Dominus iubebat, & de eiusdem Ecclesie Decretis nos admonens SALOMON dicebat [Audi fili sermones Patris tui, & ne repudies statuta matris tuæ] Nec solū obseruari debere, sed studiosè quoque Ecclesiasticas traditiones & institutiones à fidelibus obseruari is facilè intelliget, qui vigentes in Ecclesia mores & consuetudines sigillatim animaduertet, atque in despicientes homines animaduersionem aduertet, de quibus generatim scribebat AVGVSTINVS, quod postea recitauit Gratianus [Sicut præuaricatores diuinarum legum, ita contemptores Ecclesiasticarum consuetudinum coercendi sunt] & SYNODVS GANGRENSIS statuit [Si quis extra Ecclesiam priuatim populos congregans, contemnat Ecclesiasticas sanctiones, & aliter ea, quæ sunt Ecclesie, voluerit vsurpare, anathema esto] & ARELATENSIS tertia decreuit [Qui Ecclesiasticam disciplinam non receperit, communionem priuetur] Nec solū quidem generales Ecclesie institutiones & consuetudines seruandæ sunt, sed particulares quoque, in singularibus locis & regionibus vigentes, non erunt despiciendæ, si tamen cum recta fide & honestis moribus non pugnent, sed potius ad pietatem & iustitiam prouehant, de quo nos admonens AVGVSTINVS dicebat [Quæ non sunt contra fidem, nec contra bonos mores, & habent aliquid ad exhortationem vitæ melioris, vbicunq; institui videmus, vel instituta cognoscimus, non solum non improbemus, sed etiam laudando, & imitando sectemur, si aliquorum infirmitas non impedit] ET rursum [Quod neque contra fidem, neque contra bonos mores iniungitur, indifferenter est habendum, & pro eorum, inter quos viuitur, societate seruandum est] Ambrosius verò eundem Augustinum vnà cum matre ita hortabatur [Ad quamcunq; Ecclesiam vene-

veneritis, eius morem seruate, si pati scandalum non vultis, aut facere] Quod postea comprobans Augustinus, cæteros ipse fideles de eo pariter admonebat, cum enim varias huiusmodi consuetudines numerasset, hæc verba adscripsit [Nec disciplina vlla est in his melior graui prudentique Christiano, quàm vt eo modo agat, quo agere videt Ecclesiam, ad quam cunq; fortè deuenerit] Hæc pauca de Ecclesiasticis Traditionibus, *ἐν παροῖσι* diximus, metuentes ne reuicentia scrupulum ac suspicionem aliquibus inijceremus, quòd non sint eiusmodi traditiones obseruandæ, vt potè quæ inter Diuinas & Apostolicas non numerentur, quarum scilicet diuinarum dignitatem & auctoritatem, tum confirmantes, tum refutantes, nominatim paulò ante demonstrauimus. Iam verò illud reliquum esse videtur, vt accuratè inquiramus quænam vis sit demonstrationis à Tradito Dei Verbo ductæ, perscrutemurque diligenter in quo genere illa sit reponenda, & quo in gradu collocanda, sed hæc omnia tunc opportunè inuestigabimus, & commodè cognoscemus, cum de vniuersis ac singulis demonstrationibus Theologicis agemus, in quem locum totam hanc disputationem reijcimus, & ad eundem nunc ipsum Auiditorem allegamus. Quare, his consultò prætermisissis, Verbi Traditi Quæstionem iam absolutam putamus, Variam quidem (vt vidimus) ac multiplicem, maximisque obstructam difficultatibus, in qua tamen vtilitas, cum obscuritate, & cum vtraque grauitas certare deprehenditur.

F I N I S.

Ad Ianuarij li. 1. c. 2.

Tit. d Theologicis Demonstrationibus



INDEX
SENTENTIARVM,

QVAE OPUSCULIS
CONTINENTVR,

& notatione dignæ præ cæ-
teris visæ sunt:

*In quo numerus prior Opusculum, posterior
paginam designat.*

A



ERROR Lutheri in Auditore Scripturæ dijudicando. 1.	38
Qui sint Auditores idonei ad Scripturas intelligen- das. 1.	38
Auditorum triplex distinctio in Scripturis intelligen- dis. 1.	39
Per Angelos Deum sæpius locutum fuisse. 2.	34
Per Ariolos Deum locutum fuisse. 2.	38
Per Angelos quomodo locutus sit Deus fusè explicatur. 1.	44
An Angelus, vel Deus esset ille, qui loquebatur cum Moysè, Abrahamo & Gedeone. 2.	45
Deum locutum fuisse per Angelos, aliquando extra homines, aliquando intus in ipsis existentes. 2.	49

a

Alle-

I N D E X

<i>Allegoricus sensus quomodo per res significetur. 2.</i>	52
<i>Allegoria quid significet apud Apostolum Paulum. 2.</i>	52
<i>Anagogicus sensus quomodo per res significetur. 2.</i>	53
<i>Ariolis Deum verba dictasse, eorum autē intelligentiam non tradidisse. 2.</i>	53
<i>Apostolica verba esse diuina probatur. 3.</i>	21
<i>Apostolica omnia verba non fuisse scripta probatur. 3.</i>	21
<i>Antichristi aduentum quid retardet. Thessalonicenses nouisse, ab Apostolis videlicet doctos, illud tamen scriptum non esse. 3.</i>	21
<i>Apostolos non scripsisse omnia verba, quæ predicauerint, Patrum consensione demonstratur. 3.</i>	23
<i>Apostolis uiuis non fuisse Euangelium apud omnes Nationes scriptum demonstratur. 3.</i>	25
<i>Apostolorum acta singula Lucam non scripsisse, nec scribere cogitasse. 3.</i>	33
<i>Apostolorum symbolum non debuisse scribi in Actis Apostolorum ostenditur. 3.</i>	33
<i>Arcana fidei mysteria Apostolos cum ijs solis communicasse, quos idoneos indicauerint. 3.</i>	35
<i>Arcana fidei mysteria ad secundum genus traditi Verbi pertinere. 3.</i>	36
<i>Apostolorum canones & constitutiones vel ad canonicos libros, vel ad tradita Dei verba pertinere. 3.</i>	53
<i>Apostoli cur, & qua occasione constitutiones ediderint. 3.</i>	82
<i>Altarium consecrationem Siluestrum instituisse. 3.</i>	120

B



<i>In Baptismo recitari solitum symbolum Apostolorum. 3.</i>	31
<i>Baptismi Christi diem traditione haberi. 3.</i>	68

C



<i>Christus cur locutus sit in parabolis. 1.</i>	3
<i>Cantici canticorum lectione erat olim iuuenibus iudais interdicitum. 1.</i>	6
<i>Canticum canticorum esse anigma. 1.</i>	6

Per

I N D E X

<i>Per canonicos scriptores quomodo locutus sit Deus. 2.</i>	58
<i>De locutione Dei per canonicos Scriptores varia opinio recitantur. 2.</i>	59
<i>Cuius canonico scriptori Deum Scripturas semper dictasse. 2.</i>	61
<i>In Scriptoribus canonicos libros scribentibus duplex reuelatio ostenditur. 2.</i>	62
<i>Canonicis scriptoribus Spiritum sanctum aliquando sensus, & verba, aliquando solos sensus inspirasse. 2.</i>	63
<i>Cognitionis & veritatis cuiuscumque Deum auctorem esse. 2.</i>	91
<i>Cur Christus nomen traditionis et traditi verbi vitauerit ostenditur. 3.</i>	10
<i>Clauem scientia dici solitum esse Traditum verbum ostenditur. 3.</i>	11
<i>Christum traditi verbi mentionem sapius fecisse probatur. 3.</i>	12
<i>Quoties Christus verbi scripti mentionem fecit, toties auditores ad traditum sensum allegasse probatur. 3.</i>	12
<i>Non omnia Christi verba fuisse scripturis canonicis mandata ostenditur. 3.</i>	16
<i>Christi facta Dei verba esse ostenduntur. 3.</i>	16
<i>Vix millesimam partem verborum Christi Euangelio scripto contineri concluditur. 3.</i>	18
<i>Christi verba omnia, ab euangelistis pratermissa, in actibus, & Epistolis non fuisse recitata, sed tria sola ostenduntur. 3.</i>	19
<i>Ea sola Christi verba fuisse scripta, quæ ipse voluit nos legere. 3.</i>	20
<i>Conciliorum definitiones traditionibus miti probatur. 3.</i>	41
<i>Canones & constitutiones Apostolorum vel ad canonicos libros, vel ad tradita Dei verba pertinere. 3.</i>	53
<i>Ceremonias & consuetudines in Ecclesia obseruatas, non legi in scripturis, sed traditione retineri probatur. 3.</i>	53
<i>Crucis signum traditione acceptum & usu esse fructuosum. 3.</i>	57
<i>Christi gesta & miracula esse sextum genus traditi verbi. 3.</i>	67
<i>Christi imago, quam Abgaro misit. 3.</i>	67
<i>Christi sudarium. 3.</i>	68
<i>Christi baptismi Diem traditione haberi. 3.</i>	68
<i>Regula charitatis definitur. 3.</i>	69
<i>Charitatis regulam in scripturis expressè & integrè non haberi. 3.</i>	69
<i>Regulam charitatis in ecclesia traditione custodiri. 3.</i>	69
<i>Regula charitatis ad quæ sit utilis. 3.</i>	70
<i>Constitutiones Apostolicas solis episcopis & doctoribus olim patuisse. 3.</i>	79
<i>Cur et qua occasione Apostoli constitutiones ediderint. 3.</i>	82

a 2 Sola

I N D E X.

<i>Sola canonica vocare scripta verba Patres consueuisse.</i> 3.	87
<i>Connubium sacerdotum nunquam & nemini traditum esse.</i> 3.	115
<i>Quæ consuetudines in Ecclesia retentæ sint, & quare.</i> 3.	124
<i>Crucis signum quæ mysteria indicet.</i> 3.	125
<i>Crucis signum ad quot & quæ utile sit.</i> 3.	125
<i>Consuetudinum varia genera percensentur.</i> 3.	130
<i>Consuetudines humana, & ecclesiastica quomodo ab Apostolicis discernantur.</i> 3.	134
<i>Consuetudines particulares ecclesiasticas esse in proprijs locis obseruandas.</i> 3.	138

D



<i>UAE Dogmata sint in veteri testamento aperta, & quæ obscura.</i> 1.	33
<i>Argumenta, quibus probant hæretici donum interpretationis scripturarum cuiuslibet petenti à Deo concedi.</i> 1.	62
<i>Donorum & postulatorum duplex esse genus.</i> 1.	62
<i>Donum interpretationis scripturarum à Deo peti posse, & debere probatur.</i> 1.	63
<i>Hæreticos non posse habere Donum interpretationis Scripturarum.</i> 1.	67
<i>Theologos singulares non posse Dogmata definire.</i> 1.	70
<i>Argumenta, quibus Philosophi probant nullam esse Dei reuelationem.</i> 2.	1
<i>Quomodo aliqui pij viri Dei reuelationem argumentis ex natura sumptis demonstrare nitantur.</i> 2.	3
<i>Quòd argumentis, ex natura ductis, Dei reuelatio non ostendatur.</i> 2.	6
<i>Philosophos aliquos asseruisse intellectum nostrum posse Dei essentiã in hac vita intelligere.</i> 2.	7
<i>Deum ab hominibus colendum esse, quamuis æternam vitam illis non impertiretur.</i> 2.	7
<i>Diuinatione cur vsi sint Gentiles, & quibus in rebus.</i> 2.	7
<i>Dei prædicata quomodo naturali ratione concludantur.</i> 2.	11
<i>Deus quomodo naturali ratione tum intelligatur, tum intelligi non possit.</i> 2.	11
<i>Quomodo Deus non possit naturali ratione indagari.</i> 2.	20
<i>Deum aliqua reuelasse non solum esse creditam propositionem, sed omnium</i>	


I N D E X.

<i>nium primam, ad quam, veluti ad caput, omnes fidei articuli reuoluantur.</i> 2.	18
<i>Varia philosophorum opiniones de actione Dei in intellectum nostrum, & quomodo idem intellectus Deum intelligat.</i> 2.	21
<i>Quomodo philosophi media philosophia potuissent ad Dei cognitionem peruenire.</i> 2.	22
<i>Dei Reuelationem medijs phantasmatibus in nobis sæpissime fieri.</i> 2.	21
<i>Deum cum Diabolo non semel sermocinatum fuisse.</i> 2.	24
<i>Verbi Dei definitio.</i> 2.	25
<i>An Deum loquentem quisquam audiuerit.</i> 2.	26
<i>Propriam Dei vocem neminem vnquam sensisse.</i> 2.	26
<i>Dei nullam esse propriam vocem.</i> 2.	26
<i>Dei vox quomodo fiat.</i> 2.	27
<i>Deum quocunque sono, etiam inarticulato, locutum fuisse.</i> 2.	28
<i>Deum locutum fuisse per naturalia visus obiecta.</i> 2.	28
<i>Deum locutum fuisse per artificiosa visus obiecta.</i> 2.	29
<i>Deum locutum fuisse per res.</i> 2.	29
<i>Deum locutum fuisse per interiora sensuum obiecta.</i> 2.	31
<i>Deum locutum fuisse per somnia.</i> 2.	31
<i>Deum locutum fuisse per ecstasim.</i> 2.	32
<i>Deum locutum fuisse per obiecta intellectus.</i> 2.	32
<i>Deum locutum esse per plura coniunctim.</i> 2.	32
<i>Deum sæpius locutum fuisse per Angelos.</i> 2.	34
<i>Deum aliquando locutum fuisse per Dæmonas.</i> 2.	34
<i>Deum locutum fuisse per prophetas.</i> 2.	35
<i>Deum locutum fuisse per sacerdotes.</i> 2.	36
<i>Deum non solum per Apostolos, Doctores, Ecclesiam, & sanctos viros, verum etiam per malos homines locutum fuisse.</i> 2.	38
<i>Deum locutum esse per Magos Ariolos, & infideles homines.</i> 2.	38
<i>Deum locutum esse per Sibyllas.</i> 2.	39
<i>Deum locutum fuisse per quoscunque infideles.</i> 2.	39
<i>Deum locutum esse per mortuos.</i> 2.	40
<i>Deum locutum esse per bruta.</i> 2.	41
<i>Deum locutum esse per inanima.</i> 2.	41
<i>De multiplici locutione Dei variæ proponuntur dubitationes.</i> 2.	41
<i>Quomodo per Angelos locutus sit Deus fusè explicatur.</i> 2.	44
<i>An Deus vel Angelus esset, qui loquebatur cum Moyse, Abrahamo, & Ge- deone.</i>	

I N D E X

deone. 2.	45
Deum locutum fuisse per Angelos aliquando extra homines, aliquando intus in ipsis existentes. 2.	49
Dei vocem, in aere factam tum immediate, à Deo, tum medijs Angelis fieri potuisse, vel etiam factam esse. 2.	50
Deus quomodo per res loquatur. 2.	51
Deum per miracula loqui, quasi per litteram. 2.	51
Deus per intellectus obiecta quomodo locutus sit. 2.	57
Deum per suam essentiam fuisse homines allocutum. 2.	58
Quos Deus per suam essentiam fuerit allocutus. 2.	58
Deum Christi animam semper fuisse per suammet essentiam allocutum. 2.	58
Quomodo per sacros & canonicos scriptores locutus sit Deus. 2.	58
De locutione Dei per sacros, & canonicos scriptores, varia recitantur opiniones. 2.	59
Deum semper scripturas dictasse cuius scriptori canonico. 2.	61
Cur Scriptori, relata vel visa recitanti, eadem dictando reuelet Deus. 2.	62
Tabella ostendens modos omnes locutionis Dei. 2.	64, 65
Deum omnibus hominibus locutum fuisse. 2.	69
Dei Verbum varia subire pericula, atque icircò egere custode. 2.	70
Quis sit idoneus custos Verbi Dei. 2.	73
Deus est suimet verbi certissimus testis, & ad conuincendum idoneus. 2.	90
Deus est cuiuscumque cognitionis & veritatis auctor. 2.	91
Deum esse primum analogatum verbi Dei probatur. 2.	91
Lumen Diuinum non respuere externa, & humana adminicula. 2.	94
Cur Deus voce prius quàm scripto sit homines allocutus. 3.	3
Demonstrationum ex Scriptura & ex traditione uis tum coniuictim tum disiunctim quæ sit. 3.	90

E

 Zechielis inijt & finis erat iuuenibus Iudæis lectione olim interdittum. 1.	6
Euangeliorum librum obscurum esse probatur. 1.	6
Quæcunque in scripturis obscura sunt, ea omnia non singulis fidelibus, sed Ecclesiæ à Spiritu sancto opportuno tempore indicari. 1.	36
Argumenta quibus probatur Ecclesiam esse consulendam in scripturis interpretanda. 1.	pre-

I N D E X


pretandis. 1.	48
Argumenta quibus probatur Ecclesiam non esse consulendam in Scriptura interpretanda. 1.	56
Quæ sint putanda vera Ecclesiæ membra. 1.	60
In Ecclesia membra, officia & dona inter se respondere. 1.	61
Ecclesiæ membra & officia non esse confundenda. 1.	61
Cur & quomodo Ecclesia sit consulenda in Scripturis interpretandis. 1.	70
Gentiles negare in Scripturis esse eloquentiam. 2.	16
Per ecstasim Deum fuisse locutum. 2.	32
Deum synagogam aspernatum, eiusdem omnia priuilegia in Ecclesiam contulisse, atque cumulo auxisse. 2.	74
Deum omnia verba Ecclesiæ tradidisse, & custodienda mandasse. 2.	74
In Ecclesiam Romanam totam doctrinam Apostolos profudisse. 2.	75
Scripturæ intelligentiam fuisse Ecclesiæ traditam. 2.	75
Ecclesiæ congruere omnes custodiae notas, & quæ sint illæ. 2.	76
Argumenta quibus probatur Ecclesiam non esse iudicem, & indicem verbi Dei. 2.	88
Quomodo Ecclesiæ iudicio, ac testimonio certa nobis fiant Dei expressa verba. 2.	94
Ecclesiæ testimonium non esse merè humanum. 2.	95
Ecclesiæ testimonium non tribuere verbo Dei veritatem. 2.	96
An Ecclesiæ iudicium de verbo Dei dici debeat testimonium vel decretum. 2.	96
Ecclesiastica decreta non esse humana putanda. 2.	97
Ecclesia triplex dicitur, & quæ. 2.	97
Ecclesiam, quæ nunc viuuit, de verbis Dei iudicium ferre posse. 2.	97
Euangelium prædicatum scriptum tempore antecessisse. 3.	4
Euangelij primum scriptorem fuisse Mattheum. 3.	4
Quòd Euangelium non fuerit, niuis Apostolis, apud omnes Nationes scriptum ostenditur. 3.	25
Epi phania diem traditione haberi. 3.	68
In Ecclesia Charitatis regulam traditione custodiri. 3.	69
Euangelium quid significet. 3.	107
Euangelizare verbum quid valeat. 3.	106
Ab Ecclesiasticis institutis quomodo discernantur apostolica. 3.	134
Ecclesiasticas traditiones, quamuis apostolicis inferiores, non esse tamen negligendas probatur. 3.	137

I N D E X


Ecclesiasticas particulares traditiones, & consuetudines in proprijs & singularibus locis esse obseruandas probatur. 3.

138

F

 <i>Vt ad secundum fidei obiectum pertinent esse in scripturis obscura. 1.</i>	33
<i>Omnes fidei articulos ad hanc propositionem, veluti ad caput, reuolui, quod Deus aliqua reuelauerit. 2.</i>	18
<i>Sine fide neminem vnquam potuisse naturæ viribus salutem sibi comparare. 2.</i>	22
<i>An ad salutem sufficiat credere quod Deus sit, & inquirentibus remunerator sit. 2.</i>	23
<i>Fidem nostram in veritate humana se sistere non posse. 2.</i>	91
<i>Quæ sint ea, quæ ad fidem pertinent. 2.</i>	98
<i>Falsum miraculo confirmari non posse. 2.</i>	98
<i>Fidei regula significari solere symbolum Apostolorum. 3.</i>	30
<i>Fidei confessione significari solere symbolum Apostolorum. 3.</i>	31
<i>Fidei arcana mysteria Apostolos cum ijs solis communicasse, quos idoneos iudicauerant. 3.</i>	35
<i>Fidei arcana mysteria ad secundum genus traditi verbi pertinere. 3.</i>	36
<i>Fidei regula ex quibus constet. 3.</i>	39
<i>Regula fidei definitio. 3.</i>	39
<i>Totam fidei regulam ad verbum traditum pertinere. 3.</i>	39
<i>Regula fidei singulorum hominum fidem metiri. 3.</i>	43
<i>Dierum festorum institutionem esse apostolicam. 3.</i>	56
<i>Quos festos dies Paulus repudiet. 3.</i>	161
<i>Quomodo Christianorum festa à Iudaicis differant. 3.</i>	117


G

 <i>Lectione initij Genesis Iudæi olim iuuenes arcebant. 1.</i>	5
<i>Non genuflectere die dominica, & à Pascha usque ad pentecostem, esse apostolicam traditionem. 3.</i>	56


Hic-

I N D E X

H

 <i>Ieronymus fatetur se non intelligere scripturas. 1.</i>	4
<i>Hæreticos dicere solere Scripturam facilem & apertam esse. 1.</i>	32
<i>Hæreticos non posse Scripturam intelligere. 1.</i>	39
<i>Hæreticos, scriptura obscuritatem verbis negantes, factis eam asserere probatur. 1.</i>	42
<i>Hæreticos non posse habere donum interpretationis scripturarum. 1.</i>	67
<i>Humanum intellectum posse Dei essentiã in hac vita intelligere philosophos aliquos asseruisse. 2.</i>	7
<i>Homines debere Deum colere, quamuis ille æternam vitam ipsis non imperaretur. 2.</i>	7
<i>Homini bus quomodo sit religio à Deo impertita. 2.</i>	7
<i>Homini finem supernaturalem demonstrari non posse. 2.</i>	10
<i>Homini finem supernaturalem reuelatione cognosci probatur. 2.</i>	19
<i>Homine aliquem naturæ viribus sine fide salutem sibi comparare nō potuisse. 2. 22</i>	22
<i>Omnibus homini bus locutum fuisse Deum. 2.</i>	69
<i>Hæreticos Scripturas corrumpere. 2.</i>	71
<i>Homini testimonium in rebus & verbis diuinis non esse repudiandum. 2.</i>	95
<i>Homines cur Deus voce prius quàm scripto sit allocutus. 3.</i>	3
<i>Hæreticos consistentes symbolum alia dogmata negasse. 3.</i>	34
<i>Cur hæretici scripturas peruersè interpretentur. 3.</i>	41
<i>Hæreticos in causa fuisse tradita verba à catholicis peruiulgarentur, & scriptis consignata omnibus paterent. 3.</i>	84
<i>Hæreticos scripturas tum negasse, tum variè corrupisse. 3.</i>	91
<i>Quæ sint hæreticorum traditiones. 3.</i>	92
<i>Cur hæretici tradita verba repudient. 3.</i>	100
<i>Hæreticos falsas & impias traditiones sæpius confinxisse, & in ecclesiam inuehere tentasse. 3.</i>	130
<i>Humana consuetudines quomodo à diuinis discernantur. 3.</i>	134

I


 <i>Vt iudæi olim iuuenes arcebant à lectione initij Genesis. 1.</i>	5
<i>Iudæi iuuenibus erat olim lectione initij Ezechielis interdicitum. 1.</i>	6

b Iuue-

I N D E X

<i>Iuuenibus Iudæis erat olim lectio Cantici canticorum interdictum</i> . 1.	6
<i>Interpretationis donum omnibus concedi petentibus probatur hæreticorum argumentis</i> . 1.	62
<i>Interpretationis donum à Deo peti posse & debere probatur</i> . 1.	63
<i>In intellectum nostrum quomodo Deus agat, atque idem intellectus quomodo Deum intelligat, variæ Philosophorum opiniones</i> . 2.	21
<i>Per intellectus obiecta quomodo locutus sit Deus</i> . 2.	57
<i>Inspiratio interior quæ sit</i> . 2.	57
<i>Inspirationem interiorem qui habuerint</i> . 2.	57
<i>Iudæos scripturas corrupisse & decurtasse</i> . 2.	71
<i>Apud Iudæos fuisse plures pseudopphetas</i> . 2.	71
<i>Veteres Iudæos tradita verba obseruasse, posteriores neglexisse, quare, & Christum negasse</i> . 3.	9
<i>Iudæos olim traditum Dei verbum variè corrupisse</i> . 3.	10
<i>Cur Iudæi recentiores ad illa Scripturæ loca nunc liberè respondeant, ad quæ illorum maiores non respondebant, Christo, vel Apostolis eadem illis obijcientibus</i> . 3.	12
<i>Quæ sint Dei verba apud Iudæos nunquam scripta, sed traditione sola custodita</i> . 3.	13
<i>Apud Iudæos traditione diuina obseruari, quod ipsorum mulieres velentur</i> . 3.	13
<i>Scripta verba fuisse postea traditione sola à Iudæis custodita ostenditur</i> . 3.	14
<i>Ieiunium quartæ & sextæ feriæ esse Apostolicam institutionem</i> . 3.	56
<i>De imagine Christi Abgaro missa</i> . 3.	67
<i>Iudaicarum traditionum qui fuerint auctores</i> . 3.	111


L

 <i>Vr linguarum peritia non sufficiat ad scripturam intelligendam</i> . 1.	40
<i>Linguarum peritis Patribus scripturam obscuram videri</i> . 1.	41
<i>Argumenta, quibus probatur linguarum peritia scripturam interpretari posse</i> . 1.	41
<i>Argumenta, quibus probatur linguarum peritiam, & solertiam non suffice- re ad scripturam interpretandam</i> . 1.	54
<i>Cur & quomodo linguarum peritia sit utilis ad scripturam interpretandam</i> . 1.	71
Libros	

I N D E X

<i>Libros aliquos humanos esse scriptura sacra vetustiores</i> . 2.	17
<i>Locutionem omnem verbis effici, & contineri</i> . 2.	24
<i>Lamech patrem Noe non fuisse gratum Deo</i> . 2.	38
<i>Lumen diuinum non respicere externa, & humana adminicula</i> . 2.	94
<i>Laurentij Vallæ obiectio contra symbolum, & ad eiusdem obiectio- nem responsio</i> . 3.	29
<i>Lucam nec scripsisse, nec scribere cogitasse singula Apostolorum acta</i> . 3.	33
<i>Librorum Canonicorum traditionem esse tertium traditi verbi genus pro- batur</i> . 3.	43
<i>Libris canonicis non potuisse Apostolos testimonio esse nisi tradito ver- bo</i> . 3.	44
<i>Libros canonicos omnibus ad legendum, & audiendum patere</i> . 3.	78
<i>Lauare pedes cur aliqui omiserint, nec Domini exemplum sequi volue- runt</i> . 3.	123

M

 <i>Iracula cur infideles negent</i> .	16.17
<i>Martyres à pseudomartyribus quod non facile secernantur & quare</i> . 2.	16
<i>Per Magos Deum locutum esse</i> . 2.	38
<i>Cum Moyse qui loquebatur an esset Deus vel Angelus</i> . 2.	45
<i>Deum Magis verba dictasse, ipsdem autem intelligentiam non tradidisse</i> . 2.	53
<i>Magi cur non dicantur prophetae</i> . 2.	53
<i>Miraculis verbum Dei confirmari</i> . 2.	98
<i>Miraculo falsum confirmari non posse</i> . 2.	98
<i>Miracula Deum semper adhibuisse in verbi sui fundamentis iaciendis</i> . 2.	99
<i>Miracula esse Dei verba</i> . 2.	99
<i>Miracula cuius sint per se testimonia</i> . 2.	99
<i>Miraculis cur Prophetae & Apostoli doctrinam, quam prædicabant, confir- marint</i> . 2.	100
<i>Martyres verbum Dei confirmare</i> . 2.	101
<i>Matthæum fuisse primum Euangelij Scriptorem</i> . 3.	4
<i>Mulieres velandas esse traditione diuina, sine scripto, apud Iudæos obser- uari</i> . 3.	13


I N D E X.

In Missa recitari solitum fuisse Symbolum Apostolorum. 3. 29
 Myſteria arcana fidei Apostolos cum ijs solis cœm. municasse, quos idoneos iudicauerint. 3. 35
 Myſteria arcana fidei ad secundum genus traditi verbi pertinere. 3. 36

O

O R I E N T E M versus precandi ritus cur omittatur. 3. 122


P

 N parabolis cur locutus sit Christus. 1. 3
 Parabolæ Christi non solum cæteris, sed discipulis etiam, & Apostolis fuisse obscuras. 1. 4
 Pauli Apostoli scripta cur sint obscura. 1. 20
 Præceptum Domini quod sit lucidum, & quomodo non sit supra nos. 1. 37
 Argumenta, quibus probatur consulendos esse Patres in scripturis interpretandis. 1. 45
 Argumenta probantia Patres non esse consulendos in Scriptura interpretanda. 1. 55
 Postulatorum duplex esse genus. 1. 62
 Quæ sint postulanda à Deo. 1. 63
 Promissum Dei, petite & dabitur vobis ad quæ extendatur. 1. 63
 Promissi declaratio. Si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re, quamcunque petierint, fiet illis à Patre meo. 1. 64
 Quomodo Philosophi media philosophia potuissent ad Dei cognitionem, & vitam æternam peruenire. 2. 22
 Per Prophetas Deum locutum fuisse. 2. 35
 Prophetarum plurimorum nomina recensentur. 2. 35
 Prophetæ nomen cur Magis, Ariolis, & Sibyllis non congruat. 2. 53
 Prophetas intellexisse sensum verborum, quæ prædicebant. 2. 55
 Pseudopphetas plures apud Iudeos fuisse. 2. 71
 Pseudopphetæ qui vocentur in Scripturis. 2. 71
 Prophetas in veteri Synagoga veros & germanos Scripturæ sensus intellexisse. 3. 8


Quæstio

I N D E X.

Q

 uæstio eadem in reuelatis putanda est An Deus hoc reuelauerit, quæ in naturalibus dici solet an sit. 2. 91
 Quadragesimæ institutionem esse Apostolicam. 3. 56
 Quadragesimæ ieiunium, non instituisse Thelephorum, sed aliquot dies addidisse. 3. 120


R

 rgumenta, quibus Philosophi probant nullam esse Reuelationem Diuinam. 2. 1
 Reuelationem diuinam quomodo aliqui pij viri argumentis ex natura sumptis demonstrare nitantur. 2. 3
 Quod Reuelatio diuina argumentis ex natura ductis non ostendatur. 2. 6
 Religio quomodo sit à Deo hominibus imperita. 2. 7
 Quod concessa etiam à philosopho futura vita, & beatitudine, non est ab eodem iccirco concedenda Dei Reuelatio. 2. 9
 Quomodo Scriptura & traditione diuinam Reuelationem probare aliqui nitantur. 2. 12
 Responſiones ad argumenta ducta ex Scriptura diuina ad Reuelationem demonstrandam. 2. 14
 Responſiones ad argumenta Philosophorum, qui, diuinam Reuelationem oppugnantes, illam conuellere sibi persuadebant. 2. 20
 Reuelationem diuinam medijs phantasmatis in nobis sapissimè fieri. 2. 21
 Per Res quomodo loquatur Deus. 2. 51
 Res quomodo signa dici possint. 2. 51
 Per Res quomodo allegoricus sensus significetur. 2. 52
 Per Res quomodo anagogicus sensus significetur. 2. 53
 Reuelatio duplex in scriptoribus canonicos libros scribentibus est distincta. 2. 62
 In Reuelatis eadem quæstio putanda est An Deus hoc reuelauerit, quæ in naturalibus dici solet An sit. 2. 51
 Reuelationem Dei ad seipsam indicandam non egere alia Reuelatione, sed solo

I N D E X

<i>In medio, quod est diuinum lumen 2.</i>	94
<i>Ritus multos, ceremonias, & consuetudines, in Ecclesia obseruatas, non legi in scripturis, sed traditione retineri probatur. 3.</i>	53
<i>Ritus aliquos Apostolicos perijisse non esse mirandum, nec dolendum. 3.</i>	61
<i>Ritus traditos mysticum aliquid significare. 3.</i>	61
<i>Ritus aliqui quid significant. 3.</i>	63
<i>Rituum rationes non esse cuius aperiendas. 3.</i>	65
<i>Rituum rationes ad Traditum Dei verbum pertinere. 3.</i>	67
<i>Regulam charitatis in Ecclesia traditione custodiri. 3.</i>	69
<i>Rituum duplex genus. 3.</i>	126
<i>Notæ traduntur, quibus apostolici Ritus ab Ecclesiasticis institutis, humanisque consuetudinibus discernantur. 3.</i>	134

S

 <i>Scriptura sacra privilegium esse, quod sit obscura. 1.</i>	1
<i>Scriptura cur dicat se esse obscuram. 1.</i>	1
<i>Scriptura testimonia ad ipsius obscuritatem demonstrandam. 1.</i>	1
<i>Scripturam vniuersam esse obscuram. 1.</i>	2
<i>Scriptura tota est vnus liber. 1.</i>	2
<i>Scripturam intelligere difficile est, sed non impossibile. 1.</i>	3
<i>Scripturas se non intelligere fatetur Hieronymus. 1.</i>	4
<i>Scriptura exempla ad ipsius obscuritatem demonstrandam. 1.</i>	5
<i>Scriptura obscuritas Patrum consensione demonstratur. 1.</i>	9
<i>Scriptura obscuritatis, quod sit effectrix causa Deus, & quomodo. 1.</i>	12
<i>Scriptura littera plurimòs diuinos sensus excludi reliquos conclusos premi. 1.</i>	13
<i>In Scripturis esse frequentem, & occultam personarum mutationem. 1.</i>	13
<i>Personarum loquentium mutationem in scripturis obscuritatē gignere. 1.</i>	13
<i>Subiecti excellentiam intelligendi, ac scribendi parere difficultatem. 1.</i>	14
<i>Scriptura diuinæ subiectum esse omnium dignitate supremum, atque iccirco difficultatem in ea gignere. 1.</i>	14
<i>Totam scripturam, & vbiq; refertam esse arcanis mysterijs. 1.</i>	15
<i>Scriptura formam in ipsa obscuritatem gignere. 1.</i>	16
<i>In Scriptura esse figuras omnes orationis, a Grammaticis, & Rethoribus traditas. 1.</i>	16
<i>In</i>	

I N D E X

<i>In scripturis esse figuras orationis Grammaticis, & Rethoribus inauditas. 1.</i>	17
<i>Scriptura orationis seriem non seruat. 1.</i>	18
<i>Scripturam nominum significationes immutare ostenditur. 1.</i>	18
<i>Scripturam verborum tempora inuertere probatur. 1.</i>	18
<i>Scripturam verborum modos confundere probatur. 1.</i>	18
<i>Scripturam pro parau numero singularem accipere probatur. 1.</i>	19
<i>Cur Pauli Apostoli scripta sint obscura. 1.</i>	20
<i>Multitudo sensuum in scriptura obscuritatem gignit. 1.</i>	20
<i>In Scriptura externa linguæ obscuritatem augent. 1.</i>	20
<i>Scriptura obscuritatem oriri etiam ex translatione in aliam linguam. 1.</i>	21
<i>Primam causam finalem obscuritatis in scripturis esse Auditorum imperfectionem. 1.</i>	22
<i>Secundam finalem causam obscuritatis in scriptura esse vt attentis sint Auditores. 1.</i>	24
<i>Tertia obscuritatis finalis causa in scripturis, quæ sit. 1.</i>	24
<i>Quarta obscuritatis finalis causa in scripturis quæ sit. 1.</i>	25
<i>Quinta obscuritatis finalis causa in scripturis quæ sit. 1.</i>	25
<i>Argumenta quibus probatur scripturam facilem esse. 1.</i>	27
<i>Responiones quorundam ad rationes scripturae obscuritatem demonstrantes. 1.</i>	29
<i>Hæreticos dicere solere scripturam facilem, & apertam esse. 1.</i>	32
<i>Scripturae particulas aliquas faciles esse, & quæ sint illæ. 1.</i>	32
<i>Cur Deus voluerit aliqua esse in Diuinis scripturis aperta. 1.</i>	33
<i>Sensus omnes tñ litterales, tum spirituales scripturarum esse in seipsis notos, & splendidos. 1.</i>	35
<i>Sensus scripturarum quomodo obscuri fiant, & quibus. 1.</i>	35
<i>In Scriptura esse duplicem obscuritatem, innatam scilicet, & aduentitiã. 1.</i>	35
<i>Infidelibus hominibus scripturam esse obscuram. 1.</i>	35
<i>Improbis hominibus scripturam esse obscuram. 1.</i>	35
<i>Imperitis hominibus scripturam esse obscuram. 1.</i>	36
<i>In Scripturis, quæ sint aperta, & quæ obscura. 1.</i>	36
<i>Quæcunq; in scripturis obscura sunt, ea omnia non singulis fidelibus, sed Ecclesia à spiritu sancto opportuno tempore indicari. 1.</i>	36
<i>Argumentationes Hæreticorum scripturae perspicuitatem confirmantes diluuntur. 1.</i>	36
<i>In Scriptura quæ sint aperta, & quæ obscura, & quibus. 1.</i>	36
<i>Sensus</i>	

I N D E X

<i>Sensus scripturae esse suapte natura perspicuos, & cur dicantur obscuri.</i>	1. 37
<i>Scriptura quomodo dici possint lucide, & aperta.</i>	1. 37
<i>Error lutheri in Auditore scripturae dijudicando.</i>	1. 38
<i>Qui sint idonei Auditores ad scripturas intelligendas.</i>	1. 38
<i>Auditorum triplex distinctio in scripturis intelligendis.</i>	1. 39
<i>Haereticos non posse scripturam intelligere, & quare.</i>	1. 39
<i>Scripturarum duplex obscuritas.</i>	1. 39
<i>Cur linguarum peritia non sufficiat ad scripturam intelligendam.</i>	1. 40
<i>Patribus linguarum peritis scripturam obscuram videri.</i>	1. 41
<i>Haereticos scripturae obscuritatem verbis negantes factis eam asserere probatur.</i>	1. 42
<i>Scripturam interpretatione egere cur sit fatendum.</i>	1. 42
<i>De Scripturae interpretatione varia recitantur sententiae.</i>	1. 43
<i>Argumenta, quibus probatur scripturam esse seipsa interpretandam.</i>	1. 44
<i>Argumenta, quibus probatur scripturam linguarum peritia interpretari posse.</i>	1. 45
<i>Argumenta, quibus probatur consulendos esse patres in scripturis interpretandis.</i>	1. 45
<i>Argumenta, quibus probatur, ecclesiam esse consulendam in scripturis interpretandis.</i>	1. 48
<i>Argumenta, quibus probatur, scripturam spiritu sancto esse interpretandam.</i>	1. 51
<i>Argumenta probantia, quod scriptura non sit seipsa interpretanda.</i>	1. 53
<i>Argumenta probantia linguarum peritiam, & solertiam non sufficere ad scripturam interpretandam.</i>	1. 54
<i>Argumenta probantia, quod non sint patres consulendi in scriptura interpretanda.</i>	1. 55
<i>Argumenta, quibus probatur Ecclesiam non esse consulendam in scriptura interpretanda.</i>	1. 56
<i>Argumenta, quibus probatur scripturam non esse spiritu sancto interpretandam.</i>	1. 57
<i>Quam sit fructuosa explicatio quaestionis, unde sit petenda scripturae interpretatio.</i>	1. 58
<i>Unde petenda sit scripturae interpretatio de auctoris sententia.</i>	1. 58
<i>Ad interpretandas scripturas requiri donum interpretationis sermonum.</i>	1. 60
<i>Argumenta, quibus haeretici probant donum interpretationis scripturarum cuilibet petenti a Deo concedi.</i>	1. 62

Do-

I N D E X

<i>Donum interpretationis scripturarum a Deo peti posse, & debere probatur.</i>	1. 63
<i>Responsiones ad argumenta haereticorum, quibus probant donum interpretationis scripturarum cuilibet petenti concedi.</i>	1. 63
<i>Haereticos non posse habere donum interpretationis scripturarum.</i>	1. 67
<i>Quibus regulis scripturarum interpretationes diiudicentur.</i>	1. 68
<i>Ufus regularum, quae ad scripturas interpretandas adhiberi debent.</i>	1. 69
<i>Cur, & quomodo Ecclesia sit consulenda in scripturis interpretandis.</i>	1. 70
<i>In scripturis interpretandis non requiri publicum Spiritum sanctum, & magisterium, aduersus recentiores scriptores.</i>	1. 70
<i>Theologos singulares posse scripturas interpretari, non autem fidei dogmata definire.</i>	1. 70
<i>Quomodo scripturarum singulas interpretationes a Spiritu sancto prodijisse deprehendamus.</i>	1. 70
<i>Cur, & quomodo sint Patres consulendi in scripturis interpretandis.</i>	1. 71
<i>Cur, & quomodo linguarum, & scientiarum notitia sit utilis ad scripturam interpretandam.</i>	1. 71
<i>Quod possit scriptura seipsa interpretari.</i>	1. 71
<i>Tria esse obseruanda in scriptura seipsa interpretanda, & quae sint illa.</i>	1. 72
<i>In singulis scripturae particulis quinque inesse, & quae sint illa.</i>	1. 73
<i>Scripturae locus ad alium interpretandum quomodo iuuare possit.</i>	1. 73
<i>Scriptura varijs linguis exarata, earum proprietates seruat, atque aliarum praeterea linguarum vocabula, & phrasae aliquando usurpat.</i>	1. 74
<i>Scripturae grammaticae regulis non astringitur.</i>	1. 75
<i>Scriptura Tropis omnibus vitur, quoscunque in scriptoribus prophanis inuentos grammatici, & Rethores obseruant.</i>	1. 75
<i>Scriptura Tropis praeterea vitur, qui grammaticis, & Rhetoribus ipsis sunt inauditi.</i>	1. 76
<i>Scriptura non solum verbis, sed factis etiam loquitur.</i>	1. 77
<i>Scriptura praeter litteralem sensum alios quoque sensus complectitur.</i>	1. 77
<i>Scriptura plures, tum eiusdem tum diuersarum specierum veros, & germanos sensus eisdem verbis continet.</i>	1. 77
<i>Scriptura ab vno sensu ad alium frequenter, & tacite transit.</i>	1. 77
<i>Scriptura plures loquentes personas inducit, illasque tacite conuertit.</i>	1. 78
<i>Scriptura praeterita narrans futura praemonstrat.</i>	1. 78
<i>Scriptura scriptum aliquid esse dicit, quod tamen scriptum non legitur, sed quomodolibet indicatum.</i>	1. 79

c

Scriptura

I N D E X

Scriptura de Christo capite, atque eius corpore Ecclesia ita loquitur, vt non solum multa ad ipsorum alterum, vel vtrumque referat, sed ab vno ad alterum tacite orationem conuertat, quasi de vna, & eadem persona loquatur. 1.	80
Scriptura de Corpore Christi, quod est Ecclesia, ita loquitur, vt duplex illud indicet, verum scilicet, & apparens, quod in predestinatis ac reprobis est permixtum, vtrumque tamen quandoque ita coniungit, vt de eodem loqui videatur. 1.	81
Scriptura promissa & legem, spiritum scilicet & litteram, vel gratiam & mandatum eodem sermone sepius coniungit, & inuoluit, & ab vno ad aliud tacite transit. 1.	81
Scriptura a specie, & parte ad genus, & totum, a toto & genere ad partem, & speciem transit, atque oratione vtrumque coniungit. 1.	81
Scriptura, quæ prius narranda erant, posterioribus ordine preposito adscribit hanc vocat Ticonius Recapitulationem. 1.	82
Scriptura de Diabolo capite, & ecclesia malignantium, eius corpore, ita loquitur, vt in eadem oratione vtrumque coniungat, & ab vno ad alterum tacite transeat. 1.	82
Scriptura de Christo loquitur, vt Deo, & homine, varia illi tribuens, & quæ natura disiuncta sunt, verbis aliquando coniungens. 1.	83
Scriptura Christo multa tribuit, nunc singulas eius naturas, nunc ambas, & personam ipsam complectens. 1.	84
Scriptura de duplici aduentu Christi, quasi de eodem aliquando loquitur, & ab vno ad alium tacite transit. 1.	84
Scriptura definitis numeris indefinitam, vel integram, vel vniuersam rerum multitudinem designat. 1.	85
Scriptura aliquando ex communi quadam hominum opinione potius, vel singulari etiã auditorũ sententiã loquitur, quam ad veritatẽ enunciet. 1.	85
Scriptura rem immutatam pristino nomine frequenter appellat. 1.	86
Scriptura viui hominis nomine alterius nascituri nomen aliquando premonstrat. 1.	86
Scriptores canonici de se ipsis ita scribunt, ac si de alio homine loquerentur. 1.	87
Quod est, dum est, fieri dicit scriptura, quia tunc innotescit. 1.	87
Scriptura difficile, vel etiam impossibile nonnumquam illud dicit, quod rarissimum est. 1.	87
In Scriptura sancti multa enunciant peccantium personas sustinentes. 1.	88

Scriptura

I N D E X

Scriptura locutiones, sua natura indifferentes, ita vsurpat, vt illas determinet in bona, vel mala, definite, & semper accommodans. 1.	88
Scriptura mox dicenda, quasi dicta sint commemorat. 1.	88
Scriptura indefinitam enunciationem pro vniuersali vsurpat. 1.	89
Scriptura facta dicit ea, quæ in expectatione adhuc sunt. 1.	89
Scriptura orationem ad nostra imbecillitatis commodum inclinat. 1.	89
Scriptura futura veluti præterita, vel presentia narrat. 1.	90
Scriptura regionem vnã frequenter omnem terram appellat. 1.	90
Scriptura rei euentum sic narrat, vt facti causam afferre videatur. 1.	90
Minatur aliquando Deus in scripturis, vt terreat, non vt supplicia inferat. 1.	91
Scriptura Dei permissionem actionem vocat. 1.	91
Scriptura vniuersales propositiones de hominibus enunciat, quæ bonis solis, vel malis congruunt. 1.	91
Scriptura vniuersales propositiones de toto populo enunciat, quæ vni parti soli congruunt. 1.	92
In Scriptura vni seculo, atque etati id polliceri videtur Deus, quod diuersorũ, & longo intervallo disiunctorum seculorũ hominibus promittit. 1.	93
Scriptura Deo corpus, membra, perturbationes, & corporeas actiones ita tribuit, vt ea omnia spirituali sensu, non literali sint intelligenda. 1.	93
Scriptura aliquos nominatim exprimens, ceteros tacite excludit. 1.	94
Scriptura idem vocabulũ eodem in loco repetens varie vsurpat. 1.	94
Quod in scriptura loquentis persona sit obseruanda, & quare. 1.	95
Quod in scriptura interpretanda scribentis vel loquentis intetio sit animaduertenda, & quare. 1.	98
Quod in scriptura interpretada, res & verba, sint consideranda, et quare. 1.	98
Quod in scriptura interpretanda ordo, & series rerum, & verborum considerari debeat. 1.	99
Quod in scriptura interpretanda, tempus & cetera externa circumstantiæ sint obseruanda, & quare. 1.	99
Scripturam locorũ collatione interpretari, & quomodo. 1.	102
Scripturas esse diuinitus inspiratas quomodo aliqui probent. 2.	13
In scriptura esse eloquentiam negare Gentiles. 2.	16
Scriptura sacra libros aliquos humanos esse vetustiores. 2.	17
Per somnia locutum fuisse Deum. 2.	31
Per sacerdotes locutum fuisse Deum. 2.	36
Per Sibyllas locutum fuisse Deum. 2.	39

2

Sibyllis

I N D E X.

Sibyllis Deum verba dictasse eorum autem intelligentiam illis non tradidisse. 2.	53
Sibylla cur non dicantur prophetae. 2.	53
Per scriptores canonicos quomodo locutus sit Deus. 2.	58
De locutione Dei per Scriptores canonicos varia recitantur opiniones. 2.	59
Scripturas semper dictasse Deum cuius Scriptori canonico. 2.	61
Scriptori, visa vel relata recitanti, cur eadem dictando reuelat Deus. 2.	62
In scriptoribus, canonicos libros scribentibus, duplex reuelatio ostenditur. 2.	62
Spiritum sanctum canonicis scriptoribus aliquando sensum aliquando sensus & verba, aliquando solos sensus inspirasse. 2.	63
Scripturam sacram omnes, tum catholicos, tum hereticos, praeter admodum paucos, profiteri. 2.	65
Scripturas hereticos corrumpere. 2.	71
Scripturas Iudaeos corrupisse & decurtasse. 2.	71
Scripturas non solum dolo sed etiam negligentia hominum perisse. 2.	72
Synagoga ad quid fuerit a Deo electa. 2.	73
Synagoga officia singula percensentur. 2.	73
Synagoga a Deo spreto, & repudiatam fuisse. 2.	74
Scripturae intelligentiam fuisse Ecclesiae traditam. 2.	75
In synagoga veteri veros & germanos scripturae sensus intellexisse Prophetas, iustos, ac sanctos viros, & doctores. 3.	8
Scripturae sensus esse Dei verba probatur. 3.	8
Apud synagoga nullum traditum verbum fuisse custoditum probatur, idque de auctoris sententia confutatur. 3.	9
Christum quoties scripturae mentionem fecit, toties auditorem ad traditum sensum allegasse probatur. 3.	12
Ad illa scripturae loca cur recentiores Iudaei nunc liberè respondeant, ad quae illorum maiores non respondebant, Christo vel Apostolis eadem obijciuntibus. 3.	12
Scripta verba fuisse postea sola traditione a Iudaeis custodita ostenditur. 3.	14
Scripta verba Dei quae olim fuerint, nec tamen nunc legantur. 3.	15
Scripturas canonicis omnia Christi verba non fuisse mandata ostenditur. 3.	16
Scripturam vix millesimam partem verborum Christi complecti concluditur. 3.	18
Scripturis contineri ea sola Christi verba, quae ipse voluit nos legere. 3.	20
Symbolum Apostolorum quae contineat. 3.	26

Symbo-

I N D E X

Symbolum Apostolorum inter species traditi verbi imprimis numerari. 3.	26
Symbolo, & Scripturis quae continentur quomodo tum eadem, tum diuersa sint. 3.	28
Contra symbolum Laurentij Vallae obiectio, & ad eam obiectiorem responsio. 3.	29
Symbolum Apostolorum in missa recitari solitum fuisse. 3.	29
Symbolum Apostolorum in baptismo recitari solitum fuisse. 3.	31
Symbolum Apostolorum solitum vocari fidei regulam. 3.	30
Symbolum Apostolorum vocari solitum fidei confessionem. 3.	31
In symbolum quid singuli Apostoli contulerint. 3.	32
Symbolum Apostolorum in Actis scribi non debuisse. 3.	33
Symboli plenitudo quid sit. 3.	34
In scripturis & traditionibus easdem res contineri, variè tamen, nec eadem esse verba iccirco dicendum esse. 3.	40
Scripta verba quomodo a traditis differant exemplo veteris & noui testamenti ostenditur. 3.	41
Scripturas cur heretici peruersè interpretentur. 3.	41
Scripturae sensus sunt a littera non solum ratione, sed etiam re ipsa distincti. 3.	45
Scripturae sensus Propheticos & Apostolicos traditione ad nos peruenisse probatur. 3.	46
Scripturae sensus Apostolici, & Prophetici qui sint. 3.	46
Scripturae sensus inter verba Dei tradita esse numerandos. 3.	47
Sudarium Christi. 3.	68
In scripturis expressè & integrè non haberi regulam charitatis. 3.	69
Septuaginta interpretes, in graecam linguam scripturas conuertentes, multa detraxisse, & quare. 3.	81
Scripta verba vocare sola canonica Patres consueuisse. 3.	87
Scriptorum verborum traditione custodiam esse ipsis verbis, & ecclesiae congruentem probatur. 3.	88
Scriptorum verborum traditione custodiam esse ipsis verbis, & ecclesiae commodam probatur. 3.	88
Scripti verbi traditione custodiam esse, tum verbo, tum ecclesiae vtilè. 3.	89
Scripti verbi traditione custodiam esse tum verbo, tum ecclesiae necessariam. 3.	91
Ex scriptura demonstrationum vis quae sit. 3.	90
Scripturas tum negasse, tum variè corrupisse hereticos. 3.	91

c 3

Scripturis

Scripturis auctoritate paria esse tradita verba demonstratur. 3. 127

T

T ranslationem in aliam linguam gignere scripturae obscuritatem. 1. 21	
In testamento veteri quae dogmata aperta sint, & quae obscura. 1.	33
Ad Theologiam, propriissime acceptam, quae pertinent, esse in scripturis obscura. 1.	33
Traditiones diuinas non solum dolo, sed etiam negligentia hominum perijisse. 2.	72
Traditionis vocabulo quid significetur. 3.	1
Traditum verbum Dei scriptum tempore antecessisse probatur. 3.	2
A tradito Dei verbo singulos reuelationis & locutionis diuinae ortus fuisse procreatos. 3.	5
Tradita Dei verba plurima scriptis mandata fuisse ostenditur. 3.	6
Traditum aliquod verbum esse, quod non sit postea litteris consignatum, haereticis negant. 3.	6
Tradita Iudaeis verba non fuisse in veteri testamento scripta omnia probatur. 3.	7
Tradita Dei verba veteres Iudaeos obseruasse, posteriores neglexisse, quare & Christum negasse. 3.	9
Quod traditum nullum verbum fuerit apud Synagogam custoditum probatur, idque de Auctoris sententia confutatur. 3.	9
Cur Christus nomen traditionis, & traditi verbi vitauerit ostenditur. 3.	10
Traditum Dei verbum Iudaeos olim varie corrupisse. 3.	10
Traditum verbum dici solitum esse clauem scientiae ostenditur. 3.	11
Traditi verbi mentionem Christum tacite saepius fecisse. 3.	12
Ad traditum sensum toties Christum allegasse auditorem probatur, quoties verbi scripti mentionem fecit. 3.	12
Verba traditione sola apud Iudaeos custodita quae sint. 3.	13
Traditione diuina sola apud Iudaeos custodiri quod velletur mulieres. 3.	13
Traditione sola fuisse postea a Iudaeis custodita verba olim scripta ostenditur. 3.	14
Traditi verbi non scripti exempla producuntur. 3.	22
Inter traditi verbi species symbolum Apostolorum in primis numerari. 3.	26

Ad

Ad secundum traditi verbi genus arcana fidei mysteria pertinere ostenditur. 3.	36
Ad traditum verbum totam fidei regulam pertinere. 3.	39
In traditionibus easdem res contineri, quae in scripturis, varie tamen expressas. 3.	40
Tradita verba a scriptis quomodo differant exemplo noui, & veteris testamenti ostenditur. 3.	41
Traditionibus niti Conciliorum definitiones probatur. 3.	41
Traditi verbi tertium genus esse librorum canonicorum traditione probatur. 3. 43	43
Tradito solo verbo potuisse Apostolos testimonio esse libris canonicis probatur. 3.	44
Inter tradita verba numerandos esse scripturae sensus probatur. 3.	47
Theologica obiecta quae sint. 3.	48
Theologica obiecta ad quartum verbi traditi genus pertinere. 3.	48
Theologica obiecta in scripturis explicata non legi, & si qua in illis sunt, omnino inuoluta legi. 3.	49
Theologiam propriissime acceptam ab Apostolis fluxisse ostenditur. 3.	50
Theologiam non potuisse a posteris inchoari & formari, nisi ab Apostolis fuisset tradita. 3.	50
In Theologia quomodo discernantur quae sunt ab Apostolis tradita. 3.	51
Traditione sola sine scriptura retineri in Ecclesia ritus multos, ceremonias, & consuetudines. 3.	53
Quadragesimae ieiunium traditione Apostolica haberi. 3.	56
Traditione Apostolica dies festos obseruari. 3.	56
Traditione Apostolica quarta, & sexta feria ieiunium obseruari. 3.	56
Traditionem Apostolicam esse quod die Dominica non genuflectemus, & a Pascha, usque ad Pentecostem. 3.	58
Traditionem Apostolicam esse crucis signum. 3.	57
Traditionis nomine quid posteriores intellexerint, quae tamen significatio ab auctore non probatur. 3.	61
Ad traditum Dei verbum pertinere rituum rationes. 3.	67
Traditi verbi sextum genus esse Christi gesta & miracula probatur. 3.	67
Traditione haberi diem Epiphaniae, Christi baptismi, & aquae in vinum conuersionis. 3.	68
Traditione custodiri in ecclesia regulam Charitatis. 3.	69
Traditiones Apostolicas Ignatium Antiochenum vno volumine comprehendisse. 3.	72

Tradi-

I N D E X.

Traditionū individuas species ferè innumerabiles esse, quas recensere sit su- peruacancum, longum, & operosum. 3.	72
Traditionum individuas species quicumque recentiores Scriptores percense- re sibi proposuerint, eos non fuisse illud adsecutos ostenditur. 3.	73
Tradita Dei verba aliqua cur nunquam fuerint canonicis scriptis mandata explicatur. 3.	76
Tradita verba, non scripta, cur sint postea in Patrum commentarijs & Con- cilijs scripta. 3.	78
Traditiones arcanas à Patribus ita fuisse litteris mandatas, vt solis idoneis auditoribus paterent. 3.	80
Tradita verba promulgarunt & scriptis mandarunt Catholici viri, ab here- ticis compulsi. 3.	84
Traditiones qui, litteris mandantes, omnibus illas aperuerunt, iusta excusa- tione non carere. 3.	86
Demonstrationum ex traditione & ex scriptura quæ vis sit tum coniunctim, tum disiunctim explicatur. 3.	90
Traditiones hæreticorum quæ sint. 3.	92
Argumenta quibus probatur, quòd Tradita verba sunt repudianda. 3.	93
Tradita verba cur hæretici repudient. 3.	100
Tradita verba magnificienda esse probatur. 3.	101
Ad Traditiones nos frequenter scripturæ hortantur, & allegant. 3.	101
Responsiones ad singula argumenta tradito verbo obiecta. 3.	104
Traditionum iudaicarum qui fuerint auctores. 3.	111
Telephorum Quadragesimæ ieiunium non instituisse, sed aliquot dies addi- disse. 3.	120
Traditiones aliquas Apostolicas obsoleuisse, ac deletas fuisse. 3.	121
Ritus precandi versus orientem cur omittatur, 3.	122
Traditiones Apostolicæ quæ postea fuerint omiſsæ, & quare. 3.	124
Traditum verbum Ecclesiæ custodia munitum in tuto collocari. 3.	126
Traditiones falsas & impias sæpius hæreticos confinxisse, & in ecclesiam inuehere conatos esse. 3.	130
Traditiones adulterinæ à germanis quomodo secernantur. 3.	131
Tradita verba qua ratione in Ecclesia inuestigare, & quasi notis quibusdam deprehensa inuenire possimus. 3.	132
Tradita Dei verba sola consensione posse cognosci, & ab adulterinis secer- ni. 3.	133
Notæ traduntur, quibus apostolici Ritus Traditi ab ecclesiasticis institutis, huma-	

I N D E X

humanis que consuetudinibus discernantur. 3.	134
Inter traditiones apostolicas ea esse numeranda, qua Apostolos tradidisse statuunt vel testantur Oecumenica Concilia, & publica Ecclesiæ monu- menta. 3.	135
Inter Traditiones apostolicas ea esse numeranda, qua Apostolos tradidisse consentientes Patres fatentur, vel saltem illis coæui aut ætate paulò infe- riores scriptores illustres iisdem auctoribus certò ascribunt. 3.	135
Traditiones Apostolicas esse, quas vniuersa Ecclesia, viuus Apostolis, obseruasse deprehenditur, neque in canonicis libris instituta legun- tur. 3.	135-
Traditiones apostolicas esse, quas vniuersam Ecclesiam posterioribus tem- poribus religiosè obseruasse comperit est, nec tamen eiusdem aliquo de- creto sunt instituta. 3.	136
Traditiones apostolicas esse, quæ ab vniuersa Ecclesia constanter obseruata, ab eadem institui non poterant. 3.	136
Traditiones Ecclesiasticas, quamuis Apostolicis inferiores, non esse tamen negligendas probatur. 3.	137
Traditiones Ecclesiasticas particulares in proprijs, & singularibus locis ob- seruandas esse probatur. 3.	138

V



Verbi Dei definitio. 2.	25
Vocem Dei propriam neminem vnquam sensisse. 2.	26
Vocem Dei propriam nullam esse. 2.	26
Vox Dei quomodo fiat. 2.	27
Vocem Dei, in aere factam, tum immediate à Deo, tum medijs Angelis fie- ri potuisse, vel etiam factam esse. 2.	50
Verbum Dei omne ad posteros peruenire scripto, vel voce sine scripto, idest traditione. 2.	64
Verbum Dei varia subire pericula, atque iccirco egere custode. 2.	70
Verbi Dei custos idoneus quis sit. 2.	73
Verba Dei omnia ab ipso tradita vt custodirentur fuisse. 2.	74
Argumenta quibus probatur Verbi Dei certitudinem ex scripturæ indicio ac testimonio sumendam esse, vna cum huius sententiæ confutatione, & responsionibus ad argumenta. 2.	77

Quòd

I N D E X

<i>Quod verbum Dei vniuersum sit sui, loquentis que Dei certus index de aliorum sententia asseritur, atque eiusmodi assertio oppugnatur. 2.</i>	81
<i>Argumenta quibus probatur verbi Dei iudicium, et iudicium non esse ecclesiam. 2.</i>	88
<i>Verbi Dei esse ipsummet Deum certissimum testem, & ad convincendum idoneum. 2.</i>	90
<i>Verbum Dei esse analogum, & quomodo. 2.</i>	91
<i>Verbi Dei primum analogatum esse Deum probatur. 2.</i>	91
<i>Verbo Dei cur aliqui non statim assentiantur. 2.</i>	95
<i>Verba Dei expressa quomodo ecclesie iudicio ac testimonio certa nobis fiant. 2.</i>	94
<i>Verbo Dei veritatem non tribuere ecclesie testimonium. 2.</i>	96
<i>De verbo Dei ecclesie iudicium an dici debeat testimonium vel decretum. 2.</i>	96
<i>De Verbis Dei iudicium ferre posse Ecclesiam, quae nunc vivit. 2.</i>	97
<i>Verbum Dei miraculis confirmari. 2.</i>	98
<i>Deum in Verbi sui fundamentis iaciendis semper adhibuisse miracula. 2.</i>	99
<i>Miracula esse Verba Dei. 2.</i>	99
<i>Verbum Dei martyribus confirmari. 2.</i>	101
<i>Verbum Dei alio Verbi Dei genere confirmari posse. 2.</i>	101
<i>Verbum Dei traditum tempore scriptum antecessisse probatur. 3.</i>	2
<i>Non à Verbo scripto, sed à tradito singulos locutionis diuina ortus fuisse procreatos. 3.</i>	5
<i>Verba Dei esse scripturae sensus probatur. 3.</i>	8
<i>Verba Dei quae sint apud Iudeos nunquam scripta, sed sola traditione custodita. 3.</i>	13
<i>Verba Dei quae olim fuerint scripta, & nunc non legantur. 3.</i>	15
<i>Verba Christi non omnia fuisse scripturis canonicis mandata probatur. 3.</i>	16
<i>Verba Dei esse Christi facta ostenduntur. 3.</i>	16
<i>Verborum Christi vix millesimam partem Euangelio scripto contineri concluditur. 3.</i>	18
<i>Verba Christi omnia, ab Euangelistis praetermissa, in actibus & Epistolis non fuisse recitata, sed tria sola ostenduntur. 3.</i>	19
<i>Verba Christi scripta esse ea sola, quae ipse voluit nos legere. 3.</i>	20
<i>Verba apostolica esse diuina probatur. 3.</i>	21
<i>Verbi Dei non scripti exempla producuntur. 3.</i>	22
<i>Omnia verba Apostolos non scripsisse, quae praedicauerunt, probatur. 3.</i>	23
<i>Verba scripta vocare sola canonica Patres consueverunt. 3.</i>	87

F I N I S.